205. A.D. 1258. Letter of the English barons to Pope Alexander IV. on their grievances - - - 400

,, A.D. 1258. Account of the embassy from the barons to Rome - - - - - - - 405

206. A.D. 1258. Second letter of the English barons to Pope Alexander IV. - - - - - - 406

207. A.D. 1258. Third letter of the English barons to Pope Alexander IV. - - - - - - 408

208. A.D. 1258. Answer of Pope Alexander IV. to the English barons - - - - - - 410

209. Charters assigning incomes for lights for the altar of B.V.M. at St. Alban's :—

(1.) John de Cheyne - - - - - 416

(2.) John Passavant - - - - - - 417

Page

(3.) Laurence de Tebridge - - - - 418
(4.) John Pessunar - - - - - 419
(5.) John, son of William de Bewic - - 420
(6.) Reginald, son of Henry of Trumpington - 420
(7.) Reginald, son of Henry of Trumpington - 421
(8.) Reginald, son of Henry of Trumpington - 422
(9.) Henry, son of Robert de la Holte in Redburne - - - - - - 423

210. Charters relating to the property of St. Alban's :—
(1.) Henry of Trumpington - - - 424
(2.) John, son of Walter le lever - - - 425
(3.) John, son of Alexander carpenter - - 426
(4.) John, son of Laurence de Tebridge - - 427
(5.) Reginald Meggre - - - - 427
(6.) Beatrix, widow of Robert Russel - - 428
(7.) Michael, son of Henry Pekenay - - 429
(8.) Adam Fitzwalter, parson of Ayott - - 430
(9.) Margery, daughter of Stephen Grasenloyl - 431
(10.) Stephen Grasenloyl - - - - 433
(11.) Richard of Waltham and his wife Margery, daughter of Stephen Grasenloyl - - 434

211. Memoranda of the hides in the demesne of the abbat of St. Alban's - - - - - - 435

212. Memoranda of the persons holding lands of St. Alban's by military service, and defaulters, in various years, 1244, 1245, 1257 - - - - 437

213. Names and lengths of the reigns of the Christian kings of England - - - - - 439

214. The children of Thomas, Count of Savoy, with an anecdote of him - - - - - 442

215. List of episcopal sees (Liber Provincialis) followed by 446

216. A fragment of an alphabetical index - - - 463

217. Lines respecting the winds - - - - 465

Appendix I.

Account of the shields of arms in the various works of Matthew Paris - - - - - - 469

Appendix II.

Page

Collation of the Papal letters given in the Chronica Majora with the copies in the Regesta in the Vatican Archivium - - - - - 478

Appendix III.

Contents of the Cotton MS., Nero D. I. - - - 491

Appendix IV.

Collation of the pages in the chief editions of the Chronica Majora of Matthew Paris - - - - 524

ERRATA.

Page 7, line 17, *dele* ; *after* cunctis.
„ 47, line 15. *The comma should be after* spectare *instead of before it.*
„ 58, lines 8, 9, *for* Apostocam *read* Apostolicam.
„ 59, margin, line 14 of marginal note, or *has dropped out.*
„ 82, note [6], *for* Marburg *read* Merseburg (on the Saale, 15 miles W. of Leipsic).
„ 92, margin, *for* Thomas Savoy of *read* Thomas of Savoy.
„ 119, line 3 from foot, *read* auctoritate præsentium, *and dele note* [3].
„ 143, line 6, *for* proper *read* propter.
„ 173, line 12, *insert* a comma *after* partes.
„ 243, line 32, *for* claustrabilibus *read* claustralibus.
„ 257, line 26, a comma *has dropped out after* fideles.
„ 280, note[2], *for* concensu *read* consensu.
„ 289, [2 3] *have dropped out in the notes.*
„ 291, line 8, *for* quarundem *read* quarundam.
„ 316, line 9, *for* discretionæ *read* discretioni.
„ 364, margin, line 5 of note, t *has dropped out.*
„ 388, line 17, *for* tibi *read* sibi.
„ 398, line 19, *for* vicecomiti *read* vicecomites.
„ 417, margin, f. *has dropped out before* 140.

A table of errata and addenda to all the volumes will be given at the end of the index volume for the convenience of reference.

MATTHÆI PARISIENSIS ADDITAMENTA.

1.

Antiqua[1] *et primitiva munimenta ecclesiæ Sancti Albani Anglorum prothomartyris.*[2]

MS. Cotton, Nero, D. 1. f. 148. Charter of Offa to St. Alban's, granting lands at Cashio, Hemel Hempstead, and Stanmore. A.D. 793.

Regnante[3] Domino nostro Jesu Christo in perpetuum. Decet igitur ut regalis benignitas omnipotentis Dei et sanctorum martyrum, quantum valeat, honore prævideat, quia honor Dei et pia in sanctis Ejus devotio stabilitas est regni terreni et prosperitas longævæ vitæ et indubitata æternæ mercedis retributio. Unde ego, Offa rex Merciorum, cum Egfrido filio meo et omni consensu synodali pro remedio et salute animarum nostrarum terram quinquaginta mansionum in locis infra dictis, id est, ubi dicitur ÆtCaegesho mansiones xxxiv., ond[4] ÆtHeanhamstede vi. mansiones, Et Stanmere x. mansiones cum segetibus, pratis, pascuis, et silvis, et omnibus rebus mobilibus vel fixis, ad ea prænominata loca rite pertinentibus, Domino meo Jesu Christo, et Sancto Albano martyri, cujus reliquias in

[1] With these charters of donations the "Liber de Benefactoribus "Monasterii S. Albani," printed by Mr. Riley in the same volume with Trokelowe's Chronicle, pp. 427-464, may be compared.

[2] At the foot of the page is written in Paris's hand, "A fundatione cœnobii Sancti Albani sub "illustri rege Offa, posito fortuito "casu quod primo anno regni sui "illud fundasset, fluxerunt usque "ad annum regis H[enrici] III. "trigesimum, quo videlicet anno in "medio Quadragesimæ tenuit idem "rex magnum parlamentum proximo sequens concilium Lugdunense." The sentence is unfinished.

[3] This charter is printed in Kemble's *Codex Diplomaticus Ævi Saxonici*, No. 162, i. p. 197, and in the Inspeximus of Edward IV. in Clutterbuck's Hertfordshire, i. Append. i.

[4] *ond Æt*] ondæt, MS.

A.D. 793. spem prosperitatis præsentis et futuræ beatitudinis divina ostendit nobis gratia, in jus monasteriale tradens donabo; quatinus perpetuo jure præfata terra sancti martyris Albani ecclesiæ deserviat. Et per magnum omnipotentis Dei nomen et terribile Ejus judicium adjuro, immo et impero, quod nullus supervenientibus temporibus, seu rex seu episcopus aut aliqua magna vel parva persona, aliquid de his meis donis, quæ Deo et sancto martyri Ejus dedicavero, immutare seu auferre seu inminuere præsumptuose [1] audeat, ne[c] aliquam molestiam aut ecclesiæ aut silvis ad eam pertinentibus inferre præsumat; sed sit libera omnino ab omni [2] tributo et necessitate, seu regis, seu episcopi, ducis, judicum, comitum, exactorum etiam, et operum quæ indici solent, necnon et expeditionis, et omni edicto publico perpetuo eam libertate donabo. Sed obsecro quatinus studeant supervenientes reges auxiliare, defendere, et curam illius ecclesiæ habere in omni bonitate, sicut et ego habeo; ut sit illi et regno ejus benedictio et protectio a Domino Deo et sancto Ejus martyre [3] in perpetuum. Si autem quisquam loci hujus curam non habuerit vel eum malitiose tractaverit, sciat et sentiat sancti martyris seipsum benedictione privari, et rationem ante tribunal Christi redditurum. Hoc vero monasterium cum his præfatis terris Williguda presbiter habeat, et regat dies suos; et monachicam in eo vitam vivat, doceat, et quantum valeat, erigat. Post dies autem illius eligant sibi fratres cum consilio illius episcopi, qui super eos erit, si habent dignum et monachicæ vitæ eruditum, ex semetipsis quem voluerint; si autem, quod non opto, acciderit quod ibi dignus nequeat inveniri, prævideat ille episcopus cum consilio fratrum, qui illud monas-

Nota [4] hoc dictum respicere tempus, antequam Romam adire disponeret, ubi ab omni episcopali subjectione ecclesiam exemit; sed hanc con-

[1] *præsumptuose*] presumptiose MS.

[2] *omni*] Erased, and *pascue* substituted in the margin by Paris.

[3] *martyre*] martyrio, MS.

[4] This note is in Paris's hand in the inner margin.

terium digne secundum regulam monachicæ vitæ gubernare sciat et velit. Jam jamque, iterum iterumque, in nomine Domini præcipio et adjuro, quatinus in eo loco regula Sancti Benedicti abbatis doceatur et exerceatur, quantum possibile est, perpetuo jure. Etsi ipsa elemosina oret ad Dominum pro faciente, tamen obsecro ut assiduæ intercessiones pro anima mea et amicorum meorum canonicis horis semper in ea ammoneantur ecclesia; quatinus omnipotentis Dei clementia, quæ tale thesaurum temporibus meis gentibus et populis Anglorum aperire dignata est, mihi quoque æternum in cælis thesaurum cum sanctis Suis donare dignetur. Scripta est hæc cartula anno Dominicæ Incarnationis DCCXCIII., indictione tertia,[1] anno vero Offan[2] regis Merciorum XXXIII.,[3] in loco celebri qui dicitur Celchyth, præsenti synodali conventu, testibusque infra nominatis confirmata. Data die regnante Domino nostro in perpetuum.

A.D. 793. *fecit pro cautela; ne si obiter moreretur, ecclesia tali libertate destitueretur.*

Testimonia magnatum.

✝ Ego Offa hanc donationem meam signo crucis Christi confirmo.
✝ Ego Ecgfridus [scilicet filius ejus],[4] similiter consentio et subscribo.
✝ Ego Ceoluulfus rex id ipsum consentio.
✝ Ego Cenuulfus rex consentio.
✝ Ego Beornulfus rex.
✝ Ego Ludecha rex.
✝ Ego Uuilaf rex.
✝ Ego Ecgbirhtus rex.
✝ Ego Beortulfus rex.

[1] *tertia*] An error for *prima*.

[2] At the foot of the page Paris has written, "Nominativo hic Offan, "genitivo Offanis, secundum anti- "quos." At the side of the page is a rude drawing of the martyrdom of S. Alban, with the executioner's eyes dropping into his hand.

[3] This makes the year of Offa's accession 760 instead of of 755 as given in the A. S. Chronicles. It is the same in the next charter, and Gesta Abbatum, i. p. 6.

[4] These words are interlined by Paris.

A.D. 793.

✝ Ego Burhredus rex.
✝ Ego Ælfredus rex.
✝ Ego Higberctus archiepiscopus, consensi et subscripsi [Lichfield].
✝ Signum Æthelheardi archiepiscopi [Canterbury].
✝ Signum Ceolwulfi episcopi [Lindsey].
✝ Signum Hunwone episcopi [Leicester].
✝ Signum Ceolmundi episcopi [Hereford].
✝ Signum Ealcheardi episcopi [Elmham].
✝ Signum Ælfhuni episcopi [Dunwich].
✝ Signum Heaberti episcopi.
✝ Signum Heathoredi episcopi [Worcester].
✝ Signum Cyneheardi episcopi [Winchester?].
✝ Signum Deneferdi episcopi [Sherborne].
✝ Signum Cenwalchi episcopi [London].
✝ Signum Wermundi episcopi [Rochester].
✝ Signum Wihthuni episcopi [Selsey].
✝ Signum Wynberhti episcopi.
✝ Ego Wicga dux.
✝ Ego Æthemundus dux.
✝ Hearbertus dux.
✝ Brorda dux.[1]
✝ Binna dux.[1]
✝ Esne dux.[1]
✝ Heaberht dux.[1]
✝ Cudbehr dux.
✝ Æmund dux.
✝ Ceolweordus dux.

2.

Item aliud munimentum, ab eodem rege Offa.

f. 148. Charter of Offa to St.

Règnante[2] in perpetuum Deo et Domino nostro Jesu Christo. Licet per totum ubique mundum beatorum

[1] *dux* is repeated by the scribe in these four instances.

[2] This charter is repeated with additions in f. 151 (2), and f. 151 *b* (3). It is printed in the above-mentioned Inspeximus, p. 7. Kemble No. 161, i. p. 195 gives it without the additions, and with the date of 792. See also Haddan and Stubbs, *Councils*, iii. p. 469.

martyrum, qui suum pro Christo sanguinem fuderunt, merita divinæ laudis exultatione celebranda sint, eorumque Dei auxilio exempla gloriosa sequenda, præcipue nobis tamen beatissimi Albani, qui sub hac Britanniæ insula gloriosus martyrio effulsit, memoria pia semper intentione et sedula sollicitudine observanda est. Unde ego Offa gratia Dei rex Merciorum, cum filio meo Ecgfrido, pro amore omnipotentis Dei et hujus sancti intercessione, terram xxx. manensium in locis quorum subinferuntur nomina Domino meo Jesu Christo, ad ecclesiam Sancti Albani, ubi ipse tyro primus in passione victima effectus est, jure perpetuo perdonabo. Eoque delectabilius hanc donationem perficio, quia superna protectio tam nobile temporibus nostris thesaurum, quod diu fuit clausum et hujus terræ indigenis abditum, revelare dignata est. Hæc itaque sunt supradictarum vocabula terrarum; Et Uuineshawe,[1] duodecim manensium, cum terminis suis, Et Scelfdune[2] sive Baldinigcotum,[3] trium manensium, quorum scilicet trium manensium terminati sunt hæc; Suanaburna,[4] Heortmere, Stret Uuealeberoc;[5] item vero x. manensium, ubi dicitur Scuccanhlau[6] vel Fenntunn, cum silva quæ cognominatur Horwudu,[7] cum terminis suis; Æt Lygetune[8] v. manensium, quam videlicet terram Alhmundus abbas expeditionem subterfugiens mihi reconciliationis gratia dabat. [Et[9] quoniam ipse martyr Alnulfuus caput et exemplum Christianitatis omnis Britanniæ indubitanter habetur, dignum est ut locus in quo sanctum corpus illius requiescit et

Alban's, granting lands at Winslow, &c. A.D. 795.

---

[1] *Et Wineshawe*] Et Wineslauue, (2); Æt Wineshlauue, (3). *Winslow*, Bucks?

[2] Shipton, Bucks.

[3] *Baldinigcotum*] Baldiningtotum, (2). The line is omitted in (3).

[4] Swanbourne, Bucks.

[5] Fulbrook, Bucks? The other copies give Stretwealabroc.

[6] Shecklow, Bucks.

[7] Harwood, part of Brill Forest, Bucks.

[8] Luton, Beds?

[9] This passage, given in the two later copies, is omitted in the first. Alnulfuus is probably an error for Albanus.

A.D. 795. ab omni populo veneratur, speciali quadam et singulari [1] privilegii libertate per [2] nos honoretur.] Hoc quoque,[3] consentientibus episcopis meis et abbatibus, ducibus ac principibus, sub invocatione Sanctæ Trinitatis et indi-
f. 148 *b*. viduæ Unitatis, donando præcipio, quatinus [4] tota terra illa sit libera ab omni tributo et necessitate seu regis, seu episcopi, ducis, judicis, et exactorum, et operum quæ indici solent; neque emendatione pontium,[5] neque fossam [6] adversum inimicos faciendam; totum omne præfatæ terræ stipendium et exactio ad supradicti martyris tumbam insolubiliter persolvatur. [Statuo [7] etiam et communi fidelium meorum assensu confirmo ut episcopi vel eorum ministri nullam aliquatenus super ipsam ecclesiam vel super parrochiales ecclesias eidem quibusque temporibus subjacentes, nisi tantummodo cum advocati fuerint, dedicandi vel in Paschali solennitate crisma sanctum et oleum ex more tribuendi potestatem habeant, nec earum presbiteros ad synodum suam vel capitulum convocare, vel ab officio divino suspendere seu aliquod in eos vel minimum jus exercere præsumant; sed omnia quæcunque ecclesiæ sancti fuerint, abbatis solummodo ejusdem monasterii potestati tractanda libere subjaceant. De censu quoque singulis annis per universam Britanniam colligendo et sanctæ Romanæ ecclesiæ pro stabilitate regni nostri et salute communi transmittendo decernimus, ut quantum in terra sancti martyris provenerit ab his quibus injunctum fuerit ab abbate undecunque collectum nullatenus alias asportetur, sed altari beati Albani fideliter oblatum ad utilitatem ejusdem ecclesiæ secundum quod abbas decreverit inviolabiliter expendatur.] Et si forte quis intra ejusdem

[1] *singulari*] singularis, (2).

[2] *per*] ad, (2).

[3] *quoque*] igitur, (2), (3).

[4] *quatinus . . . libera*] For this (2) and (3) have, "ut ecclesia "Sancti Albani omnisque possessio "nunc et futuris temporibus illi "subdita semper sit libera et qui-"eta."

[5] *pontium*] pontum, all three copies, and the Inspeximus.

[6] *fossam*] fossa (2).

[7] The passage in brackets, evidently a later interpolation, is in the copies in ff. 151 *b*, 152, not in that in f. 148 *b*.

ecclesiæ potestatem aut extra cum episcopo seu abbate communis inveniatur, bello, furto, vel fornicatione, aut alio quolibet simili reatu astrictus ; semper ea pars pœnæ et emendationis, quæ regi vel[1] episcopo debetur, ad beati Albani monasterium inviolato semper fœdere reddatur. Credo enim et veraciter confido, quod hæc munificentia non solum mihi meisque, sed etiam universis Anglorum populis, sullimiter proficiat ;[2] quia pro Ejus[3] amore ille miles intrepidus meruit coronari, Qui totius mundi pericula passus est Suo sanguine expiare. [Si[4] autem, quod absit, uspiam quis larvarico attactus instinctu mente subdola hoc machinatus fuerit annullare vel quippiam in pœnis quam constituimus transvertere, sua pro[5] audacia a cœtu in hac vita anathematizetur fidelium, et in tremendo Dei examine, astantibus cælorum agminibus hominumque turmis, necne et horrendis Herebi vernulis palam cunctis; damnetur cum hœdis, Averni cruciamenta sine fine luiturus, ni ante obitum condigne emendaverit.] Hæc sunt nomina testium, qui hanc donationem meam consentientes signo crucis Christi confirmarunt: A.D. 795.

✝ Ego Offa rex huic donationi meæ signum crucis impono.

✝ Ego Ecgfridus paternæ munificentiæ consentiens subscripsi.

✝ Ego Higbertus archiepiscopus consensi et subscripsi [Lichfield].

✝ Ego Ceoluulfus episcopus consensi et subscripsi [Lindsey].

✝ Ego Heathored[6] episcopus consensi et subscripsi [Worcester].

✝ Ego Unwona episcopus consensi et subscripsi [Leicester].

---

[1] *vel episcopo*] episcopo comiti, (3) ; om. (2).

[2] *proficiat*] profert, (2), (3).

[3] *Ejus*] Cujus, (1).

[4] This passage is only in the copy in f. 152.

[5] *pro*] p., MS. See the same passage at the end of No. 9.

[6] *Heathored*] Heothored (1).

A.D. 795.

✝ Signum manus Alhmundi abbatis.
✝ Signum Beonnan abbatis [Medeshamsted].
✝ Signum Wimundi abbatis.
✝ Signum [1] Forthredi abbatis.
✝ Signum Brordani patricii.
✝ Signum Binnani principis.
✝ Signum Æsuuini [2] ducis.
✝ Signum Alhmundi ducis.
✝ Signum Uuigberti ducis.
✝ Signum Æthelmundi ducis.
✝ Signum Eadgari ducis.
✝ Signum Heardberti ducis.
✝ Signum Ealhmundi ducis.
✝ Signum Cuthberhti ducis.
✝ Signum Eadberhti ducis.
✝ Signum Wulfheardi ducis.
✝ Signum Ealheri ducis.

Perscripta est autem hujus donationis cartula anno Dominicæ incarnationis DCCXCV., indictione quinta,[3] et regni regis Offanis XXXV., sub quarto nonas Maias, in loco qui dicitur ÆtBeranforda.[4]

Burford, Oxon.

3.

f. 148 *b*.

Charter of Ecgfrith to Willegoda, abbat of St. Alban's, with the grant of Pynesfield. A.D. 796.

[v. Gesta Abbatum, i. p. 6.]

Ego [5] Ecgfridus [gratia [6] Dei] rex Merciorum, anno Dominicæ incarnationis DCCXCVI., indictione quarta, primo autem anno regni nobis a Deo concessi, terram itaque quinque manensium, in loco qui dicitur Pinnclesfeld,[7] cum antiquis terminis, pro benedictione nostri regni abbati Willegoda nomine ad possidendum dabo; de illa namque in nomine Domini præcipiam ut semper sit beato Albano et

[1] This signature is omitted in (2), (3).

[2] *Æsuuini*] Esunini, (1); Eruuini, (2).

[3] *quinta*] An error for *tertia*.

[4] *ÆtBeranforda*] Æt Beornforda, (2); Beoranforda, (3).

[5] This charter is repeated, f. 152. It is printed in Kemble's *Codex*, No. 172, i. p. 208.

[6] *gratia Dei*] om. (1).

[7] *Pinnelesfeld*] Pinnesfeld, (2). It is a manor in Rickmansworth, Herts.

monasterio suo subjecta. Et terræ illæ a laboriosis operibus et ab omnibus tributis vel censuris et ab omnibus refectionibus regum vel principum seu omnium expeditionum, pro redemptione animæ meæ, libertatem fixam, immutabilem, concedere curabo; et possessor illius terræ non habeat potestatem hanc terram a beato Albano diribare. Qui augeat beato Albano et monachis suis benedictionis gratiam, augeat illi Deus in cælesti Hierusalem pacem et vitam æternam. Conscriptus est autem hic liber[1] in loco qui dicitur Celchyth, in synodo publico. Hæc sunt nomina testium hujus donationis. A.D. 796.

✝ Ego Ecgfridus rex hanc meam donationem cum signo crucis confirmare curabo.
✝ Ego Caenuulfus[2] rex Merciorum concedo.
✝ Ego Cynedryth regina conscripsi.
✝ Ego Sigricus dux.
✝ Ego Æthelheardus archiepiscopus [Canterbury].
✝ Ego Unuuona episcopus [Leicester].
✝ Ego Weohthunus episcopus [Selsey].
✝ Ego Alhmundus episcopus.[3]
✝ Ego Beonna abbas [Medeshamsted].
✝ Ego Fothredus abbas.
✝ Ego Ælfhunus episcopus [Dunwich].
✝ Ego Sighere filius Siger.
✝ Ego Brorda dux.
✝ Ego Esne[4] dux.
Ego Wigbertus ✝ dux.
Ego Cydda ✝ dux.
Ego Wycga ✝ dux.
Ego Wynbertus ✝ dux.
Ego Alhmundus ✝ dux.
Ego Heardbertus ✝ dux.

---

[1] *liber*] om. (1). This sentence follows the signatures in (2).

[2] *Caenuulfus*] Ceanuulf, (2).

[3] *episcopus*] Probably an error for *abbas*. He became bishop of Winchester in 802.

[4] *Esne*] Erne, (2).

A.D. 796.

Ego Cuthbertus ✝ dux.
Ego Brorda ✝ dux.
Ego Eobingus ✝ dux.

4.

f. 148 *b*.

Charter of Ecgfrith to St. Alban's, A.D. 796, granting land at Turville, Bucks.

Ego[1] Ecgfridus, gratia Dei rex Merciorum, anno Dominicæ incarnationis septingentesimo nonagesimo sexto, indictione quarta, primo vero anno regni nostri, terram x. manensium nomine Thyrefeld cum terminis suis Domino meo Jesu Christo et Ejus pretioso martyri Albano liberaliter ac æternaliter, cum consensu ac testimonio optimatum meorum, in[2] jus monasteriale pro anima mea et parentum meorum devotissime tribuo et libenter concedo. Sitque prædicta terra ab omni terrenæ servitutis jugo semper aliena, atque eadem libertate sit libera qua cæteræ terræ monasterii beati Albani conscriptæ atque concessæ sunt a glorioso Offano[3] genitore meo.

✝ Ego Ecgfridus rex hanc meam donationem cum signo crucis confirmare curabo.
✝ Ego Cynedryd regina consensi.
✝ Ego Æthelheardus archiepiscopus consensi.
✝ Ego Unwona episcopus [Leicester].
✝ Ego Weohthunus[4] episcopus [Selsey].
✝ Ego Beonna abbas [Medehamstede].
✝ Ego Elfhun episcopus [Dunwich].
✝ Ego Brorda dux.
✝ Ego Uuigbertus dux.
✝ Ego Uuicga dux.
✝ Ego Alhmundus dux.
✝ Ego Cuthbertus dux.
✝ Ego Eobing dux.
✝ Ego Forthred abbas.
✝ Ego Sighere filius Siger.

---

[1] This is repeated, f. 152 *b*. It is printed by Kemble, No. 173, i. p. 209.

[2] *in . . . . meorum*] om. (2).

[3] *Offano genitore*] Offani genitori, (1).

[4] *Weohthunus*] Weolthun, (2).

✝ Ego Esne[1] dux. A.D. 796.
✝ Ego Cydda dux.
✝ Ego Winbertus dux.
✝ Ego Heardbertus dux.
✝ Ego Brorda dux.

Conscriptus est autem hic liber in loco qui dicitur Celchyd, in sinodo publico.

5.

In[2] nomine Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, anno autem Incarnationis Ejus DCCCLXXXVIII., indictione vero vi., ego Æthelredus,[3] gratia Dei disponente procurator in Domino regni Merciorum, cogitans Deo et hominibus satis facere et amicos infraudelentos lucrare, iccirco trado atque concedo aliquam partem terræ ministro meo fideli Wulfgaro cum consensu episcoporum meorum, ducum, et omnium optimatum in publico conventu ad Saltwic congregato;—est autem telluris quasi xv. manensium in loco qui dicitur Waldene,[4]—pro ejus humili obedientia, ut habeat quam diu vivat et post se cuicumque voluerit in hæreditatem derelinquat, possidendam cum omnibus ad se pertinentibus, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus; liberam hanc terram describimus ab omnibus causis, nisi singulare pretium contra aliud ponat et modum ecclesiæ.[5] Siquis autem hanc donationem augere voluerit, augeat sibi Rex cælestis sortem cum Suis electis in regno cælorum; qui vero, quod absit, minuere se temptaverit, sciat se anathematizatum a consortio omnium sanctorum nisi Deo et hominibus digne in hoc sæculo emendaverit.

f. 150. Charter of Æthelred granting land at Walden to Wulfgar, A.D. 888.

Ego Æthelredus hanc meam donationem cum signo

[1] *Esne*] Erne, (2).

[2] Printed by Kemble, No. 1068, v. p. 133.

[3] Apparently Æthelred ealdorman of Mercia.

[4] This was afterwards given to St. Alban's by Wulfgar, "minister "Ethelredi regis." See the Liber de Benefactoribus, p. 445.

[5] Sic. The passage seems corrupt.

A.D. 888. Sanctæ Crucis corroboravi, his testibus infra caraxatis consentientibus:

✝ Ego Æthelflæd consensi.
✝ Ego Wulredus episcopus [Lichfield].
✝ Ego Alchardus episcopus [Dorchester].
✝ Ego Werferthus episcopus [Worcester].
✝ Ego Cynemundus electus [Hereford].
✝ Ego Eadwaldus dux.
Ego Æthulfus ✝ dux.
Ego Æthelferdus ✝ dux.
Ego Alchelmus ✝ dux.
Ego Earthulfus. ✝
Ego Beornothus. ✝
Ego Ælwardus. ✝
Ego Eadnothus. ✝
f. 150 *b.* Ego Ælfredus.
✝ Ego Æthelgarus.
Ego Alchstanus.
Ego Wiferdus.
Ego Ælfredus.
Ego Wulricus.
✝ Ego Wulfredus.
✝ Ego Æthulfus.
✝ Ego Buga.
✝ Ego Ufa.
✝ Ego Beorhthelmus.

6.

Hæc carta loquitur de Gatesdene et de reliquis.

f. 151. Will of Æthelgifu, granting Gaddesden, Herts., to St. Alban's, A.D. 942–946.

Ego[1] Æthelgive aperio domino meo regi et reginæ dominæ meæ et omnibus amicis meis quomodo testamentum meum dispono. Id est, inprimis domino meo regi xxx. mancusas auri et duos equos et omnes canes meos, et dominæ meæ reginæ xxx. mancusas auri et

[1] Printed by Kemble, No. 410, ii. p. 266.

terram Westwicam;[1] et Sancto Albano terram quæ vocatur Gætesdene,[2] eo tenore ut fruantur ea fratres communiter; et xxx. mancusas auri et xxx. boves, xx. de Gætesdene et decem de Acersce, et xx. vaccas, x. de Gætesdene et x. de Acersce, et ccl. oves et gregem porcorum et subulcum cum ipsis, et duos sciphos argenteos et duo cornua et unum librum et unam cortinam et unum bancale concedo cum consensu domini mei regis. Et illam terram apud Longaforde[3] Ælfnoto dies suos, eo tenore ut singulis annis det ad Hiccam pastum trium dierum, et post dies suos supradictam terram. Et Leofwino nepoti meo unam hidam apud Cliftune[4] et illam dimidiam quam Winemannus habuit; et Ælfwoldus terram Mundene[5] dies suos habeat, eo tenore quod dabit annis singulis in Quadragesima ad Brahcingum[6] sex modios de brais, et ad hoc farinam et pisces, et tantumdem ad Wellingum,[7] et ad singula monasteria quatuor porcos ad festivitatem Sancti Martini, et post obitum suum medietatem terræ supradictæ ad Brahcingum et medietatem ad Welingum. Et Leofsinus habeat Standune,[8] et post ipsum[9] Ifwoldus, et post mortem amborum Sanctus Albanus prædictam terram habeat pro suis animabus dominorumque suorum. Et Leofsius terram Offanlege[10] et omne quod liber docet et terram Ciwingum[11] ad porcos sibi nutriendos, eo tenore ut annis singulis pro firma de istis duabus villis omnem congregationem Sancti Albani tribus diebus pascat, aut pro firma dabit hoc quod ego testificata sum testimonio optimatum domini mei, et terram apud Weodune,[12] et pro illa similiter faciat quod testificata sum. Et terram Offanlege dabit filio suo, si de desponsata muliere filium habet; sin autem, dabitur Sancto Albano, præter illam ubi Catulwus sedet

A.D. 942–946.

[1] Westwick, Herts.
[2] Gaddesden, Herts.
[3] Langford, Beds.
[4] Clifton, Beds.
[5] Munden, Herts.
[6] Braughing, Herts.
[7] Welwyn, Herts.
[8] Standon, Herts.
[9] MS. ins. *et.*
[10] Offley, Herts.
[11] Chewing, Herts.
[12] Weedon, Bucks.

A.D. 942-946. et Æthelferdus et Æthelswida, illa dabitur filiæ dominæ suæ Ælfgivæ si adhuc vivit; si non, tota Sancto Albano reddatur. Et Ælfwoldus medietatem terræ apud Lundoniam habeat, et filius ejus Ælfheah medietatem; et dabitur Leofrune terra Watford, et apud Weotune[1] duos homines et octo boves, etc.

✝ Ego Æduuardus[2] rex concessi.
Ego Oda archiepiscopus. ✝
✝ Ego Theodredus præsul [London].
✝ Ego Ælfhelgus pontifex [Winchester].
✝ Ego Wulgarus episcopus [Lichfield].
✝ Ego Ælfricus antistes [Hereford].
Ego Burgricus episcopus [Rochester].
✝ Ego Wulsius episcopus [Sherborne].
✝ Ego Ælfredus episcopus [Selsey.]
✝ Ego Wulfhelmus episcopus [Wells].
✝ Ego Æthelgarus episcopus [Crediton.]
✝ Ego Kenwaldus episcopus [Worcester].
✝ Ego Wulfhelmus episcopus.
✝ Ego Kynsius episcopus [Berkshire.]
✝ Ego Æthelwaldus episcopus [Elmham ?]
✝ Eowel subregulus.
✝ Eadgarus Ettheling.
✝ Wulgarus comes.
Ethelstanus ✝ dux.
Ethelwaldus ✝ dux.
Ethelmundus ✝ dux.
Alhelmus ✝ dux.
Ethelstanus ✝ dux.
Eadricus ✝ dux.
Uhredus ✝ dux.
Acule ✝ dux.
Haldene ✝ dux.

Hi omnes subscribentes donum regis roborabant.

---

[1] Weedon, Bucks.

[2] This must be an error for Ædmundus. If so, the date is between 942, when Odo became archbishop, and 946, when Eadmund died.

Quinquaginta nomismata auri cocti Æthelricus dedit valde lætus largo regi Cyrclinctune[1] elata mente, ut Gætesdena[2] permaneret Sancto Albano, magnis rebus ac modicis fruentibus monachis confirmata. Qui hŏc contradixerit, anathema sit. A.D. 942–946.

7.

Omnipotentia[3] divinæ Majestatis ineffabiliter universa gubernante. Licet regalium dignitatum decreta et antiqua priorum temporum privilegia, permanente integritatis signaculo, fixa jugiter ac firma perseverent, attamen quia plerumque tempestates et turbines sæculi, fragilem humanæ vitæ cursum pulsantes, contra superna Dominicæ sanctionis jura illidunt, iccirco stili officio renovanda et cartarum suffragiis sunt roboranda, ne forte successura posterorum progenies, ignorato præcedentium patrum cyrographo, inextricabilem horrendi baratri voraginem incurrat, nec *inde* libera *exire* queat, *donec* juxta veritatis sententiam cuncta usque ad *novissimum quadrantem* debita plenissime *reddat.* Quapropter ego Æthelredus, totius Albionis cæterarumque gentium in circuitu persistentium, munificente superno Largitore, basileus, incertum futurorum temporum considerans eventum, cunctisque succedentibus desiderans esse consultum, et ut ipse in tremendo magni Judicii die sanctorum patrociniis suffragantibus hæreditatis supernæ cohæres effici merear, Deo omnipotenti et Sancto Albano gentis Anglorum prothomartyri Christoque servienti monachorum familiæ celebri in loco, qui solito ÆtUueatlinga ceastre[4] nuncupatur vocabulo, octo mansarum portionem duobus in locis æqua dimensione sitam, quatuor videlicet ÆtByrstane, similiter et qua-

f. 148 *b.* Charter of Æthelred, granting lands in Weatlingaceastre (St. Alban's) to St. Alban's, A.D. 996.

S. Matt. v. 26.

f. 149.

---

[1] Kirtlington, Oxford.

[2] *Gætesdena*] Gæterdena, MS.

[3] This is repeated, f. 152 *b.* It is printed by Kemble, No. 696, iii. p. 296.

[4] *ÆtUueatlinga ceastre*] ÆWættlinga cestre, (2).

A.D. 996. tuor ÆtUuincelfelda,[1] cum novem præfatæ civitatis habitaculis, quæ patria lingua *hagan* appellari solent,[2] octoque jugeribus Æt Westwican, ad idem monasterium æque pertinentibus, devota mente secundum pristinum renovando restituo, et restituendo in nomine Domini nostri Jesu Christi præcipio, ut nullius altioris aut inferioris dignitatis persona, aut in nostris sive successorum nostrorum temporibus, hanc quam præfatus sum portionem de prædicta sancti martyris ecclesia auferre vel minuere qualibet occasione præsumat; sed hoc meæ renovationis inviolabili[3] jugiter permanente et contra omnia æmulorum machinamenta prævalente cirographo, prædictum monasterium ab omni mundanæ servitutis jugo, sicut continetur in veteri cartula, quam Offa rex Merciorum dictitando[4] composuit, et fecit esse privilegium ob monimentum omnium succedentium regum de omnibus rebus quas Deo tradidit et sancto martyri Albano pro remedio animæ suæ. Iccirco ego, tali provocatus exemplo, renovare cupiens statuo, ut quæcunque prædictus rex decrevit, inconcussa et firma perpetualiter perdurent. Et[5] nostra auctoritate omnia a nobis tradita una cum omnibus quæ ad sanctum ipsum locum pertinere dinoscuntur, campis, pascuis, pratis, silvis, eatenus sit[6] liberum eadem libertate qua prædiximus; ut inibi Deo famulantes tam pro meis quam pro omnium prædecessorum meorum deliquiis, sine ulla terreni potentatus molestia, cotidie saluberrima Missarum solennia Omnipotenti Deo celebrent, et dulcissimas Psalmorum modulationes ore et corde decantantes, armis spiritualibus contra visibiles et invisibiles hostes pro nobis et pro omni populo Christiano dimicare non cessent, quatinus ejusdem beati martyris intercedentibus meritis, sive in præsenti sive in futura, sive in utraque vita, Christo pro nobis virtutem faciente,

[1] Winkfield, Berks.
[2] *solent*] solet, (1).
[3] *inviolabili*] violabili, (2).
[4] *dictitando*] dictando, (2).
[5] (2) ins. *ex*.
[6] Sic, both copies.

victoriam quandoque de inimicis nostris voti compotes A.D. 996.
adipisci mereamur. Siquis[1] autem, maligno spiritu instigante, huic decreto repugnare[2] temptaverit, sciat se alienum esse a consortio sanctæ Dei Ecclesiæ et participatione sacrosancti corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi, et in novissimo tremendi[3] Judicii die noverit se in inferno inferiori et in æterna damnatione mergendum, et per auctoritatem præfati martyris sciat se absque ullo termino sine fine cruciandum; nisi digna et congrua satisfactione citius emendaverit, quod contra Deum et sanctum martyrem Ejus delinquere non timuit.

Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXCVI., indictione octava, scriptum et renovatum est hujus libertatis cyrographum; his testibus consentientibus, quorum inferius nomina secundum uniuscujusque dignitatem ordinata caraxantur.

✝ Ego Æthelredus, Anglorum basileus, hanc renovationis et libertatis cartam scribere jussi.
✝ Ego Ælfricus, Doruernensis ecclesiæ archiepiscopus, huic scedulæ signaculum sanctæ crucis imposui.
✝ Ego Ealdulfus, Eboracensis ecclesiæ archiepiscopus, huic diffinitioni consentaneus extiti.
✝ Ego Ælfheah, Uuintoniensis ecclesiæ episcopus, huic cyrographo similiter assensum præbui.
✝ Ego Uulfstan episcopus consensi [London].
✝ Ego Ælfheah episcopus corroboravi [Lichfield].
✝ Ego Athulf episcopus consignavi [Hereford].
✝ Ego Wulsige episcopus consolidavi [Sherborne].
✝ Ego Ordbriht episcopus consigillavi [Selsey].
✝ Ego Goduuinus episcopus confirmavi [Rochester].
✝ Ego Ealdred episcopus conclusi [Cornwall].
✝ Ego Ælfthryth regina.
✝ Ego Ælfuueard abbas.
✝ Ego Ælfsige abbas.
✝ Ego Uulfgar abbas.

[1] *Siquis*] sicque, (2).
[2] *repugnare*] reputare, (2).
[3] *tremendi*] tremendo, (2).

A.D. 996.

✠ Ego Leofric abbas.
✠ Ego Alfhere abbas.
✠ Ego Alfuuord[1] abbas.
✠ Ego Brihnoth[2] abbas.
✠ Ego Kenulf abbas.
✠ Ego Æthelweard dux.
Ego Alfric ✠ dux.
Ego Aelfhelm ✠ dux.
Ego Leofsige[3] ✠ dux.
Ego Æthelmær ✠ minister.
Ego Ordulf ✠ minister.
Ego Wulfricus ✠ minister.
Ego Wulgeat[4] ✠ minister.
Ego Wulfheah ✠ minister.
Ego Brithmær ✠ minister.
Ego Leofwine ✠ minister.
Ego Æthelweard ✠ minister.

8.

Privilegium Æthelredi regis Anglorum de terra quæ dicitur Codicota.

f. 150. Charter of Æthelred to Ælfhelm respecting Codicote, Herts. A.D. 1002.

Regnante[5] imperpetuum Domino nostro Jesu Christo. Cunctis sophiæ studium ferme rimantibus stabili notum constat ratione, quod præsentis[6] essentiæ periculis incubantibus et curis evanescentium rerum inopinate crebrescentibus, humana mortalium rerum cognitio quasi ros minuendo elabitur et oblivioni tantundem traditur, nisi aliqua certa ratione prænotetur, quia non sunt æterna quæ hic conspiciuntur sed terrena, ut

2 Cor. iv. 18.

Imbutus sermone Tonantis Apostolus inquit,
Nunc velut umbra cito sic corporeæ fugiunt res,
Sed decus æternum hoc visu stat certius omni;

ideo ego, Æthelredus rex, Anglorum telluris gubernator

---

[1] *Alfuuord*] Alfwold, (2).
[2] *Brihnoth*] Brihtnoth, (2).
[3] *Leofsige*] Æleofsige, (1).
[4] *Wulgeat*] Wulfgeat, (2).
[5] This is repeated, f. 153 *b*. Printed in Kemble, No. 1297, vi. p. 145.
[6] *præsentis*] præsentie, (2).

et rector, cuidam meo fideli ministro, vocitato nomine Ælfelmus, aliquam portionem terræ pro suo placabili pecunia, id est centum quinquaginta duo mancusas puri auri, perenniter mente devota concedo; id est, v. mansas illic ubi Anglica appellatione dicitur Æt Cuthingcoton,[1] ut illo prædicto territorio voti compos vita perfruatur comite et post obitum sibi a Deo prævisum quibuscumque voluerit cleronomis, cum his rebus quæ ad eandem terram pertinere dinoscuntur, tam in magnis quam in minimis, campis, pascuis, pratis, silvis, immunem ad fruendum derelinquat; præfatum siquidem rus omni servitio careat præter expeditionem, pontis et arcis munimen. A.D. 1002.

Grant of this land to St. Alban's by Ælfhelm.

Ego autem Ælfhelmus hanc supradictam terram quæ vocatur Cuthingcoton, cum omnibus ad se rite pertinentibus, Deo et Sancto Albano pro redemptione animulæ meæ, sicuti eam habui a rege cum consensu suo ac testimonio optimatumque illius, in perpetua possessione ad usum monachorum Deo sanctoque martyri die noctuque servientium libentissime donabo. Siquis autem, quod non optamus, larvarico instinctus flamine, hoc nostræ dapsilitatis sintagma transmutare præsumptuosus temptaverit, noscat se ultima examinis die, stridula clangente archangeli buccina cunctis tremefactis creaturis, cum Juda Christi proditore ejusque complicibus baratri incendiis depulsum æternaque puniendum damnatione. Istis terminis ambitur prædicta tellus.[2]

Anno Incarnationis Dominicæ millesimo secundo titulata est hujus muneris donatio, his unanimi conspirantibus consensu, quorum vocabula hinc profundius annotata esse conspiciuntur.

Ego Æthelredus rex Anglorum hanc largitatem ita dictavi.

✝ Ego Ælfricus archiepiscopus confirmavi.

[1] *Cuthingcoton*] Cuderingcoton, (1).

[2] The boundaries are not given.

A.D. 1002. ✝ Ego Æthelstanus filius regis.
✝ Ego Ecbyrhtus filius regis.
✝ Ego Eadmundus filius regis.
✝ Ego Eadweardus filius regis.
✝ Ego Eadwius filius regis.
✝ Ego Eadgarus filius regis.
✝ Ego Ælfhegus episcopus consignavi [Winchester].
✝ Ego Wulstanus episcopus conquievi [London].
✝ Ego Æswius episcopus coadunavi [Dorchester].
✝ Ego Athulfus episcopus consolidavi [Hereford].
✝ Ego Ordbirthus episcopus consigillavi [Selsey].
✝ Ego Godwinus episcopus conclusi [Rochester].
✝ Ego Ealdredus episcopus consensi [Cornwall].
✝ Ego Liuingus episcopus consensi [Wells].
✝ Ego Alfwoldus episcopus corroboravi [Crediton].
✝ Ego Æthelricus episcopus conscripsi [Sherborne].
✝ Ego Ælfwerdus ✝ abbas.
Ego Alfsius ✝ abbas.
Ego Wufgarus[1] ✝ abbas.
Ego Kenulfus ✝ abbas.
Ego Godwinus ✝ abbas.
Ego Wulricus ✝ abbas.
Ego Ælferus ✝ abbas.
Ego Eadnothus ✝ abbas.
Ego Germanus ✝ abbas.
Ego Leofricus ✝ abbas.
Ego Ælfricus ✝ dux.
Ego Ælfhelmus ✝ dux.
Ego Leofuuinus ✝ dux.
Ego Æthelmærus ✝ minister.
Ego Ordulfus ✝ minister.
Ego Fræna ✝ minister.
Ego Wulfgetus ✝ minister.
Ego Wulfah ✝ minister.
Ego Wulfricus ✝ minister.
Ego Ulfkytellus ✝ minister.

[1] *Wufgarus*] Wulfgar, (2).

9.

Cum[1] nos in extrema pæne hujus vitæ margine cer- f. 149.
namus sistere et ultima quæque senescentis mundi pericula indesinenter luere, admonemur per hoc patenter parvipendere fugitivam atque caducam hujus temporis pompam, et ad inmarcessibilem æternæ beatitudinis per bonorum operum exhibitionem tendere palmam; et quicquid utilitatis nostris fuerit, Dei mirifica allubescente clementia, statutum temporibus, hoc apicum notis inserere cartis, ne hoc ipsum, quod absit, a subsequentibus causa ignorantiæ annullari ullo modo queat, et nostra tunc merces minoretur. Quapropter ego Æthelredus, sceptrigera ditione Anglis cæterisque sistentium in circuitu gentibus, voce, habitu, morumque varietate distantibus rex subtronizatus, ob meæ remedium animulæ et ob stabilimentum regni cælitus mihimet concessi atque etiam ob maximæ pecuniæ pretium mihimet pro hoc ipso collato, condono ad sancti et eximii hujus patriæ prothomartyris Albani cœnobium quandam juris mei portiunculam, casatas equidem senas, binis in locis semotas; unam scilicet, ubi ab incolis usitato nomine dicitur Fleamstede,[2] et quinque ubi noto vocitamine ab olim castellum jam pene dirutum Ausonica lingua dicebatur Verulamium, quod nos vulgariter dicimus Uuætlingaceaster; ubi et ipse sanctissimus Christi agonista varia pro fide Christi pertulit tormentorum cruciamenta. Hoc sagaciter meo revolvens animo, justius fore multo locum, in quo passus est, suo æternaliter mancipari cœnobio almifico, quam diutius fisco regali vel quolibet terreno audacter subjacere negotio. Decens est enim, ut locus,[3] quem suo sacratissimo agonizans pro Christo aspersit et sacravit cruore, ad ipsum perpetualiter revertatur lo-

Charter of Æthelred, with grants at Flamstead and St. Alban's to St. Alban's. A.D. 1006.

[1] This is repeated, f. 153. Printed in Kemble, No. 672, iii. p. 248, with a wrong date.

[2] Flamstead, Herts.

[3] *locus*] locum, (1).

A.D. 1006. cum, ubi et ipse martyrio expleto, capite truncato, bravium cæleste et inmarcessibilis vitæ meruit coronam. Hoc nempe meæ dapsilitatis emolumentum libens sub æternali libertate liberum concedo; sicut abavus prædecessor meus, Offa scilicet rex inclitus, omnia, quæ ipse ad ipsum cœnobium contulit, libertate ditavit. Eadem inquam libertate non solum hanc possessiunculam liberam libens statuo, sed etiam quicquid a me ipso, vel a qualibet persona majori sive minori ab[1] heri et nudiustertius et exin usque ad terminum istius transitorii regni vitæque habentis[2] extrema datum fuerit, [ut] ad supradicti martyris tumbam sub hac libertatis et renovationis cartula æternali libertate permaneat liberum. Et ne forte quis præsentium vel magis futurorum ambiget, quæ sit illa libertas qua ipsum cœnobium rex benivolus Offa ditavit et egomet nunc
f. 149 *b*. confirmando renovavi, dicam plane quia omnimodis cuncta illius monasterii possessio nullis est obnoxia fiscis,[3] scilicet nec expeditionis, nec pontis et arcis ædificamine, nec juris regalis fragmine, nec furis apprehensione; et ut omnia simul comprehendam, nil debet exsolvi vel regis præposito, vel episcopi, vel ducis, vel ullius hominis; sed omne debitum exsolvant jugiter, qui in ipsa possessione fuerint, ad prædicti martyris mausoleum, secundum quod ordinaverit abbas qui ipso præfuerit cœnobio. Notum etiam vobis cupio fore, quantum pretium pro hoc ipso abbas ipsius cœnobii nomine Leofricus mihimet contulit, quando illud grave vectigal Danis exsolvebamus. Præstitit nempe mihi ducentas libras auri et argenti ex appensione Danorum; et pro fœnore ipsius pretii accepit a me villam quæ dicitur Eadulfinctun,[4] quinquaginta quinque mansas habens, et has etiam sex mansas. Et nunc gratanter ipse mihimet mente benivola reddit prædictas quinquaginta quinque mansas, et con-

[1] *ab*] ad, (2).
[2] *habentis*] labantis, (2).
[3] *fiscis*] fascis, (1).
[4] v. Gesta Abbatum, i. p. 33.

tentus est in ipsis sex mansis, pro ducentis libris. A.D. 1006.
Ideoque hanc libertatis et renovationis scedulam facilius adeptus est. Permaneat itaque prædicta possessio, cum omnibus utensilibus ad se rite pertinentibus, sub prædictæ libertatis cyrographo, voti compos. Et quisquis nostræ hoc liberalitatis donum augmentare mente maluerit jocunda, sentiet se donis per[1] hoc locupletari divinis; si autem, quod absit, uspiam quis, larvarico attactus instinctu, mente hoc subdola machinatus fuerit annullare, vel quippiam in pejus quam constituimus transvertere, sua pro audacia a cœtu in hac vita anathematizetur fidelium, et in tremendo Dei examine, astantibus cælorum agminibus hominumque turmis necne et horrendis Herebi vernulis, palam cunctis damnetur cum hædis, Averni cruciamenta sine fine luiturus, ni ante obitum condigne emendaverit. His[2] metis prædicta tellus circumgiratur.

Scripta est autem hujus libertatis cartula, decursis annis ab incarnatione Christi DCCCCXC. novenis terque binis, in cursu millenario equidem sexto. His testibus faventibus, quorum dignitates hic cum onomate contemplare valebis:

✝ Ego Æthelredus, regia infula comptus, propriæ munificentiæ donum stabiliter confirmo.
✝ Ego Uulfstanus archiepiscopus Eboracensis ecclesiæ assentio.
✝ Ego Æthe[l]stanus clito.
✝ Ego Ecbryrht clito.
✝ Ego Eadmundus clito.
✝ Ego Eaduuard clito.
✝ Ego Eadred clito.
✝ Ego Eadwig clito.
✝ Ego Eadgar clito.
✝ Ego Ælfheh episcopus [Winchester].
✝ Ego Ordberht episcopus [Selsey].

---

[1] *per*] pro, (1).

[2] The boundaries are not given.

A.D. 1006. ✠ Ego Athulf episcopus [Hereford].
✠ Ego Æthelsie episcopus [Sherborne].
✠ Ego L[i]uing episcopus [Wells].
✠ Ego Alfwold episcopus [Crediton].
✠ Ego Ælfhelm episcopus [Dorchester].
✠ Ego Ælfrie abbas.
✠ Ego Wulfgar abbas.
✠ Ego Kenulf abbas.
✠ Ego Ælfrie abbas.
Ego Leofric ✠ abbas.
Ego Eadnoth ✠ abbas.
Ego Ælfwerd ✠ abbas.
Ego Ælfric ✠ comes.
Ego Ælfhelm ✠ comes.
Ego Leofwine ✠ comes.
Ego Æthelmær ✠ minister.
Ego Wulfgeat ✠ minister.
Ego Eadric ✠ minister.
Ego Wlfheh ✠ minister.
Ego Æthelric ✠ minister.[1]
Ego Æheluuine[2] ✠ minister.
Ego Æthelwerd ✠ minister.
Ego Æthestan ✠ minister.
Ego Ulfkytel ✠ minister.
Ego Byrhrie[3] ✠ minister.
Ego Leofwine ✠ minister.

10.

f. 149 *b.* Charter of Æthelred, granting lands at Norton, &c. to St. Alban's, A.D. 1007.

Regnante[4] in perpetuum Deo et Domino nostro Jesu Christo. Quamvis ubique per universum mundum merita beatorum martyrum divinis celebranda sint præconiis, eorumque suffragia, qui pro Christi nomine sanguinem suum fuderunt, totis nisibus amplectenda,[5]

[1] (1) inserts Ego Æthelricus miñ, repeated in error.
[2] *Æheluuine*] Æthelwine (2).
[3] *Byrhie*] Bryhtrie, (2).
[4] This is repeated, f. 153 *b.* Printed in Kemble, No. 1304, vi. p. 157.
[5] *amplectenda*] amplactanda, (2)

Anglorum tamen populis intra ambitum Britanniæ constitutis specialiter est honoranda beati martyris Albani gloriosa victoria, qui et ipse pro Christo martyrium subiit et hanc gentem rosei sanguinis effusione consecravit; quapropter ego Æthelredus, totius Albionis superna largiente gratia basileus, ut in tremendo magni Judicii die,[1] sanctorum patrociniis intervenientibus, superni regni cohæres existere merear, trium possessionem terrarum Deo omnipotenti ad monasterium præfati martyris æternaliter possidendam concedo, quarum duæ simul adjacent; hoc est Æt Northtune,[2] et una mansa Æt Rodanhangron, tertia vero seorsum sita usitato vocabulo Æt Oxangehæge[3] nominatur. Harum quidem terrarum portionem Offa rex Merciorum quondam regali jure possedit, eamque ad prædictum monasterium pro amore tanti martyris qui inibi requiescit æterna lege libere concessit; sed eo postmodum defuncto, per potentiam quorumdam iniquorum violenter abstracta est, et tam diu ab ipso loco injuste exclusa donec tandem fieret a Leofsino[4] duce possessa; qui dum culpa sua exigente patria pulsus exularet, Ælfricus mihi fidelis archiepiscopus et Leofricus abbas frater ejus eandem portionem dato pretio me concedente emerunt, et ut Deo quæ[5] Dei erant restituerem rogatu humillimæ devotionis obtinuerunt. Post obitum vero nominati superius archiepiscopi, interpellante fratre ipsius, hanc cartam meæ[6] donationis[7] et renovationis scribere jussi, in qua præcipio tam mea quam Dei omnipotentis auctoritate ut nulla altior inferiorve persona, cujuscumque sit dignitatis, hanc portionem sancto martyri subtrahere qualibet occasione præsumat sive in meis sive successorum meo- A.D. 1007.

[1] *die*] dei, (1).
[2] Norton, Herts.
[3] Oxhey, Herts.
[4] *i.e.* the ealdorman Leofsige, banished for slaying the king's reeve Æfic. See the A. S. Chron. a. 1002.
[5] *quæ*] qui, (1).
[6] *meæ*] me, (1).
[7] *donationis et*] om. (2).

A.D. 1007. rum temporibus, sed permanente jugiter et prævalente restitutionis hujusce privilegio omnia contrariorum molimina adnullentur, sitque prædicta terrarum possessio perpetualiter ea libertate donata qua memoratus rex Merciorum tam cœnobium Sancti Albani quam omnes quas illuc intromisit possessiones omni devotione ditavit, tribus exceptis, rata expeditione, pontis arcisve restauratione. Cæterum cuncta ad se pertinentia campi, pascua, prata, silvæ, et reliqua, libera permaneant. Siquis igitur hæc decreta violare præsumpserit, omnipotentis Dei et omnium Sanctorum meaque et omnium Christianorum benedictione careat et æterna maledictione damnatus intereat, nisi digne citius emendaverit quod contra Deum et sanctum martyrem ejus Albanum deliquit. Hi sunt fines[1] quibus earundem possessio terrarum gyratur.

Anno Dominicæ incarnationis millesimo septimo, indictione v., scripta est hujus munificentiæ scedula, his testibus consciis quorum hæc nomina sunt :

Ego Æthelredus Anglorum rex pro amore Dei et sancti martyris Albani hanc donationem gratulabundo corde renovavi et renovatam huc[2] stilo commendare præcepi.

Ego Alfhah Dorobernensis ecclesiæ archiepiscopus huic donationi regiæ signaculum sanctæ crucis imposui ✠.

f 150. Ego Ælfgyva regina devota mente concessi ✠.

Ego Uulfstanus Eboracensis ecclesiæ archiepiscopus huic diffinitioni consentaneus extiti ✠.

Ego Æthelstanus filius regis cum fratribus meis clitonibus adplaudens consensi ✠.

Ego Ætheluuoldus Uuintoniensis ecclesiæ modernus episcopus assensum præbui ✠.

Ego Ordbertus Australium Saxonum episcopus corroboravi [Selsey] ✠.

---

[1] The boundaries are not given. | [2] *huc*] hinc, (2).

Ego Adulfus episcopus consignavi [Hereford]. A.D. 1007.
Ego Liuingus episcopus consolidavi [Wells].
Ego Goduuinus episcopus consigillavi [Rochester].
Ego Ælhunus episcopus confirmavi [London].
Ego Ælgarus cum reliquis coepiscopis conclusi [Elmham] ✝.
✝ Ego Ælfweardus abbas.
✝ Ego Ælfsius abbas.
✝ Ego Uulgarus abbas.
✝ Ego Ælfsinus abbas.
✝ Ego Germanus abbas.
✝ Ego Alferus abbas.
✝ Ego Brithwoldus abbas.
✝ Ego Ælmærus[1] abbas.
✝ Ego Aednodus abbas.
✝ Ego Godemanus, abbas.
✝ Ego Ælfricus dux.
✝ Ego Leofuuinus dux.
✝ Ego Eadricus dux.
✝ Ego Ælgarus minister.
Ego Æthelmærus ✝ minister.
Ego Æthelwoldus ✝ minister.
Ego Leofuuinus ✝ minister.
Ego Godricus ✝ minister.
Ego Ælthinus[2] ✝ minister.
Ego Bricsinus[3] ✝ minister.
Ego Ulfkytelus ✝ minister.
Ego Æthelricus ✝ minister.
Ego Ælfgarus ✝ minister.
Ego Oswius ✝ minister.
Ego Leofuuinus ✝ minister.
Ego Ælfuuius ✝ minister.
Ego Altheluuinus ✝ minister.
Ego Æthelwoldus ✝ minister.

---

[1] *Ælmærus*] Ælfmær, (2).
[2] *Ælthinus*] Æthelwine, (2).
[3] *Bricsinus*] Byrhtsige, (2).

11.

De Redburna et de reliquis terris.

f. 151. Charter of Ægelwine le Swarte to St. Alban's respecting Granborough, Redbourn, Langley, Herts, and Thwangton. [v. Gesta Abbatum, i. pp. 39, 54.] A.D. 1042–1049.

Hoc[1] notum sit omnibus fidelibus, quod ego Ægelwinus Niger cum consensu domini mei regis Æduuardi aliquam ruris partem, id est xxi. mansas cum una virga, in quattuor locis ubi nominamus, ÆtGrenebeorge v. hidas, Æt Reodbune vii. et i. virgam, Æt Langalege v. hidas et dimidiam, Et Thwangtune iii. hidas et dimidiam, ad honorem Dei et Sanctæ Mariæ et Sancti Albani et omnium sanctorum ad ecclesiam supradicti martyris Albani, pro anima mea et anima Wynflædæ uxoris meæ et pro animabus seniorum meorum, devotissime concedo ad usum monachorum Deo et beato martyri inibi servientium. Siquis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre voluerit, sit privatus a consortio sanctæ Dei ecclesiæ, æternisque baratri incendiis lugubris jugiter cum Juda Christi proditore ejusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendaverit congrua. Hujus doni constipulatores fuerunt quorum inferius nomina scripta videntur.

Ego Ædwardus rex Anglorum hanc donationem Ægelwino mihi oppido fideli desideranti libenter concessi ✝.

Ego Ælfyfa Imma, mater regis Ædwardi, concessi ✝.

Ego Ægelwinus hanc meam donationem manu mea confirmavi.

✝ Ego Eadnothus episcopus [Dorchester].

✝ Ego Siwardus comes.

✝ Ego Thurius comes.

✝ Ego Ælfricus filius Withgari.

✝ Ego Ælwinus filius Wulfredi.

---

[1] Printed by Kemble, No. 962, iv. p. 296. Its date is between Edward's accession (1042) and Eadnoth's death (1049).

A.D. 1042–1049.

✠ Ego Thurgiselus.
✠ Ego Swegn.
Ego Burhtredus ✠.
Ego Leofwinus filius Æstan ✠.
Ego Alwoldus frater Leofwin ✠.
Ego Ægelricus Rufus ✠.
Ego Alrig et omnis mea familia.

12.

Hæc est carta de Cyrictiuua.

f. 150 *b*. Agreement of Tova, widow of Wihtric, respecting Cyrictiwa. [See Gesta Abbatum, i. p. 39.] A.D. 1050–1052.

Hæc[1] scriptura demonstrat conventionem quam Tova, quædam vidua quæ fuit uxor Wihtrii, fecit cum domno abbate Leofstano et omni congregatione ecclesiæ Sancti Albani de terra quæ vocatur Cyrictiwa.[2] Hoc est quod ipsa supradicta femina dedit senioribus tres marcas auri tali conventione, ut ipsa teneret supradictam terram in vita sua et filius ejus Godwinus, et post mortem amborum sine ulla contradictione reciperet Sanctus Albanus terram suam tam bonam et tam plenam, sicuti fuerat quando eam a senioribus et ab ecclesia susceperat, vel aliquanto meliorem. Et ipsa pro cognitione singulis annis deberet ad festivitatem Sancti Petri ad Vincula unum sextarium mellis triginta duarum unciarum monachis ecclesiæ Sancti Albani ad firmam dare. Quicunque hanc constitutionem servare sine fraude studuerit benedictionem Dei et sancti martyris Albani habeat, et quicunque hæc fregerit sit anathematizatus a consortio sanctæ Dei ecclesiæ et maledictionem Dei et Sancti Albani et omnium sanctorum habeat. Amen. Hujus conventionis sunt testes:

Aug. 1.

Uffus[3] episcopus et Leofricus comes et abbas et

[1] Printed by Kemble, No. 950, iv. p. 284. It must have been written while Ulf was bishop of Dorchester, *i.e.* 1050–1052.

[2] Probably Tewin, Herts.

[3] Probably Ulf, bishop of Dorchester 1050–1052.

A.D.1050–1052. omnis congregatio Egnes[1] Abbonduniensis et abbas et omnis congregatio Egneshamiensis[2] et Wagan et omnes barones Leofrici comitis et Ægelricus de Gluntune et Edricus filius Æfici et Brihtuuinus de Dædintun et Leofwinus de Bærtune et Ægelricus Smyrl et Alfuuinus et Alwinus de Ingham et Leofricus filius Osmundi et Leofenotus frater ejus et Burhredus et Sæwardus et Ægeluuardus de Ortune et Asserus filius Tolrii et Goduuinus præpositus civitatis Oxnafordi et Wulfwinus præpositus comitis et omnes cives Oxanfordiensi.

13.

De Stodham.

f. 150 *b.* Grant of Studham, Beds, to St. Alban's by Oswulf and Æthilitha, A.D. 1053–1065. [See Gesta Abbatum, i. p. 39.] *Stodham.*

Hæc[3] est cartula quæ demonstrat conventionem illam quam fecerunt Oswulfus et Æthilitha uxor sua cum domino abbate Leofstano et monachis ecclesiæ Sancti Albani, quando introierunt in fraternitatem illorum. Dederunt autem in primis Oswulfus et Æthelitha uxor sua domino abbati Leofstano et monachis ecclesiæ Sancti Albani ad introitum fraternitatis eorumdem propter caritatem viginti solidos, obtuleruntque Deo ac sancto Ejus martyri Albano cum magna devotione illam terram quæ dicitur Æt Stodham, sicuti ipsi illam ea die melius possiderent. Idque factum est cum consensu ac licentia regis Eadweardi atque reginæ Edgythæ, scilicet ut et ipsi participes essent istius doni et retributionis ejusdem consortes in regno cælorum. Ipsi autem, scilicet Oswulfus et Æthelitha, hoc donum Deo et Sancto fecerunt Albano pro animabus eorum cunctorumque consanguineorum suorum, quatinus in futuro judicio veniam mereantur percipere peccatorum. Specialius tamen illa nobi[li]s matrona,

[1] Sic, the scribe's eye being probably caught by *Egnes in* the next line.

[2] *i.e.*, Egnesham or Eynsham in Oxfordshire.

[3] This is printed by Kemble, No. 945, iv. p. 280. The date must be between Wulfwi's consecration as bishop of Dorchester (1053) and the Confessor's death, Jan. 1066.

videlicet Æthelitha, hanc donationem fieri obtinuit a præsente domino suo, hoc est Oswulfo, pro anima prioris domini sui Ulfi qui sibi illam tribuit villam. Postea autem rogaverunt ambo domnum abbatem Leofstanum ut dedisset eis ligna ad ædificandam in eadem villa ecclesiam in honore Domini nostri Jesu Christi et Sancti Albani, ut et hæc ecclesia sibi in specialissimum fieret proprietatis signum, et ut ex illa die ob nullius eventum causæ eam ullo modo amplius Sanctus perdere posset Albanus; ea tamen conditione, ut quamdiu illi viverent terram illam in suum usum haberent cum licentia domni abbatis Leofstani simul et monachorum; et hoc tali pacto quod ob istius rei agnitionem unoquoque anno ad victum proprie monachorum viginti solidos darent, quamdiu superstites ipsi fuissent. Hujus rei testes sunt Wufwius[1] episcopus, Bondius stabulator, Burhredus, Edwinus ejusdem filius, Godricus tribunus, Ælfstanus vicecomes, Leofwinus de Cadendune, cæteraque innumerabilis multitudo utriusque sexus ac diversæ ætatis, qui ad dedicationem supradictæ ecclesiæ fuerunt, coram quibus omnibus utrique dixerunt: "Notum vobis cunctis omnibusque "hominibus esse volumus, quod nos hodie, videlicet ego "Oswulfus et Æthelitha uxor mea, Deo sanctoque ejus "martyri Albano istam terram, videlicet Stodham, da- "mus in perpetuam hæreditatem, in præsentia domini "Wulfwii episcopi et fratrum ecclesiæ Sancti Albani, "qui hic assunt modo nobiscum." Ad quorum vocem imposito silentio coram omni populo episcopus Wulfwius alta voce respondens dixit, "Quicunque hoc dono "Sanctum privaverit Albanum sciat se in futuro Dei "judicio cum Juda Salvatoris nostri proditore perpetu- "aliter condemnaturum fore, nosque illum tamen tam- "que præsumptuosum ex auctoritate Dei omnipotentis "Patris et Filii et Spiritus Sancti et sanctorum ca-

A.D. 1053–1065.

[1] Wulfwi, bishop of Dorchester, 1053–1067.

A.D. 1053–1065. " nonum et nostri ministerii excommunicamus, et a " consortio totius Christianitatis et a liminibus sanctæ " ecclesiæ sequestramus, donec terram illam sancto " martyri reddat Albano;" cui cuncti qui aderant Amen responderunt.

14.

Hæc[1] *carta loquitur de terris quas Thulf dedit Sancto Albano, Æstun et Oxavica.*

f. 150 *b*. Charter of Wulf, granting Aston and Oxhey, Herts, to St. Alban's. Before A.D. 1065.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Ego Wulf[2] inprimis concedo pro anima mea, et Deo et Sancto Albano, terram quæ vocatur Easttun, cum omnibus ad se pertinentibus, sicuti eam habui a rege, cum consensu illius, videlicet Eadwardi regis, et illam terram similiter Et Oxawicam, sanctæ ecclesiæ Albani martyris, ubi et ego jacere volo; et unum de melioribus meis vestimentis, quæ ego habeo, et unum calicem et unum missalem et unum dorsale et palleam tunicam meliorem, quæ fuit Godgyuæ; alteram vero ad monasterium Ramesige, et quatuor marcas argenti ad ecclesiam Sancti Petri Romæ; et quatuor ad missas cantandas pro anima mea; et quatuor ad principales ecclesias hujus terræ; et sodalibus meis quatuor marcas auri, et omnes terras meas, quas ego dimitto, præter illas duas quas Deo et Sancto Albano concessi. Et concedo Dagfino marcam auri; et Æfino duas marcas argenti et unum equum; et Æthelrico ministro duas marcas; et Ædwardo unum equum; et singulis hominibus meis, qui terras non habent, singulos equos. Et si adhuc de auro vel argento aliquid superest, ille plus habeat, qui plus pro anima mea facere voluerit;

---

[1] Printed by Kemble, No. 954, iv. p. 288. There is nothing to fix the date, except that it must have been written during the Confessor's reign.

[2] " Quidam Danus præpotens, " minister Sancti Edwardi regis " filii Ethelredi regis Angliæ." Liber de Benefactoribus, p. 444. Thulf in the rubrick is a scribe's error, mistaking *p* for þ.

et triginta de mancipiis meis libertatem pro anima mea habeant. A.D. 1065.

15.

Hœc scriptura loquitur de Watford et de Beoronlea, quas terras dedit Sancto Albàno Eadwinus de Cadendune.

In[1] nomine Domini nostri Jesu Christi; hic demonstratur quomodo Ædwinus de Cadendune suam hæreditatem divisit. Hoc est; ego Eadwinus in primis do terram quæ vocatur Watford pro anima mea Deo et Sancto Albano, et filio meo Leofuuino Sunnandune[2] et Cadandune[3] et Strætlea[4] et Hærlea[5] et Pirian[6] et Puttanho[7] et Beranlea; et post obitum filii mei Leofuuini habeat Sanctus Albanus Beranlea et possideat inperpetuum; et volo ut de pecoribus meis melioribus eligantur viginti boves et viginti vaccas[8] ad sanctum locum ubi ego jacere cupio, id est apud Sanctum Albanum. f. 150 *b*. Charter of Eadwine de Cadendune, granting Watford and other lands to St. Alban's. Before A.D. 1066.

16.

Willelmus[9] rex Anglorum Radulfo Taillebois et Petro de Valoniis omnibusque suis fidelibus ministris Francingenis et Anglis, in quorum vicecomitatibus vel ministris Sanctus Albanus suas habet terras, salutem.

Volo ut [s]ciatis me pro Dei timore et Sancti Albani amore et Lanfranci archiepiscopi mei fidelis deprecatione concessisse ecclesiæ Sancti Albani socam et sacam, tol et team, et omnes consuetudines omnibus f. 154. Charter of William I., granting the same privileges to St. Alban's that archbishop Stigand had. A.D.1070–1085.

[1] Printed by Kemble, No. 920, iv. p. 259. The date is probably before the Conquest.

[2] Sundon, Beds.

[3] Caddington, Herts and Beds.

[4] Streatley, Beds.

[5] Harlington, Beds?

[6] Perry Green, Herts?

[7] Puttenham, Herts.

[8] Sic.

[9] The date of this charter must be between 1070, when Lanfranc became archbishop, and 1085, the date of the survey, before which Ralph Taillebois died. See Freeman, *Norman Conquest*, v. p. 772.

A.D. 1070–1085. in locis tam bene et tam honeste, sicuti Stigandus habuit illo die quo rex Æduuardus mortuus est.

17.

f. 154. Charter of William I. in favour of St. Alban's. A.D. 1070–1087.

Willelmus[1] Dei gratia rex Anglorum Petro de Valoniis et Hugoni de Bello Campo omnibusque meis vicecomitibus salutem.

Volo ut sciatis quod ego concedo et concedendo præcipio ut ecclesia Sancti Albani habeat firmiterque teneat et sine calumnia terras, ecclesias, decimas, et omnia quæ habebat illo die quando rex effectus sum. Videte ergo ne aliquis præsumat desaisire ecclesiam de his omnibus quæ abbas et monachi legitime potuerint monstrare illo die esse saisita; quia si quis eam desaisire præsumpserit sine clamore et justitia, et vos mihi emendabitis et ille qui hoc præsumpsit, si ei plenam justiciam non feceritis. Teste Lanfranco[2] archiepiscopo.

18.

f. 154. Charter of William II. to abbat Paul. A.D. 1089–1093.

Willelmus[3] rex Anglorum omnibus vicecomitibus, in quorum vicecomitatibus Sanctus Albanus terras habet, salutem.

Volo ut sciatis quod ego retineo abbatem Paulum in meo domino sicut alios meos abbates, cui concedo et concedendo præcipio ut ipse habeat et teneat[4] libere et honeste, scilicet cum saca et soca et omni consuetudine omnia quæ ipse habebat illo die quo archiepiscopus Lanfrancus defunctus est. Videte ergo ne

[1] This charter seems to be granted by William I., and if so must have been written between Lanfranc's consecration (1070) and William's death in 1087.

[2] MS. repeats Teste Lanfranco.

[3] Written after archbishop Lanfranc's death, and while abbat Paul was living, and therefore between 1089 and 1093.

[4] *teneat*] tenere, MS.

aliquis præsumat eum dissaisire de terra neque de ecclesia neque de decima neque omnino de aliqua re, de qua ipse poterit [monstrare] se saisitum esse illo die quando archiepiscopus mortuus est. A.D. 1089–1097.

Testibus Walchelino episcopo[1] et Willelmo Peverello et Eudone dapifero et Gaufrido[2] cancellario per Ansgerum capellanum.

19.

Willelmus[3] rex Anglorum vicecomitibus suis et ministris salutem. f. 154.

Præcipio vobis ut faciatis quod Sanctus Albanus et monachi ejus socam suam et sacam et omnes consuetudines suas ita bene habeant, sicut melius habuerunt tempore patris mei et Pauli abbatis, et defendo super decem libras ne aliquis eis injuriam faciat. Charter of William II. to St. Alban's. A.D. 1093–1097.

Teste Ranulfo capellano.

20.

Willelmus[3] rex Anglorum vicecomitibus suis salutem. f. 154.

Præcipio vobis omnibus decimas[4] suas et elemosinas Albani habere omnes decimas suas et elemosinas, ubicunque debet habere per vicecomitatus vestros, sicut abbas Paulus melius habuit in vita sua. Et qui reddere noluerit facite inde justitiam, ita ne pro penuria recti amplius inde clamorem audiam. Charter of William II. to St. Alban's. A.D. 1093–1097.

Teste Rannulfo capellano.

---

[1] Of Winchester.

[2] Probably the same person as Galdric, afterwards Bishop of Laon. *See* Foss's Dictionary of the Judges, p. 285.

[3] Written probably during the vacancy of the abbacy of St. Alban's, and therefore between 1093 and 1097.

[4] *decimas suas et elemosinas*] These words seem to have been introduced by the scribe from below instead of "ut faciatis abbatem "sancti," or words to that effect.

CROYDON PUBLIC LIBRARIES CENTRAL

21.

f. 154. Charter of Henry I. to Richard abbat of St. Alban's. A.D. 1100.

Henricus[1] Dei gratia rex Anglorum Rodberto Lincoliensi episcopo et vicecomitibus suis et baronibus regni Angliæ salutem.

Sciatis me concessisse Ricardo abbati Sancti Albani abbatiam suam cum omnibus terris et consuetudinibus sicut Paulus abbas suus antecessor illam unquam melius habuit, et sicut frater meus illam sibi dedit et concessit; videlicet cum saca et soca et tol et team et infangenteof, et omnibus consuetudinibus infra civitatem et extra, et infra aquam et extra, et in festo et extra; et nullus ei inde super hoc injuriam faciat ullo modo.

Testibus Gerardo[2] episcopo et Johanne[3] episcopo et comite Henrico Uuarwicensi et Rogero Bigot et Willelmo de Albini apud Westmonasterium.

22.

f. 154 *b*. Charter of Henry I., granting Biscot (Beds) to St. Alban's, on the occasion of its dedication. A.D. 1116. See vol. ii. pp. 142, 143; Gesta Abbatum, i. p. 68.

Ego Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum, et traditionibus sanctorum patrum commonitus et regum antiquorum provocatus exemplis, loca sancta cum reverentia venerari et maxime domum Dei quam et domum orationis idem Deus et Dominus in evangelio nominavit, celebrare, diligere, simul ac decorare dignum duxi. Unde et beati Anglorum protomartyris Christi Albani, quæ in habitationem monachorum ædificata est, ecclesiam anno ab Incarnatione Domini MCXVI., indictione IX., in die Sanctorum Innocentium præsens dedicare mandavi, postulante Ricardo ejusdem loci abbate, officium autem ejusdem

[1] Written after Henry's accession, and while Gerard was still a bishop, and therefore in 1100.

[2] Gerard, bishop of Hereford, translated to York on Epiphany 1101.

[3] John de Villula, bishop of Bath.

consecrationis agente Rodberto Lincoliensi episcopo cum coepiscopis suis Gaufrido Rotomagensi archiepiscopo, Rogero Saresberiensi, Ricardo Londoniensi, et Rannulfo Dunelmensi, præsentibus etiam et faventibus uxore mea Mathilde regina et Willelmo filio meo et principibus regni mei; pro quorum omnium et corporum simul et animarum salute, necnon et patris mei regis Willelmi et Mathildis matris meæ et omnium antecessorum meorum requie, prætaxatam ecclesiam rure quod Bissopescote appellatur, quod et ad socam Leitune et ad dominicum regni[1] fiscum pertinebat, dotavi, ita libere et quiete in perpetuum possidendo sicut hactenus ego possederam. Porro quæcunque vel munificentia regum vel liberalitate principum vel cæterorum devotione fidelium eidem hactenus sunt collata cœnobio, servorum Dei ibidem degentium usibus intemerata conservari simul et manere et præcipio pariter et concedo. Principum autem meorum qui affuerunt nomina ad confirmationem et testimonium donationis meæ præsentis privilegii paginæ annotari præcepi. Cujus nimirum meo decreto si quis vel errore vel cupiditate seductus obviare præsumpserit et auctoritate coerceatur regali et nostrorum principum testimoniis confutetur, et nisi resipuerit divinæ animadversionis severitati subjaceat. Amen. A.D. 1116.

Hæc sunt nomina comitum et principum qui huic donationi interfuerunt: Robertus comes de Mellent, Stephanus comes de Moritonio, Ricardus comes de Cestra, Willelmus de Warenna, David comes frater reginæ, Gauterus comes de Bokingeham, Rannulfus cancellarius, Eudo dapifer, Haimo daipifer, Willelmus Bigot daipifer, Willelmus de Piron alius dapifer, Willelmus de Albineo pincerna regis, Gauterus conestabularius, Rannulfus vicecomes, Hugo[2] de Bochelanda, Willelmus Pevrellus, Paganus frater ejus, Hunfridus

[1] *regni*] regnū, MS.

[2] Sheriff of Hertfordshire. See the charter of liberties of Henry I. vol. ii. p. 115.

A.D. 1116. de Albineio, Adam de Port, Thomas de Sancto Johanne, Willelmus frater ejus, Hugo de Gornaio.

23.

f. 154. Charter of Henry I. to abbat Richard. A.D. 1107–1119.

Henricus [1] rex Anglorum Hugoni [2] de Bochelanda [et] omnibus suis fidelibus ministris Francigenis et Anglis, in quorum vicecomitatibus vel ministeriis Sanctus Albanus suas habet terras, salutem.

Volo ut sciatis me pro Dei timore et Sancti Albani amore et Ricardi abbatis mei fidelis deprecatione concessisse ecclesiæ Sancti Albani socam et sacam, tol et team, et omnes consuetudines omnibus in locis tam bene et tam honeste sicuti Stigandus habuit illo die quo rex Ædwardus mortuus est.

Testibus Willelmo Wintoniensi episcopo et Rannulfo [3] episcopo et Rogero cancellario [4] et Willelmo Pevrello de Dovra et Nigello de Albineio apud Suthonam.

24.

f. 154 *b*. Charter of Henry I. to St. Alban's. A.D. 1107–1119.

Henricus [5] Dei gratia rex Anglorum episcopis, comitibus, baronibus, vicecomitibus, cæterisque suis ministris, et omnibus suis fidelibus Francis et Anglis in omnibus comitatibus in quibus Sanctus Albanus martyr terras habet, amicabiliter salutem.[6]

Notum vobis facio me concessisse ecclesiæ Sancti Albani et abbati et monachis omnes terras suas cum saca et soca, on strande et stream, on wude et felde, tol et team et grithbrice, hamsoche, forsteall, et infan-

[1] The date of this must be after William Giffard's consecration to Winchester (1107), and before abbat Richard's death (1119).

[2] Sheriff of Hertfordshire. See the charter of liberties of Henry I. vol. ii. p. 115.

[3] Ralph Flambard, bishop of Durham.

[4] *cancellario*] This is Roger, bishop of Salisbury.

[5] The date is probably the same as the last, as the witnesses and the place where it was signed are the same.

[6] *salutem*] salutes, MS.

genestheof et flemenefermthe, ut habeant super omnes terras suas et omnes suos homines ubicunque sint intra burgum et extra, in tantum et tam pleniter sicut proprii ministri mei exquirere deberent ad meum opus. Et nolo ut aliquis hominum nec Francus nec Anglus inde se intromittat, nisi ipsi et ministri eorum quibus ipsi committere voluerint, propterea quia ego concessi Deo et ecclesiæ Sancti Albani has consuetudines pro redemptione animæ meæ et parentum meorum. Et prohibeo super forisfacturam meam ne aliquis eas infringere præsumat. A.D. 1107–1119.

Testibus Willelmo Wintoniensi episcopo et Rannulfo episcopo [1] et Rogero [2] episcopo et Willelmo Pevrello de Dovra et Nigello de Albineio apud Suthonam.

25.

Henricus [3] Dei gratia rex Anglorum Radulfo archiepiscopo Cantuariæ et Roberto episcopo Lincolniæ et omnibus episcopis et comitibus et baronibus et vicecomitibus et ministris et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis totius Angliæ salutem. f. 154. Charter of Henry I. to Geoffrey, abbat of St. Alban's. A.D. 1119.

Sciatis me dedisse et concessisse Gaufrido abbati abbatiam Sancti Albani cum omnibus terris ad eam pertinentibus, et ita libere et quiete et honorifice, sicut antecessores sui Paulus et Ricardus abbates melius et honorabilius et quietius et liberius unquam tenuerunt, cum omnibus consuetudinibus et libertatibus, videlicet cum soca et saca et tol et team et infangenteof, infra civitatem et burgum et extra, et infra aquam et extra, et infra viam et extra, et infra boscum et extra, et infra festum et extra, et cum omnibus terris quas Ricardus abbas eidem abbatiæ tempore

---

[1] Ranulf Flambard, bishop of Durham.

[2] Roger, bishop of Salisbury.

[3] This was probably granted in 1119, soon after Geoffrey's election as abbat. It must have been before Nov. 1120, when the king came back from Normandy.

A.D. 1119. suo adquisivit, unde ecclesia Sancti Albani erat saisita die qua prædictus Ricardus vivus et mortuus fuit.

Testibus istis; Radulfo archiepiscopo Cantuariæ, et Urbano episcopo de Gladmorgan,[1] Nigello de Albineio, Rogero filio Ricardi, Gaufrido de Mannavilla, Ricardo filio Baldewini, Jordano de Saio, Henrico de Albinni, Hugo[ne] de Laval, apud Rotomagum.

26.

f. 154. Charter of Henry I. to St. Alban's. A.D. 1119?

Henricus,[2] rex Anglorum Hugoni de Bochelanda et Haldene salutem.

Præcipio quod Sanctus Albanus ita bene teneat et habeat et honorifice consuetudines suas et socas et sacas suas, sicut melius et honorabilius tenuit et habuit in tempore patris vel fratris mei vel meo tempore, et sicut cartæ sancti prædicti et breves patris et fratris mei præcipiunt.

Teste Eudone dapifero per Robertum Doisnellum apud Brantonam.

27.

Ne episcopus vel archiepiscopus prohibe[3] . . .

f. 160 *b*. Letter of Lucius III. to the archbishops and

Lucius[4] episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis per Angliam constitutis salutem et Apostolicam benedictionem.

Dilecti filii nostri S[imon] abbas et fratres Sancti Albani novam ad nos et inauditam querimoniam

---

[1] *i. e.* of Llandaff.

[2] This was probably granted on the death of abbat Richard, and therefore in 1119; it must have been before Feb. 1120, when Eudo died; he was in Normandy at the time, and so signs by a deputy. See the Annales Colecestrenses in Liebermann's *Anglo Normannische Geschichtsquellen*, p. 162.

[3] The rest of the title has been erased.

[4] The date is between Sept. 6, 1181, when Lucius III. was consecrated Pope, and Sept. 1183, when Warin was blessed as abbat in succession to Simon. See vol. ii. p. 318.

transmiserunt: quod[1] quidam vestrum cum adversus Priores cellarum suarum seu aliquos confratres eorum aliqua de causa moventur, parrochianos suos ab ipsorum communione prohibere præsumunt, tanquam interdicti vel excommunicationis sententia fuissent innodati; unde id in ecclesiæ Romanæ, cujus filii speciales sunt, gravamen redundat et injuriam, et a vestri ordinis honestate penitus alienum existit; fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus atque præcipimus, quatinus parrochianos vestros ab illorum de cætero communione, nisi ipsos de mandata[2] auctoritate ecclesiæ Romanæ, cui specialiter nullo mediante sunt subjecti, excommunicatos aut interdictos esse constaret, prohibere nullatenus attemptetis, nec talia in injuriam nostram et ecclesiæ Romanæ jam dictæ contra pontificalis ordinis honestatem aliquatenus præsumatis. Quod[3] si ad nos de aliquo vestrum hujusmodi fuerit ulterius querela prolata, pro certo sciatis nos id absque gravi vindicta sub silentio præterire non posse.

bishops of England in defence of the parishioners in the cells of St. Alban's. A.D. 1181–1183.

28.

Indulgentia quod licet abbati absolvere ordinatos suos a suspenso episcopo.

Urbanus[4] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et capitulo Sancti Albani salutem et Apostolicam benedictionem. f. 160 *b*.

Licet in ecclesia Dei variæ sint species honoris et pariter decoris, quibus ipsa tanquam regina, verbis propheticis præmonstrata et ad superni Regis dexteram collocanda, plurimis circuamicta varietatibus, præfulgebit, in sacris tamen ordinibus, quos ad ministerium Ejus Sancti Spiritus doctrina distinxit, ejusdem consistit potissima pulchritudo, dum per eos et sacra

Letter of Urban III. to abbat Warin, allowing him to absolve certain persons who had been ordained by Ps. xliv. 10.

[1] *quod*] apud, MS.
[2] *mandata*] mandate, MS.
[3] *quod*] quos, MS.
[4] See the mention of this bull (as well as the others) in the Liber de Benefactoribus, p. 439.

the bishop of St. Asaph while under suspension. 10 March 1186 or 1187.

misteria salubriter consummantur et ipsa in membris suis quæ talibus decorantur ordinibus cælestis gratiæ plenitudine gloriatur. In his ergo dandis vel suscipiendis ordinibus tantam debet cautelam habere qui recepit tanta puritate præcellere, qui largitur ut nec stulta simplicitas decipiat ordinatum nec præsumptuosa temeritas reprobet ordinantem; quod utique si discretio vestra deliberatione qua convenit præcavisset, non contigisset in vobis ordinationis illius inordinata facilitas, qua sicut accepimus J.[1] dictus episcopus Sancti Asaph, cum esset ab officio pontificali suspensus, quosdam de monachis et clericis vestris, de cujus manu ordines acciperent non curantes, non ordinasse dicendus est sed ausu potius sacrilego temerasse; omnimodo enim qui ad ordines sacros accedit scire debet aut diligenter inquirere quis et qualis sit eorundem ordinum dispensator, cum in tali facto non sit multum excusabilis ignorantia, maxime in his qui ejus conversationis esse probantur ut *die noctuque in lege Domini meditentur*. Unde quamvis simplicitas vestra et culpa sit plurimum arguenda quod non melius vobis in talibus providistis, nos tamen, de consueta sedis Apostolicæ clementia dispensantes, præsentibus vobis litteris indulgemus, ut monachi et clerici quod ignorantes illum esse suspensum de manu ejus acceperunt, injuncta eis a te, fili abbas, pœnitentia quam discretio viderit expedire, eorundem ordinum ministeria prosequantur, adhibita inposterum cautela firmissima, ut ex eo quod vobiscum ad præsens misericorditer agitur potius de cætero culpa similis caveatur. Datum Veronæ sexto idus Martii.

Ps. i. 2.

Hæc omnia adquisivit domnus Garinus abbas ad

[1] *J.*] Sic MS., probably an error for G., the initial of the bishop of St. Asaph of the date of the letter being put for that of the one in question, who had been suspended for taking part in the young king's coronation. See vol. ii. p. 277. He had consecrated the chrism and holy oil at St. Alban's in 1165. See vol. ii. p. 233.

honorem Dei et ecclesiæ Sancti Albani, mediante Reimundo tunc priore de Wimundeham. A.D.1186-87.

29.

Indulgentia Quod nullius sententia ligat monachos Sancti Albani. f. 159.

Letter of P. Clement III. to abbat Warin, declaring episcopal excommunications on monks of St. Alban's void. 15 March 1188.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Garino abbati et fratribus Sancti Albani salutem et Apostolicam benedictionem.

Licet universa loca religiosa ex commissi nobis officii debito fovere ac diligere debeamus, illorum tamen profectibus specialem nos oportet curam impendere quæ ad jurisdictionem beati Petri et nostram nullo mediante spectare noscuntur. Inde siquidem est quod nos, libertates et jura monasterii vestri et ea maxime quæ sibi ab Apostolica sunt sede indulta et ecclesiæ Romanæ privilegiis roborata integra volentes et illæsa servare, devotioni vestræ ad instar felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri auctoritate Apostolica indulgemus, ut si aliquis archiepiscopus, episcopus, vel alius ecclesiarum prælatus in aliquem monachum de consortio vestro excommunicationis vel interdicti sententiam aliquo tempore promulgare præsumpserit, nullas vires optineat, sed irrita et vacua potius habeatur. Nos enim universa, quæ vobis et monasterio vestro Apostolica sedes indulsit et per nostra et antecessorum nostrorum privilegia roboravit, firmitatem perpetuam et robur inviolabile volumus optinere. Decernimus ergo, et cætera.

De sententia alicujus ordinarii lata irrita.

Datum Laterani, idus Martii, Pontificatus nostri anno primo.

30.

Confirmatio exactionis Lincolniensis ecclesiæ. f. 159 *b*.

Letter of P. Clement III. to abbat Warin,

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Garino abbati et conventui Sancti Albani salutem et Apostolicam benedictionem.

confirming the agreement with the church of Lincoln. 15 March 1188.

Cum inter vos ex una parte et ecclesiam Lincolniensem et capitulum ejus ex altera controversia verteretur super eo quod capitulum ipsum ecclesiam vestram proponebat ecclesiæ Lincolniensi de jure subjectam . . . .[1] inter vos concordia de assensu partium intercessit, nos itaque volentes quæ super causarum litigiis concordia vel judicio rationabiliter constatuuntur firmitatem perpetuam optinere, et ne processu temporis in scrupulum recidivæ contentionis deveniant, litterarum amminiculis memoriæ commendari concordiam illam, sicut rationabiliter facta est et ab utraque parte recepta et in scripto auctentico continetur, auctoritate Apostolica confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum hanc paginam liceat nostræ confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Datum Laterani, idus Martii.

31.

f. 158 *b*. *Quod licet abbati sententiam dare omnibus malefactoribus suis.*

Letter of Clement III. to abbat Warin, giving power to exercise discipline. 30 March 1188.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Garino abbati et fratribus Sancti Albani salutem et Apostolicam benedictionem.

Merito debent dignitatis privilegio et libertatis prærogativa gaudere et abundantiorem gratiam apud sedem Apostolicam invenire qui nullo mediante ad curam et provisionem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ noscuntur specialiter pertinere. Ex affectione siquidem prælatorum manifeste perpenditur quam sit jocunda et accepta devotio subditorum. Unde quia monasterium, cui auctore Deo præesse dinosceris ob reverentiam pretiosi sancti martyris Albani, a Romana ecclesia et a regibus Angliæ multam libertatis et gratiæ præro-

[1] Some words are omitted; perhaps *facere et jam.*

gativam optinuit, nos, ei quas habet libertates et ho- A.D. 1188.
nores volentes pro officii nostri debito diligentius conservare, tibi et per te successoribus tuis auctoritate Apostolica indulgemus, ut clericos, super quos habere jus pontificale dinosceris, ad suscipiendam correctionem *De disciplina.*
tuam et disciplinam cum aliqui eorum excedunt et ad obedientiam et reverentiam debitam exhibendam et ad respondendum tibi tanquam domino et prælato suo in quibus debent, nullius contradictione sive appellatione obstante, compellere valeas, et in contumaces et rebelles animadversionem debitam exercere. Præterea tibi et per te successoribus tuis commissa nobis auctoritate duximus indulgendum, ut in omnes deprædatores vel malefactores ecclesiæ tuæ, ut eorum quæ ad ecclesiam ipsam pertinent, nisi ad tuam vel prælatorum ecclesiasticorum quorum parrochiani fuerint legitimam commonitionem satisfacere voluerint, et episcopi ad quos pertinent eos infra quadraginta dies, postquam eos canonice præmonueritis, ecclesiastica districtione cogere noluerint, ecclesiasticam possitis libere sententiam exercere, quam usque ad condignam satisfactionem firmiter præcipimus observari. Ad hæc ex Apostolica clementia adicientes, quod presbyteros vel clericos concubinarios in ecclesiis ad monasterium Sancti Albani vel cellis eis pertinentibus ministrantes, si ad episcoporum in quorum diocesi fuerint et tuam noluerint infra quadraginta dies exhortationem a se suas focarias abicere et postmodum caste vivere, liceat vobis illos ammovere et alios, dum modo idonei sint, ecclesiis illis *De concubinis presbyterorum.*
de assensu diocesani episcopi vel illius qui vices episcopi gesserit si vacaverit sedes præficere, ita tamen prædictos concubinarios vobis sit licitum ammovere, si eos non amoverint episcopi, super hoc a vobis prius canonice requisiti. Decernimus ergo, etc.

Data Laterani tertio kalendas Aprilis.

32.

Inibitio ne monachi dent decimas de sartis vel nutrimentis animalium.

f. 159 b.

Letter of P. Clement III. to abbat Warin, granting the income of certain churches to various needs of the monastery, and exempting it from the payment of certain tithes. 2 April 1188.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Garino abbati et conventui Sancti Albani salutem et Apostolicam benedictionem.

Quotiens a nobis petitur quod rationi congruit et consonat æquitati, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis favorem congruum impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus gratum impertientes assensum, ea quæ dilectus filius noster jam dictus abbas vester de communi assensu capituli vobis in perpetuum assignavit et scripto autentico confirmavit, vobis clementer annuimus; et concessionem illam, prout rationabili providentia facta est, ratam habentes, vobis vestrisque successoribus auctoritate Apostolica confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam de Wineslawe pro vestibus monachorum, ecclesiam de Wathforda pro susceptione hospitum, coquinæ monachorum ecclesiam Sancti Stephani cum capella de Tidulvestre cum omnibus pertinentiis suis, ad nutrimenta pecorum cellerarii totam terram de Tidulvestre, sicut fossato clauditur, et communem pasturam bosci de Borham et in Londoniis redditum sex solidorum, in Clohalle triginta acras terræ et redditum triginta denariorum cum communi pastura ejusdem villæ, præterea terram de Leuesende et terram de Rodeslo, ad præbendam hospitum supervenientium omnimodas obventiones ecclesiæ de Waldene, ad libros resarciendos ecclesiam de Estunæ,[1] ad procuranda vasa in refectorio fratrum ecclesiam de Stanmere. Auctoritate insuper Apostolica firmiter inhibemus, ne de sartis vestris vel terris ab antiquo incultis, de vestrorum quoque animalium nutrimentis et

Winslow, Watford, S. Stephen's, Clothall, Herts.

Nota de libris et vasis refectorii.

[1] Probably Abbots Aston, Bucks.

de novis molendinis et de aliis omnibus, de quibus antiqui decimas non consuevistis exsolvere, ulli præsumatis persolvere, nec sit ausus aliquis super eisdem exigere decimas vel quomodolibet extorquere. Decernimus ergo, etc. A.D. 1188. *Nota pro decimis molendinorum.*

Datum Laterani iv. nonas Aprilis.

33.

Quod licet Priori abbatia vacante consilio capituli Priores cellarum amovere. f. 158.

Letter of exemption from episcopal suspension to abbat Warin from P. Clement III., and giving special powers to the Prior when the abbey is vacant. 6 April 1188.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Garino abbati et fratribus Sancti Albani salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum vos et monasterium vestrum in quo Domino deservitis ad jurisdictionem beati Petri et nostram nullo mediante constet, spectare dignum est et omnino conveniens, ut sub nostra et ecclesiæ Romanæ protectione ita tuti sitis et ab aliorum jurisdictione ac molestatione securi, quod nullus archiepiscopus vel episcopus aut alius quislibet ecclesiæ prælatus vos absque mandato vel auctoritate Romani Pontificis, præter quem episcopum nullum habetis, valeat aggravare aut tanquam sibi subditos aliquatenus judicare. Inde siquidem est quod nos, paci [et] tranquillitati vestræ paterna sollicitudine providere volentes et vos sicut speciales et devotos ecclesiæ filios speciali privilegio communire, vobis et per vos monasterio vestro ad instar felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri auctoritate Apostolica indulgemus, ut nullus archiepiscopus vel episcopus seu alius quislibet ecclesiæ prælatus fratres vestros, Priores scilicet cellarum vestrarum, vel alios in cellis aut custodiis villarum vel alias ubicunque morantes præter Romanum Pontificem et cardinalem legatum ab officiis divinis suspendere sive interdicti vel excommunicationis sententiæ quomodolibet subicere audeat, sed omnes ab episcoporum

A.D. 1188. subjectione ita liberi et immunes existant tanquam si in corpore vestri monasterii morarentur. Nec aliquis eos præter abbatem qui in eodem monasterio vestro pro tempore fuerit sine auctoritate vel mandato ecclesiæ Romanæ judicare valeat vel punire. Statuimus etiam ut fratres vestri in obedientiis permanentes cum commune interdictum terræ fuerit, exclusis excommunicatis et interdictis, clausis januis, non pulsatis campanis, suppressa voce, et conversis ac servientibus suis, divina possunt officia celebrare, nullius contradictione obstante. In parrochialibus autem ecclesiis quas tenetis et in quibus jura pontificalia non habetis, liceat vobis sacerdotes eligere, electos diocesano episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint episcopus absque venalitate et pravitate aliqua curam animarum committat; ita quidem quod ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus, debeant respondere. Ad hæc auctoritate Apostolica interdicimus, ne quislibet archiepiscopus vel episcopus in monasterio Sancti Albani vel infra fines parrochiæ ipsius monasterii sibi jus quodlibet vendicare sive conventum aliquem seu solennem facere aut exigere processionem, regem etiam coronare, seu officium episcopale in aliqua cellarum suarum exercere, nec hospitium in eis præsumat exigere, nisi id de vestra faciat permissione et voluntate. Sancimus præterea ut, cum monasterium vestrum abbate fuerit destitutum, liceat Priori Sancti Albani cum consilio capituli vel majoris et sanioris partis ejus Priores et monachos cellarum, si evidens necessitas institerit vel ipsarum cellarum utilitas postulaverit, exinde ammovere vel ibidem ponere sine alicujus contradictione. Sane siquis vobis et monasterio vestro possessionem aliquam vel aliud beneficium rationabiliter conferre voluerit ejus concessionem nullus ausu temerario impedire præsumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc

Dignitas Prioris Sancti Albani.

attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Ejus se noverit incursurum. A.D. 1188.

Data Laterani viii. idus Aprilis, pontificatus nostri anno primo.

34.

Quod licet abbati benedictionem dare et vestimenta sacerdotalia benedicere. f. 158 *b*.

Letter of P. Clement III., granting privileges to abbat Warin. 6 April 1188.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Garino abbati et fratribus Sancti Albani salutem et Apostolicam benedictionem.

Dignum arbitramur et omnimodis rationi consentaneum ut eos diligere multipliciter et honorare curemus qui religione et honestate præminent et nulli nisi Romano Pontifici subesse noscuntur. Inde est quod nos volentes vos et ecclesiam vestram nostri muneris gratia decorare, tibi, fili abbas, et per te successoribus tuis, ad instar felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri, auctoritate Apostolica indulgemus, ut pontificalia ornamenta, quæ tibi et tuis successoribus sunt ab Apostolica sede indulta, liceat vobis non tantum in propria ecclesia et cellis vestris, sed in omnibus aliis ecclesiis ad quas rogati accesseritis, gestare, benedictiones dare, vestimenta sacerdotalia benedicere, ita tamen ut hac occasione nihil aliud præsumatis quod in alicujus præjudicium redundare vel unde scandalum debeat provenire. Indulgemus etiam ut clericos, super quos jus pontificale habere dinosceris, liberum tibi sit ex indulgentia sedis Apostolicæ tonsorare et in sortem Dominicam assumere, sanctimoniales etiam parrochiæ tuæ benedicere. Præterea possessiones, quas a Prioribus obedientiarum tuarum in dampnum et detrimentum monasterii tui et cellarum pertinentium illicite alienatas esse constiterit, liceat tibi auctoritate Apostolica revocare. Decernimus, etc. *Nota.*

Datum Laterani viii. idus Aprilis.

35.

f. 159 *b*. *De cogendis pensionariis, et indulgentia ne ecclesiæ vacent malitia episcoporum.*

Letter of Clement III. respecting the rights of St. Alban's over their churches when vacant. 12 April 1188.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis aliis ecclesiarum prælatis in quorum parrochiis ecclesiæ Sancti Albani, salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum ad tuenda et conservanda jura ecclesiarum esse teneamur, commissa nobis auctoritate solliciti, illis ecclesiis propensiori sollicitudine adesse compellimur quæ nullo mediante ad jurisdictionem beati Petri specialiter pertinent et ad nostram provisionem respiciunt et tutelam; quia igitur ecclesia beati Albani ad jus et proprietatem beati Petri et nostram specialiter pertinere dinoscitur, pro statu et justitiis suis conservandis nos vigiles et sollicitos esse oportet et, ne imminui valeant, attentiori cura et studio providere. Inde est quod universitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus et mandando præcipimus, quatinus jura præscriptæ ecclesiæ nullatenus imminuatis, sed potius, sicut ex injunctæ vobis amministrationis tenemini officio ea manutenere, defendere propensius et custodire curetis, et clericos qui in ecclesiis suis ministrant dilectis filiis nostris abbati et fratribus ejusdem ecclesiæ pro temporalibus respondere et debitam obedientiam et reverentiam impendere nullatenus prohibeatis, sed ipsos potius ad hoc efficiendum sub pœna ordinis et officii sui compellatis; pro certo scituri quod si personæ vel presbyteri in ecclesiis vel capellis constituti pro temporalibus prædicto abbati et fratribus respondere noluerint et debitam pensionem persolvere, nos eidem abbati et fratribus plenam concedimus facultatem ut quicquid habent in ecclesiis et capellis, quas a se detinent, eis sine alicujus contradictione et appellatione possint auferre donec illi, prout

dignum est, de temporalibus respondere et debitam reddere pensionem saltem cogantur inviti. Vos vero clericos quos vobis repræsentaverint, nisi manifestam et rationabilem causam ponatis, nullius obstante contradictione recipiatis et eis curam animarum committere non differatis. Quod siquis vestrum hoc malitiose distulerit, nos prædicto abbati et fratribus non sine jactura et læsione justitiæ vestræ auctore Domino utiliter in hac parte providere curabimus, et quantum possint beati Petri manus nihilominus ostendemus. Ad hæc cum deceat vos cupiditatis et avaritiæ vitium persequi et ab his quæ sunt honestati vel rationi contraria penitus abstinere, audito quod, personis et plerumque vicariis ecclesiarum prædicti abbatis et fratrum decedentibus, vos et ministeriales vestri statim ecclesias illas intretis, et eas tam diu in manu vestra detineatis donec consanguineis vel clericis vestris ipsas faciatis concedi, aut vobis vel illis aliquam ibi portionem conferri; tanto magis inde mirati sumus atque commoti, quanto ad majorem depressionem et dispendium libertatis et justitiæ prælibati monasterii redundare cognoscimus jura, cujus attentiori studio et quadam specialiori sollicitudine conservare tenemur, et eis resistere pontificali auctoritate compellimur, qui eadem jura imminuere vel impedire qualibet temeritate præsumunt. Ideoque vobis præsentium auctoritate præcipimus ut, decedentibus personis vel vicariis ecclesiarum suarum, in ecclesiis ipsis ad repræsentationem abbatis et fratrum presbyteros idoneos sine tarditate aliqua ordinetis. Sane illud nos movet et plurimum conturbat, quia personas et vicarios ecclesiarum suarum sub districtione juramenti quo sunt vobis astricti, nisi satisfecerint vobis ad votum et vestræ per omnia acquieverint voluntati, a divinis officiis prout fertur suspenditis, et in ecclesiis ipsis divina prohibetis officia celebrari. Quod quam grave sit et periculosum et quantum in depressionem libertatis et justitiæ præ-

A.D. 1188.

Nota pro ecclesiis nostris vacantibus et earum custodia protectionem.

A.D. 1188. scripti monasterii redundet, nemo dubitat qui sanæ mentis et alicujus discretionis existit. Ne autem aliquid tam enorme attemptetis, vobis qua præminemus auctoritate artius prohibemus. Si autem ulterius præsumpseritis, præsumptionem eorum qui hoc attemptaverint animadversione debita compescemus, et ne ecclesiæ propterea cessent a divinis aut personæ vel presbyteri, abbati et monachis indulgemus, quia officio nostro congruit quæ prava sunt corrigere et quæ de radice cupiditatis procedunt falce justitiæ resecare. Propterea quoniam nobis est pro certo monstratum quod personæ et vicarii filios, quos de concubinis suscipiunt, ad sacros faciunt ordines promoveri, et eis ecclesias suas quasi rem hæreditariam post mortem dimittunt, præsentium vobis auctoritate præcipimus firmiter et jubemus, ut si qui ecclesias prænominati abbatis et fratrum absque temporum[1] voluntate et repræsentatione intraverint, eos ab eisdem ecclesiis appellatione remota ammoveatis, et si ibidem ministrare aut manere præsumpserint, excommunicationis vinculo innodetis, quia fur et latro convincitur qui aliunde intrasse quam per hostium comprobatur.

Datum Laterani ii. idus Aprilis pontificatus nostri anno primo.

36.

f. 158 *b*. *De obventionibus ecclesiarum in usus proprios convertendis.*

Letter of Clement III. to abbat Warin, granting privileges. 13 April 1188.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Garino abbati et fratribus Sancti Albani salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum vos et monasterium in quo Domino deservitis ad jurisdictionem beati Petri et nostram nullo constet mediante spectare, dignum est et omnino conveniens ut sub nostra et ecclesiæ Romanæ protectione ita

[1] *temporum*] sic MS. qu. eorum.

quieti sitis et ab aliorum jurisdictione ac molestatione securi, quod nullus archiepiscopus vel episcopus aut alius quislibet ecclesiæ prælatus vos absque speciali mandato Romani Pontificis, præter quem episcopum nullum habetis, valeat aggravare aut tanquam sibi subditos aliquatenus judicare. Inde siquidem est quod nos paci et tranquillitati vestræ paterna sollicitudine providere volentes, et vos sicut speciales et devotos ecclesiæ Romanæ filios speciali privilegio communire, vobis et per vos monasterio vestro ac cellis vestris auctoritate Apostolica indulgemus, ut nullus archiepiscopus vel episcopus seu alius quilibet ecclesiæ prælatus fratres vestros, Priores scilicet cellarum vestrarum vel alios monachos in cellis aut custodiis villarum vel alibi ubicumque morantes, præter Romanum Pontificem et legatum cardinalem a latere ejus missum discutere vel judicare, ab officiis divinis suspendere, sive interdicti vel excommunicationis sententia quomodolibet aggravare, sed tam Priores et monachi quam et ambitus cellarum suarum ab episcoporum subjectione ita liberi et immunes existant tanquam in corpore vestri monasterii morarentur; nec aliquis eos præter abbatem, qui in monasterio vestro pro tempore fuerit, sine auctoritate et speciali mandato summi Pontificis judicare audeat vel punire sive in cellis vestris vel minimum jus exercere. Statuimus etiam ut fratres vestri in obedientiis permanentes cum commune interdictum terræ fuerit, exclusis excommunicatis et interdictis, clausis januis et non pulsatis campanis, suppressa voce, sibi et conversis ac servientibus suis et devotis divina officia celebrent et eis debita peragant sepulturæ. In parochialibus autem ecclesiis vestris et in quibus jura pontificalia non habetis, liceat vobis presbyteros eligere qui ab episcopis diocesanis, si idonei fuerint, curam animarum absque venalitate

A.D. 1188.

Notandum.

Hic superadditur in alio quod habemus privilegio iterum audeat.[1]

Hic semel ponitur audeat.

[1] *i.e.* after *aggravare* in line 19.

A.D. 1188. et pravitate suscipiant, et eis de spiritualibus, vobis autem de temporalibus omnibus, respondeant. Quibus cum tamen assignaveritis unde victus et vestitus habere possint necessariaque in ipsis ecclesiis honeste ministrare, cætera omnia liceat vobis in usus necessarios ecclesiarum vestrarum convertere. Ad hæc auctoritate Apostolica interdicimus ne cuilibet archiepiscopo vel episcopo in monasterio Sancti Albani vel infra fines parrochiæ ipsius monasterii, sed neque in cellis eidem monasterio pertinentibus, licitum sit ordines celebrare, sive conventum aliquem vel processionem facere aut hospitium ex debito exigere, regem etiam coronare, seu episcopale officium in aliquo exercere præsumat, nisi id de vestra faciat voluntate. Decernimus ergo, etc.

Datum Laterani, idus Aprilis.

37.

f. 159 *b*. *De non conferendis ecclesiis antequam vacent.*

Letter of P. Clement III. to abbat Warin, forbidding churches to be conferred before they are vacant. 13 April 1188.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Garino abbati et fratribus Sancti Albani salutem et Apostolicam benedictionem.

Monet nos Apostolicæ sedis auctoritas, cui licet deficientibus meritis præsidemus, justis religiosorum petitionibus clementer annuere et eorum pia desideria effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino fili, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, auctoritate præsentium duximus inhibendum, ne ullam ecclesiarum vestrarum donec vacaverint alicui concedere vel promittere præsumatis. Adicientes ut nulli ecclesiasticum beneficium conferatis, nisi ecclesiæ, a qua ipsum est percepturus, relictis redditibus aliis, promiserit se in persona propria deservire. Prohibemus insuper, ut nulli fas sit in parrochiis ecclesiarum vestrarum oratorium vel capellam sine vestra construere voluntate. Quod si de novo

dissentientibus vobis cujuscunque temeritate constructa est, donec vobis super ea sicut rectum est satis fiat, divina in ea interdicimus celebrari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem. A.D. 1188.

Datum Laterani, Idus Aprilis, pontificatus nostri anno primo.

38.

Quod licet abbati monachos amovere vel revocare de ecclesia sua sumptos. f. 158.

Letter of P. Clement III. to abbat Warin giving him jurisdiction over monks of St. Alban's who hold other preferment. 14 April 1188.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Garino abbati et fratribus Sancti Albani salutem et Apostolicam benedictionem.

Apostolicæ sedis auctoritas, cui disponente Domino præsidemus, nos propensius ammonet et inducit viros religiosos et loca in quibus Domino famulantur brachiis caritatis amplecti et eorum jura protectionis Apostolicæ munimine confovere, qui ad jurisdictionem beati Petri et nostram nullo mediante noscuntur specialiter pertinere. Hac itaque ratione inducti et vestris postulationibus nihilominus inclinati, vobis et per vos ecclesiæ vestræ duximus indulgendum, ut nulli archiepiscopo vel episcopo sive legato, nisi a latere summi Pontificis misso, licitum sit abbatem Sancti Albani aut Priores cellarum sive monachos ad concilium, sinodum, vel capitulum convocare, vel ab eis obedientiam aut in ipso monasterio vel cellis adjacentibus aliquam exigere consuetudinem hospitandi, sed nec in vos aut servientes vestros aliquod jus nisi ex speciali mandato Apostolico exercere. Nolumus enim ut alicui licitum sit alicujus legationis prætextu ministeriales vestros sine capituli vel majoris et sanioris partis consensu a suis officiis removere et in eorum locum alios subrogare, nec vos contra tenorem privilegiorum, quæ ab

A.D. 1188. Apostolica sede vobis sunt et successoribus vestris indulta, audeat quomodolibet molestare. Ad hæc ab Apostolicæ sedis clementia adicientes, ut cum personas aut vicarios ecclesiarum vestrarum in quibus jura pontificalia non habetis continget decedere, nullus archiepiscopus vel episcopus vel officialis aliquis claves ecclesiarum illarum præsumat accipere vel tenere et bona earum in proprios usus convertere, sed liberum sit vobis in eis presbyteros subrogare qui a vobis amministrationem temporalium, a diocesanis autem episcopis curam recipiant animarum. Præterea tibi, fili abbas, et tuis successoribus indulgemus, ut monachos qui ab ecclesia Sancti Albani ad regimen aliarum ecclesiarum assumpti fuerint, si, quod absit, in suo regimine vitiosi inventi fuerint, liceat vobis de errore suo cum consilio fratrum vestrorum corrigere et sicut justum fuerit emendare. Quos, si post vestram ammonitionem incorrigibiles extiterint et rebelles, cum consilio capituli vel majoris et sanioris partis consensu licitum sit vobis a suis officiis amovere, et ad vestrum monasterium revocare, et in consueto ordine conversionis claustri et capituli collocare. Prohibemus autem ne aliquis episcopus sive archiepiscopus in cellis vestris exactiones aliquas vel ordinationes audeat facere sive aliquod jus vel officium episcopale in eis contra privilegii vestri tenorem exercere præsumat, per quod fratrum claustralium quies valeat quomodolibet perturbari. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis et concessionis infringere vel ausu ei temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Ejus se noverit incursurum.

Datum Lateranni xviii. kalendas Maii, pontificatus nostri anno primo.

39.

Executio privilegiorum et indulgentiarum ad archiepiscopos et episcopos. f. 160.

Letter of P. Clement III. to the English bishops, exempting St. Alban's from the payment of tithes. 26 April 1188.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Cantuariensi[1] et Eboracensi[2] archiepiscopis et eorum suffraganeis salutem et Apostolicam benedictionem.

Significantibus filiis dilectis nostris abbate et fratribus Sancti Albani, auribus nostris insonuit, quod cum in regno Angliæ plures terras possideant et habeant indulgentiam a sede Apostolica decimas novalium et prædiorum suorum et pecorum in usus proprios convertendi, personæ quædam et presbyteri, in quorum parrochiis terras habent, ab eis decimas contra justitiam exigunt, et eos super hoc multiplici vexatione fatigant. Quia vero quod religiosis locis et illis[3] præcipue, qui nullo mediante ad jus beati Petri et nostram tutelam spectare noscuntur, provida deliberatione a nobis et nostris prædecessoribus est indultum, nolumus pro cujusquam temeraria voluntate turbari, fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus hujusmodi exactores a præsumptione sua per censuram ecclesiasticam compescentes faciatis illos, sublato appellationis impedimento, decimas laborum suorum, quæ hactenus aliis ecclesiis non sunt datæ, pacifice possidere. Privilegia vero sua et indulgentias quas a nobis et nostris prædecessoribus impetraverunt, volumus firmiter et mandamus quod per dioceses vestras et provincias, sicut decet, ab omnibus faciatis inviolabiliter observari.

Datum Laterani, sexto kalendas Maii.

---

[1] Baldwin.

[2] The see of York was really vacant, as Geoffrey was not consecrated till 1191.

[3] *illis*] illud, MS.

40.

f. 160. *Ut singuli episcopi parrochianos suos cogant per sententiam.*

Letter of P. Clement III. to the English prelates, requiring them to do justice to the complaints of the monks of St. Alban's against malefactors. 7 May 1188.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis fratribus archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis,[1] aliis ecclesiarum prælatis per Angliam constitutis, in quorum episcopatibus et officiis monachi Sancti Albani ecclesias, terras, et decimas habent, salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum de ecclesiasticorum virorum quiete solliciti esse de suscepto ministerio teneamur, personis monasticam vitam professis tenemur efficacius providere, illis præsertim qui nullo mediante ad jus beati Petri et nostram tutelam spectare noscuntur et impetum malignorum sæpius patiuntur et potentiores adversarios sustinent, quibus nequeunt nisi per auctoritatem ecclesiasticam contraire. Inde est quod cum dilecti filii nostri monachi Sancti Albani multas injurias et pressuras a malefactoribus patiantur, et nimium ab Apostolica sede remoti, quotienscunque indigent, non possunt Apostolicum præsidium sine difficultate maxima adire in defensione ipsorum, vices vobis Apostolicas committentes, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus illos divini amoris intuitu et religionis obtentu in suis habeatis justitiis propensius commendatos, et cum de malefactoribus suis coram vobis deposuerint quæstionem, eos, causa sine dilatione cognita, ut ablata restituant et dampna resarcientes illata a prædictorum fratrum deinceps molestatione desistant, districtius moneatis. Si vero commonitioni vestræ minime acquieverint, singuli parrochianos vestros nullius contradictione vel appellatione obstante excommunicationis vinculo innodetis; et si nec sic

[1] MS. ins. *et*.

resipuerint, in terris eorum, ubi præsentes fuerint, præter pœnitentias et baptisma divina prohibeatis officia celebrari. Volumus etiam et jubemus ut tam excommunicatio[1] quam interdicti sententia firmiter usque ad satisfactionem congruam observetur, nullis litteris obstantibus contra harum tenorem a sede Apostolica impetratis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum Ejus se noverit incursurum. A.D. 1188.

Datum Laterani, nonas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

41.

Quod nemini licet appellare a judicio abbatis. f. 159.

Letter of P. Clement III. to abbat Warin, granting that there shall be no appeal from his judgment excepting to the Roman church cardinal legate. 19 May 1188.

Clemens[2] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Garino abbati et fratribus Sancti Albani salutem et Apostolicam benedictionem.

Quia monasterium vestrum nullo mediante ad jus et proprietatem beati Petri spectare dinoscitur, et tam in capite quam in membris omnimodam optinet libertatem, providere volumus sicut de ratione tenemur, ne jura sua alicujus temeritate vel astutia minuantur vel sub provisione nostra possint aliquatenus deperire. Cum autem occasione negotiorum inter homines vestros, laicos, monachos, et clericos, emergentium multa in æquitatis præjudicium committantur, quidam in tantam audaciam attemptant prorumpere quod ad eludendum justitiam vestram vocem appellationis, cum vestri monasterii juris sint, in causis ad archiepiscopos vel episcopos et alios ecclesiarum prælatos emittunt, ut vestrum judicium declinantes justitiam in

[1] *excommunicatio*] excommunicato, MS.

[2] This is printed in the Monasticon, ii. p. 231.

A.D. 1188. vestra præsentia non exhibeant aut suscipiant de offensis; volentes itaque ad jus monasterii vestri benigne respicere ac libertatem ipsius propensius conservare, auctoritate præsentium inhibemus ne hominibus vestris, monachis vel clericis sive laicis, vobis episcopali jure subjectis, per appellationem a vestro judicio, nisi ad Romanam ecclesiam vel cardinalem legatum interpositam, liceat declinare. Si vero ad alium pro qualicunque duxerunt appellandum, licitum sit tibi, fili abbas, et successoribus tuis in eos quod jus voluerit exercere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis et institutionis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Datum Laterani, xiv. kalendas Junii.[1]

42.

f. 159. *Inhibitio ne abbas vel monachi pro aliquo fidejubeant.*

Letter of P. Clement III. to abbat Warin, forbidding the abbat and monks to be sureties for any one; and fixing the seasons when *Gloria in excelsis* is to be sung. 19 May 1188. [v. vol. v. p. 685.]

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Garino abbati et fratribus Sancti Albani salutem et Apostolicam benedictionem.

Ex officio generalis provisionis compellimur, et debitum nos caritatis inducit, omnium ecclesiarum sed præcipue religiosorum, qui se ad Dei servitium voti professione ac exhibitione operum astrinxerunt, affectibus aspirare, et siquid in capite vel in membris committitur quod in dispendium eorum redundare aliquatenus valeat, auctoritate Apostolica prohibere. Cum autem monasterium vestrum occasione fidejussionis per Abbates et Priores cellarum ad vestrum monasterium pertinentes seu monachos jacturam incurrere possit non modicam et gravamen, auctoritate, qua dante Domino præminemus, tibi, fili abbas, et tuis successoribus districtius inhibemus ne cuilibet vestrum vel Prioribus aut monachis cellarum pro aliquo omnino

[1] The copy in the Monasticon adds, "Pontificatus nostri anno primo."

hominum fidejussioni se liceat obligare. Præterea quoniam aliquandiu etiam occasione debitorum, quæ ab ipsis Prioribus et monachis contrahuntur præter licentiam et consensum abbatis, monasterium ipsum et cellæ ære alieno gravantur, volentes earum indempnitati attentius providere, auctoritate Apostolica inhibemus ne cui monacho vel Priori pecuniam mutuo recipere, vel pro mutuata ab altero aliquatenus se liceat obligare, nisi de mandato abbatis sui hoc fecerint, vel aliqua cogens necessitas vel evidentissima ecclesiarum utilitas hoc exigerit faciendum. Si vero Priores cellarum vestrarum vel monachi vobis professione subjecti, propria quod absit auctoritate muniti, pecuniam qualemcunque mutuo, abbate suo inconsulto et non permittente, acceperint, nisi cogat necessitas prout dictum est, vel evidentissima ecclesiarum utilitas hoc poposcerit, abbas qui pro tempore fuerit aut monasterium nullatenus absolvendum illam pecuniam teneatur. Adicimus etiam et præsenti vobis pagina indulgemus ut ab Adventu usque ad Nativitatem Domini et a Septuagesima usque ad Dominicæ Resurrectionis festum in præcipuis solennitatibus occurrentibus *Gloria in excelsis Deo* vobis liceat solenniter decantare. Decernimus ergo et cætera.

A.D. 1188.

Nota[1] *quod priores non possunt mutuare sine consensu abbatis pecuniam.*

De Gloria in excelsis.

Datum Laterani, xiv. kalendas Junii.

43.

Ne abbas vel aliquis monachorum Sancti Albani teneatur respondere, ammonitione non præmissa a domino Papa.

f. 159.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Garino abbati et fratribus Sancti Albani salutem et Apostolicam benedictionem.

Letter of P. Clement III. to abbat Warin, granting that no

Quanto ex assumpto sollicitudinis ministerio major

[1] In a different hand.

monk need answer delegate judges unless a special order from the Pope precedes the summons. 1 June 1188.

cura de Dei ecclesiis nobis imminet, tanto illis propensius adesse volumus et tenemur quæ et ad proprietatem Romanæ ecclesiæ nullo mediante pertinent et in eis Domino gratior cura pietatis opera impenditur famulatus. Cum vos et monasterium vestrum a multis malitiose provocari contingat, et sæpe pro causis emergentibus convocati, ammonitione sicut decet legittima non præmissa, ad respondendum judicibus delegatis malitiose cogamini, magnum vobis pro hujusmodi vexationibus dispendium provenit et gravamen; volentes igitur in tanto gravamine vobis vestrisque successoribus benignitate Apostolica providere, præsenti pagina vobis duximus indulgendum, ne vestrum aliquis teneatur alicui ante commonitionem sibi ab Apostolica sede præmissam in jure aliquatenus respondere. Injustum est enim et dissonum rationi ut, cum Romano Pontifici nullo mediante speciali teneamini jure subjecti, vos vel successores vestros patiamur ab aliquo minus rationabiliter fatigari. Decernimus ergo etc.

Datum Laterani, kalendas Junii.

44.

f. 145.

Magister Henricus de Abrincis.[1]

Verses of Henry of Avranches on abbat William of Trumpington. Before A.D. 1235.

Ostendam sermone brevi quis et unde sit abbas,[2]
Ut placeat metrum, non ut aduler ei.
Unde, quis, hic? Perhibent duo nomina, scilicet ista,
Quod sit Willermus, deque tonante tuba;[3]
Et ratio manifesta subest, primordia cur hic
Non alius, cur hinc non aliunde, trahat.
Mos est, quando tuba tonat, arma parantur; inermes
Velle facit galeam turbidus ille sonus.

[1] On Henry of Avranches, see vol. iii. p. 43, note [e]. These verses are not in the Cambridge MS. of his poems.

[2] *i.e.* abbat William of Trumpington, who died in 1235.

[3] *i.e.* of *Trump*ington.

Ergo tonante tuba, galeæ datur inde voluntas; A.D. 1235.
Hic est Willermus, sic duo prima patent.
De re res ortum trahit, et de nomine nomen;
Has ejus causas ordinis ordo dedit.
Nominis ejusdem ratio diversa priori
Consonat, et penitus astruit illud idem.
Nec tamen est eadem, Willermus enim quasi *villæ Ermos*, id est villæ tutor, et ecce modus.
Spiritualis habet tres hostes villa; draconis
Insidias, mundi frivola, carnis opus.
Hic superat tria monstra; fide prosternitur hostis,
Contemptu mundus, sobrietate caro.
Disserui de nominibus; modo disserat ipse
De rebus; voces cedere rebus habent.

45.

Responsiones magistri Laurentii[1] *de Sancto Albano, pro comite Kantiæ Huberto de Burgo; contra quem movit dominus rex gravissimas quæstiones.* f. 167.

Answers of Laurence of St. Alban's to the charges against Hubert de Burgh, 1 July 1239. See vol. iii, pp. 233, 620.

Cum dies datus esset Huberto de Burgo comiti Kantiæ, in octabis Sancti Johannis Baptistæ, anno regni xxiii., ad respondendum domino regi, quales emendas ei faceret, eo quod non deliberavit ei maritagium Ricardi de Clare, ad diem ab eodem domino rege sibi datum, secundum conventionem inter eos factam vel secundum considerationem parium suorum; et dominus rex peteret ab eo, quod ei emendas faceret, et non fecit; propositæ fuerunt ei ex parte domini regis transgressiones subscriptæ, simul cum prædictis, ut ad eas responderet. Ad quod respondit idem comes quod ad hæc nullum diem habuit; sed et dixit, quod ad diem certum et rationabilem satisfaceret domino regi vel inde staret ad considerationem parium

[1] Vide Gesta Abbatum, i. 327, 328. He died in 1250.

A.D. 1239. suorum, et petiit quod dominus rex in scriptis ei ostenderet super quibus articulis tenetur respondere.

Marriage of Richard de Clare.

Ad hoc respondit comes, quod ad singulos dies ei a domino rege datos idem comes venit, nec in aliquo quæsivit dilationem; sed semper recepit diem ad voluntatem domini regis. Unde videtur ei quod omnes dies ei dati, postquam fuit apud Kenintone, pro uno die sibi debent allocari. Et semper paratus est stare ad considerationem parium suorum, quod nunquam de maritagio se intromisit, nec aliquis pro eo; postquam juravit apud Gloverniam quod nunquam de maritagio se intromitteret, nec aliquid scivit, nec adhuc scit de maritagio, nisi per simplex dictum comitissæ uxoris suæ,[1] dicentis quod maritagium illud contractum fuit apud Sanctum Eadmundum, dum comes fuit apud Mertone. Et si hoc non sufficit, dicet aliud; et super hoc paratus est facere quod pares sui considerabunt.

Accounts of his receipts as justiciary.

Quorum quidem primus articulus hic est, quod dominus rex exigit ab eo omnes exitus regni sui, de xiv. annis continuo sequentibus post mortem J[ohannis] regis patris sui, et unde suscepit custodiam et curam sine traditione patris sui domini J[ohannis] regis, et sine assensu domini Gwallæ[2] tunc legati, qui de communi consensu et provisione totius regni post mortem Marescalli fuit primus consiliarius et principalis totius regni Angliæ.

Ad hoc respondit, quod certæ personæ deputatæ sunt ad respondendum de exitibus regni, scilicet thesaurarius et camerarii; unde post mortem Eustacii de Faucumberge, Londoniensis episcopi et thesaurarii,[3] fuit quæsitum quod de compoto suo responderet, et fuit responsum. Postea a Carlionensi episcopo[4] fuit quæsitus compotus totius exitus regni, tanquam a capitali receptore, et sedit ad compotum. A Petro de Rivallis

---

[1] *i.e.* Margaret of Scotland.

[2] Guala Bicchieri, Cardin. d. tit. S. Mariæ in Porticu.

[3] *thesaurarii*] thesaurio, MS.

[4] Walter Mauclerc.

fuit postmodum quæsitus compotus; nunquam autem a justitiario debet compotus requiri, eo quod non est receptor exituum regni. Unde videtur quod ille qui nihil recipit in aliquo non tenetur respondere. Et dicit quod dominus J[ohannes] rex tradidit ei justitiariam apud Runingemede coram domino S[tephano] Cantuariæ archiepiscopo, comite Warannæ, comite de Ferariis, et aliis magnatibus; et ipse toto tempore J[ohannis] regis stetit justitiarius. Accidit autem quod castrum Dovoriæ in adventu domini Lodovici quasi pro derelicto habebatur; in quod castrum intravit, quando pauci inventi fuerunt qui in eodem intrare voluerunt nisi corpus ejus intrasset, et toto tempore guerræ a castro non potuit recedere nec officium justitiarii exercere. A.D. 1239.

Defuncto vero domino J[ohanne] rege tempore guerræ, de consilio Gwallæ tunc legati et magnatum tunc existentium cum domino rege, factus fuit Marescallus gubernator regis et regni. Pace vero reformata, remansit idem Marescallus gubernator regis et regni, et idem Hubertus justitiarius, nullo contradicente; post mortem vero Marescalli, de consilio domini Gwallæ tunc legati, S[tephani] Cantuariæ archiepiscopi, episcoporum et magnatum terræ, remansit justitiarius sine contradictione aliqua, et semper scripsit ei dominus Papa tanquam justitiario, et ita tenebatur ab ecclesia et a regno semper justitiarius factus a domino J[ohanne] rege. Et ita bene patet, quod non recepit justitiariam sine traditione domini J[ohannis] regis vel assensu domini Gwallæ. Et si hoc non sufficit, dicet aliud; et super hoc paratus est facere quod pares sui considerabunt, et etiam si respondere deberet, habet cartam domini regis quæ ipsum ab hujusmodi absolvit, quam profert, quæ confecta est anno regni regis Henrici xv.

Item exigit ab eo quod ei respondeat de collectione totius quintæ decimæ, quæ per commune consilium totius regni custodiri et haberi debuit in deposito; et The collection of the fifteenth.

A.D. 1239. ita in deposito, quod nihil inde caperetur usque ad ætatem domini regis, nisi per visum sex episcoporum et sex comitum ad hoc specialiter attornatorum, et hoc non nisi ad defensionem regni, et unde summa fuit circiter quater viginti et novem milia marcarum argenti.

Ad hoc respondit, quod domini Sarisberiensis[1] et Bathoniensis[2] episcopi illam pecuniam receperunt per commune consilium regni, et inde reddiderunt compotum suum, et inde quieti sunt per literas domini regis; unde non videtur quod inde debeat respondere, cum alii quieti sint inde, sicut patet per rotulos de scaccario et per literas domini regis patentes quæ sunt in thesauro, et de [hoc] sicut nihil inde recepit non tenetur respondere. Et si hoc non sufficit, dicit aliud; et super hoc paratus est, etc. Habet etiam cartam regis quæ ipsum, etc.

Loss of Poitou, especially of Rochelle, Niort, S. Jean d'Angely.

Item quod respondeat de terra Pictaviæ, de qua J[ohannes] rex obiit seisitus, et unde dominus rex qui nunc est fuit in seisina, quando idem comes suscepit custodiam regni, scilicet de Rupella, Nyorth, et de Sancto Johanne, et qui quando ad rescussionem terrarum illarum mittere debuerat thesaurum et denarios, misit barillos lapidibus et sabulone impletos. Et ita quod quando barones et magnates domini regis et burgenses viderunt defaltam illam, diverterunt se ab homagio et servitio domini regis, et convertebantur ad inimicos domini regis, propter quod dominus rex amisit Pictaviam.

Ad hoc respondit, quod nunquam misit tales barillos de quibus dicitur, et hoc præcise defendit per quodcunque pares sui considerabunt; sed de consilio magnatum Angliæ ad defensionem Rupellæ missi fuerunt centum milites et amplius, et quamplures servientes, qui fuerunt cum domino rege ibidem quousque

---

[1] Richard le Poore. | [2] Jocelyn.

burgenses et homines illius terræ diverterunt se ab homagio domini regis; unde per ejus negligentiam non amittitur Rupella, nec per negligentiam militum ibi existentium, quia illis invitis burgenses terram reddiderunt regi Francorum. Et hoc bene patet, quod cum milites domini regis essent in villa, burgenses amoverunt eos a consilio illorum et sine militibus pacem fecerunt, ita quod milites salvo corpore suo et hernesio possent recedere; per excessus etiam Falconis amittebatur Rupella, qui Falco et sui domino regi, eo tempore quo Rupella fuit obsessa, insurrexerunt. Qui etiam Falco per Willelmum fratrem suum fecit capi Henricum de Braybroc justitiarium domini regis itinerantem; propter quem captum et alias injurias dicti Falconis oportuit regem et magnates terræ obsidere castrum de Bedefordia, per consilium archiepiscoporum, episcoporum, et magnatum terræ. Qui etiam episcopi ibidem excommunicaverunt Falconem; unde patet manifeste delictum Falconis, alioquin non excommunicassent eum. Et si Falco impune evasisset et castrum non esset captum, turbatum esset regnum plus quam fuit. Et si hoc non sufficit, etc. Et super hoc paratus est, etc. A.D. 1239.

Item de hoc respondeat, quod dum dominus rex fuit infra ætatem et subvenire debuit terræ Pictaviæ, et exercitus suus proficisci [1] deberet in Pictaviam, fecit ipse comes obsidere castrum Bedefordiæ, ubi dominus rex et magnates sui Angliæ, antequam illud captum esset, maximam impenderunt pecuniam. Quo etiam capto, illud prosterni fecit et reddi W[illelmo] de Bello Campo, super quem dominus J[ohannes] rex castrum illud ceperat per guerram, et unde J[ohannes] rex seisitus fuit quando obiit. Capture of Bedford castle.

Ad hoc respondit, quod per illum solummodo non fuit castrum obsessum, sed per commune consilium

[1] *proficisci*] profiscisse, MS.

A.D. 1239. regni et per delictum Falconis et suorum, quia fecit capi Henricum de Braybroc justitiarium domini regis per W[illelmum] de Breaute fratrem suum. Unde dominus rex misit literas suas eidem Falconi, una vice et alia, pro deliberando justitiario suo; pro quibus nihil facere voluit. Rex etiam misit literas suas Willelmo de Breaute, qui respondit quod ipsum Henricum non redderet sine Falcone fratre suo; et quod frater suus bene advocaret quod fecit. Unde dominus rex, habito consilio cum magnatibus suis, accessit usque Bedefordiam; et misit ad illos qui erant infra castrum Petrum filium Hereberti et Alanum Basset,[1] petens quod deliberarent Henricum de Braibroc justitiarium suum quem tenebant imprisonatum, et quod venissent emendare delictum super captione dicti justitiarii domini regis. Et ipsi responderunt, quod nihil facerent pro domino rege, et quod ipsum Henricum tenerent; et si possent plus caperent; unde per consilium magnatum Angliæ fuit castrum obsessum, captum, et dirutum. Quo diruto, fuit sedes castri tradita Willelmo de Bello Campo per consilium magnatum Angliæ, hac ratione, quod in forma pacis inita inter dominum regem et dominum Lodovicum et barones continebatur, quod quisque haberet talem seisinam quam habuit in principio guerræ. Unde dominus Gwalla legatus, archiepiscopus, et episcopi excommunicaverunt omnes qui venirent contra istam formam pacis. Et quia idem W[illelmus] semper erat petens versus dictum Falconem dictum castrum, ut jus suum, nec habere potuit, donec fuit captum per dominum regem; idem dominus rex de consilio magnatum suorum, propter formam pacis factæ et præ timore sententiæ latæ dictam sedem castri ei reddidit, tenendum eodem modo quo antecessores sui tenuerunt, prout patet in rotulis domini regis. Et etiam idem Willel-

[1] First baron of Wycombe.

mus dedit domino regi de suo, ut talem seisinam haberet, ut patet similiter in rotulis domini regis. Et si hoc non sufficit, dicet aliud. Et super hoc, etc. A.D. 1239.

The king's being declared of age used to obtain the lands of Henry of Essex, and others.

Item quod de hoc respondeat, quod Romam nuntios destinavit, et antequam dominus rex esset plenæ ætatis, impetravit quod esset plenæ ætatis, sicut hoc esset ad commodum domini regis, et auctoritate cujus ætatis incartari sibi fecit terras quæ fuerunt H[enrici] de Essexia; et plures alias terras, dignitates, et libertates, de quibus seisinam per se ipsum cepit, post mortem ipsius regis J[ohannis], et de quibus idem rex J[ohannes] obiit seisitus, et etiam dari fecit et confirmari viris religiosis, personis ecclesiasticis, et aliis multas terras et libertates et alia, ad minorationem et magnam deteriorationem dignitatis domini regis et coronæ suæ.

Ad hoc respondit, quod non destinavit nuntios Romam, sed episcopus Wintoniensis misit Romam W. de Sancto Albano pro dicto negotio, magis ad nocumentum dicti Huberti quam ad commodum suum, ut ipse et alii redderent custodias suas; et ita factum fuit apud Norhampton. Postea de communi consilio archiepiscopi et episcoporum provisum fuit, quod dominus rex haberet sigillum et currerent literæ suæ, ut sic majoris timoris esset regno et majoris auctoritatis. Postea impetrata fuit venia suæ ætatis ad suggestionem archiepiscopi, episcoporum, comitum, et baronum ab Honorio Papa. Suggesserunt enim Papæ, quod prudentia et discretio sua ætatem suam supplevit, sicut continetur in privilegio[1] Honorii Papæ directo comitibus et baronibus, quod sic incipit; "Ad hoc;" et infra; "Licet carissimi in Christo filii nostri H[enrici] regis "Angliæ illustris adolescentia computetur in annis;

[1] This is quoted in a letter of the bishops of Winchester and Ely to Pope Gregory IX., preserved among the royal letters, and printed in Shirley's *Royal and Historical Letters*, i. p. 430. It is addressed by P. Honorius III. to the elect of Chichester (Ralph Neville), and is dated "Laterani, idus Aprilis, pon- "tificatus nostri anno septimo," i.e., 13 April, 1223.

A.D. 1239. " quia tamen, sicut accepimus et gaudemus, animum " induit virilem, ætate quia[1] proficit et prudentia, ita " [quod illud] quod in annorum numero sibi deest in " discretionis videatur recuperare virtute, non est ei " amodo prohibendum de regno et regni negotiis utiliter " disponere; ideoque per Apostolica scripta mandamus, " quatinus[2] cum venerabili fratre nostro episcopo Win- " toniensi et nobilibus viris justitiario Angliæ et W[il- " lelmo] de Bruwera damus nostris literis in præceptis, " ut amodo sui regni dispositionem sibi dimittant " liberam et quietam."

Et comiti[3] Cestriæ scripsit hoc modo: "Per Apostolica " scripta mandamus et præcipimus, quatinus amodo " regni sui dispositionem illi dimittas, terras et castra " quæ tenes nomine custodiæ sine difficultate aliqua " resignes eidem, et ab aliis resignari procures." Sub eisdem verbis scripsit Wintoniensi episcopo. Cancellario[4] vero scripsit sic: "Per Apostolica scripta manda- " mus, quatinus cum ejusdem regis sigillum habeas et " ejusdem custodiam, amodo illo secundum beneplaci- " tum suum utaris, et super eo ipsi tantum obedias et " intendas; nullasque de cætero litteras præter volun- " tatem ipsius sigillo regio facias signari." De terra H[enrici] de Essexia dicit, quod dominus rex sui gratia quando fuit plenæ ætatis, et postquam cancellarius per dominum Papam tantummodo ipsi intendebat, illam terram ei dedit per cartam; et etiam terram ut jus suum ei reddidit, postquam venit ad pacem suam. Et si hoc non sufficit, etc. et paratus est super hoc, etc.

Marriage with Margaret of Scotland.

Item quod respondeat de hoc, quod cum dominus rex Scotiæ W[illelmus] aliquando tradidisset domino

[1] Par. has written in the margin *vel que* (as it is in Shirley).

[2] This sentence is confused here by its abridgement, though all the words are in the original. See Shirley, i. 431.

[3] Ranulph Blundevil. See the letter of Pope Honorius III. written later than this (20 Nov. 1223) to the king on this subject, Shirley, i. 539.

[4] Richard de Marisco, bishop of Durham.

J[ohanni] regi duas filias [1] suas, et unde primogenita maritari deberet domino regi vel comiti Ricardo si de domino rege humanitus contingeret, et pro quo maritagio [2] idem rex Willelmus quietum clamavit regi J[ohanni] totum jus suum quod habuit in terris Cumberlande, Westmerilande, et Northumberland, et præterea dedit ei quindecim milia marcarum argenti; ipse, antequam dominus rex talis esset ætatis quod posset decernere utrum ipsam vellet habere in uxorem vel non, desponsavit eam. Et ita quod cum dominus rex pervenit ad ætatem, oportuit eum dare regi Scotiæ qui nunc est ducentas libratas terræ pro quieta clamatione prædictarum terrarum, quia primæ conventiones non fuerunt observatæ; et hoc non obstante quod prius desponsaverat comitissam Gloverniæ,[3] quæ aliquando desponsata fuit domino J[ohanni] regi dum fuit comes, et quam rex J[ohannes] commisit ei in custodiam; et cujus maritagium vendiderat aliquando G[alfrido] de Mandevile pro viginti milibus marcarum, et unde utraque illarum conjuncta fuit alteri consanguinitate in certo gradu. A.D. 1239.

Ad hæc respondit, quod de conventione inita inter duos reges, scilicet de maritagio faciendo domino regi vel comiti Ricardo, nunquam scivit; sed quod per dominum regem de consilio magnatum maritari debuit, et de eorum consilio fuit maritata, patet tam per literas domini Pandulfi tunc legati Angliæ, quam per literas Cantuariensis archiepiscopi, episcoporum, comitum, et baronum. Nec etiam illa conventio potuit impedire si facta fuit; quia quando maritata fuit, rex fuit talis ætatis quod potuit contraxisse cum illa vel cum alia si voluisset. De consanguinitate inter comitissam Gloverniæ et filiam regis Scotiæ, nihil scit. De ducentis libratis terræ oblatis regi Scotiæ, nihil factum fuit per comitem Kantiæ. De comitissa Glo-

[1] Margaret and Isabella.
[2] *maritagio*] maritagium, MS.
[3] Isabella, daughter of William, second earl of Gloucester.

A.D. 1239. verniæ dicit quod non fuit in custodia Huberti, sed erat domina de seipsa, et licebat ei maritare seipsam cui voluit post mortem G[alfridi] de Mandevile; cum dominus rex Johannes prius dicto G[alfrido] maritagium ejusdem comitissæ vendiderat. Et si hoc non sufficit, dicet aliud; et super hoc paratus est, etc.

The injuries done to the Roman clergy in England. v. vol. iii. p. 218.

Item quod respondeat de hoc, quod cum dominus Papa dedit in mandatis, quod occasione illius parentelæ fieret divortium inter ipsum et comitissam uxorem suam quam nunc habet, ipse fecit triturare omnia blada Romanorum per illos qui vocabantur Le Wythereis;[1] unde sententia excommunicationis generaliter lata fuit in omnes malefactores illos et eorum fautores. Et hoc fecit dum fuit justitiarius, et per eum qui pacem deberet observare; et ita quod pax hucusque per hoc extitit perturbata.

Ad hoc respondit, quod nihil scit, quia per illum non fuit hoc factum, quod patet manifeste, quia dominus Papa[2] super hoc fecit fieri inquisitionem per episcopum[3] Wintoniensem et abbatem[4] Sancti Eadmundi, et inquisitio facta transmissa fuit ad Papam; per quam inquisitionem apparuit manifeste quod non fuit in culpa; quia si fuisset, Papa puniisset eum; quod non fecit. Et si hoc non sufficit, etc. et super hoc paratus est facere quod pares sui considerabunt.

Lawsuits against certain persons after his imprisonment at Devizes.

Item quod respondeat de hoc, quod cum se poneret in prisonam domini regis, et per conventionem inter eos factam quod pro utlago teneretur si unquam de prisona illa evaderet sine licentia ipsius domini regis, ipse de prisona illa evasit, et cum per conventionem illam et per sectam illorum, de quorum custodia evasit, utlagatus esset, et postmodum dominus rex in gratiam suam illum recepisset, ipse de utlagaria illa ei remissa nullum breve domini regis recipere voluit. Et eo post-

[1] *i.e.* the followers of W. Wither, v. vol. iii. p. 217.
[2] Pope Gregory IX.
[3] Peter des Roches.
[4] Richard de Insula.

CENTRAL

modum in gratiam domini regis taliter recepto, quod salvæ essent donationes quas dominus rex prius fecerat de terris quas habuit in manu sua per conventionem illam, ipse nihilominus postmodum contra conventionem illam implacitavit Johannem de Gray, Masty[1] [de] Besily, Anketillum Malure, Robertum Passelewe, Alanum Urry, et plures alios; et versus eos recuperavit, et unde dominus rex aliquibus ex illis fecit escambium de dominicis suis, ad magnum ejus incommodum, et unde videtur domino regi quod prædicto comiti conventionem tenere non debet, ex quo ei nullam tenuit. A.D. 1239.

Ad hoc respondit, quod nullam talem conventionem fecit, et dicit quod cum esset in custodia quatuor comitum Angliæ, per sic quod in mandatis ceperunt, quod nihil periculi in suo corpore eveniret, postmodum subtracti fuerunt ei custodes qui deberent eum a malis tueri, nescit per quem; unde merito sibi timuit, et præcipue cum Wintoniensis episcopus esset consiliarius domini regis, qui minitabatur ei, sicut Anglia scit, et castrum Divisorum fuit in custodia Petri de Rivallis; unde cum tutela sua quæ eum debuit protegere ex conventione, quando sic fuit in custodia, a se recederet, non fuit mirum si ad ecclesiam confugeret; et hoc nulla ratione fecisset, si conventiones essent illi sub salva custodia servatæ.

His outlawry.

De utlagatione unde dicitur, dicit quod talem conventionem non fecit, neque debet talis conventio aliqua reputari; quia nullus probus homo et fidelis potest utlagari ex conventione, quia utlagatio est pœna malefactoris et non bene operantis, et sequitur ex malefacto illius qui non vult stare recto. Ipse vero non fuit talis, quia semper rogavit et optulit stare judicio parium suorum. Postmodum cum esset reversus ad pacem domini regis remissa sunt ei omnia præmissa, et adjudicata et proclamata est illa

[1] Probably Mathias de Besilles. See Roberts's Calendarium Genealogicum, pp. 97, 139, 513.

A.D. 1239. utlagatio nulla, per omnes comitatus Angliæ per literas domini regis. Et istud judicium fuit factum apud Gloverniam, per os domini W[illelmi] de Radleghe, coram archiepiscopo,[1] episcopis, comitibus, et baronibus. Ad hoc quod dicit se nolle recipere breve de remissione utlagationis, respondit, quod hoc fecit ne videretur se confiteri juste tanquam malefactorem utlagatum; et dicit quod nullum implacitavit contra conventionem, quia nullam conventionem fecit domino regi, nisi de justitiaria Angliæ, et de castro Dovoriæ quæ habuit per cartam ad vitam suam. Et hoc bene patet, quia per voluntatem domini regis et in curia sua, recuperavit super eos quos implacitavit, et per judicium curiæ suæ; unde non est in culpa super hoc. Et si hoc non, etc. et super hoc paratus est, etc.

Language against the king. Item quod respondeat de hoc, quod verba probrosa et turpia dixit domino regi, in præsentia domini R[adulphi] filii Nicholai, G[alfridi] de Craucumbe fratris G[odefridi], et aliorum, et dominus rex adhuc multa habet contra ipsum proponenda et dicenda, quæ adhuc reservat in animo, propositurus ea cum ei placuerit et locus affuerit.

Ad hoc respondit, et hoc defendit præcise, sicut contra dominum suum et contra omnes alios qui hoc dicent, per quodcunque pares sui considerabunt; et omnia præmissa in reformatione pacis ei fuerunt relaxata et in jure remissa. Unde non videtur quod super præmissis possit conveniri de jure; et si in aliquo præmissorum fuerit insufficienter responsum, paratus est comes aliud dicere.

Item videtur ei, quod non tenetur respondere nisi restitutus esset de omnibus bonis suis de quibus dissaisitus fuit, cum nullus tenetur respondere in foro sæculari vel ecclesiastico dissaisitus.

Aug. 30, 1239. Dies datus est eidem H[uberto] coram domino rege de audiendo judicio suo, in crastino decollationis sancti Johannis.

[1] S. Edmund.

46.

Epistola[1] *cujusdam episcopi Ungariensis ad episcopum*[2] *Pari[si]ensem.* f. 85 *b.*

Letter of a bishop of Hungary respecting the Tartars, 10 April 1242. v. vol. v. pp. 655, 661.

De facto Tartareorum vobis rescribo quod ipsi venerant prope confinium Ungariæ per quinque dietas, et venerunt ad aquam quæ vocatur Deinphir,[3] quam transire non poterant in æstate. Volentes autem expectare hyemem, miserunt ante se quosdam exploratores in Russyam; ex quibus capti fuerunt duo et missi domino regi[4] Ungariæ, quos ego habui in defensu meo; et ab ipsis didici nova quæ vobis mando. Quæsivi ubi esset terra eorum, et dixerunt quod esset ultra quosdam montes, et sedet juxta flumen quod vocatur Egog; et credo quod ille populus sit Gog et Magog. Quæsivi de fide; et ut breviter dicam, nihil credunt; et cœperunt dicere quod exierunt ad expugnandum mundum. Literas habent Judæorum, quia prius proprias literas non habuerunt. Quæsivi qui essent illi qui docent eos literas; dixerunt quod essent homines pallidi, qui multum jejunant, vestes longas portant, et nullos offendunt; et quia multas circumstantias dixerunt de hominibus illis, quæ concordant cum superstitionibus Pharisæorum et Saducæorum, credo illos esse Saducæos vel Pharisæos. Quæsivi utrum discernerent cibos; dixerunt quod non; comedunt enim ranas, canes, et serpentes, et omnia indifferenter. Quæsivi qualiter exierunt de montibus ultra quos fuerunt; dixerunt quod viginti dietis durat longitudo et latitudo ipsorum; duodecim milia hominum semper sunt in equis, qui custodiunt exercitum. Equos bonos habent, sed stultos. Equi enim multi sequuntur eos absque ducatu; ita quod si unus

[1] This letter is also given in the Waverley Annals. Annal. Monast. ii. p. 324.

[2] William of Auvergne.

[3] *Deinphir*] Damaii, Annal. Waverl.

[4] Bela IV.

A.D. 1242. equitat, viginti vel triginta equi sequuntur ipsum. Loricas habent de coreis, et sunt fortiores quam de ferro, et similiter coopertoria equorum. Pedites nihil possunt, quia crura habent brevia et corpus longum. Meliores sunt sagittarii quam Ungarii et Comanii, et fortiores arcus habent. Quocunque modo intrant terram, interficiunt habitatores terræ, præter parvulos, quibus Zingiton, qui est dominus eorum, qui interpretatur rex regum, signum [1] suum imponit comburendo in facie ipsorum. Quadraginta duo consiliarii sunt quibus Zingiton sigillum suum committit. Nullus de toto exercitu audet [2] [loqui] nisi alta voce, nullus de toto exercitu audet [2] interrogare quo vadit dominus noster, vel quid intendit facere. Lac jumentorum bibunt, et multum inebriantur. Nova de ipsis certa audire non possumus; quia præcedunt eos quædam gentes quæ Mordani vocantur, qui interficiunt omnes homines indifferenter; et nullus de eis audet calciare pedes suos, donec interficiat hominem; et per illos credo esse interfectos Prædicatores et Fratres Minores, et alios nuntios, quos miserat rex Ungariæ ad explorandum. Sine dubietate devastaverunt omnes terras, et destruxerunt quas invenerunt, usque ad aquam supradictam. [3]

47.

f. 86. Letter of Henry Raspe, Landgrave of Thuringia, to

Illustri viro, glorioso et excelso, mirificæ bonitatis prædito ac sospitatis providentia redimito, J.[4] Dei gratia duci Barbaniæ et Bononiæ, N.[5] Dei gratia Langravius [6] Turriginis et Saxoniæ comes Paletinus, salutem, et Christianæ professionis pericula devitare.

---

[1] *signum*] lignum, MS.

[2] *audet*] audit, MS.

[3] There are two additional sentences in the copy in the Waverley Annals. It is addressed at the end, "Cuidam archidiacono meo qui "erat scholaris Parisius transcriptum istud misi sigillatum."

[4] Probably meant for Henry, duke of Brabant. See the letter in vol. iv. p. 109.

[5] *i.e.* Henry Raspe, landgrave of Thuringia and count Palatine of Saxony.

[6] *Langravius*] langoñ, MS.

Audite, insulæ et cuncti populi Christianæ religionis crucem Dominicam profitentes, in cinere et cilicio, jejunio et fletu et planctu ululate, lacrimas in maxima quantitate effundite, quoniam venit et[1] noviter venit *dies Domini, magna et amara* valde, cum crucis Christi persecutio ab Aquilone et mari venerit inaudita, cum mentis perturbatione et cordis afflictione, vultu lacrimabili et præcordiorum suspiriis, per intervalla respirando. Prout possumus vobis significamus, quod gentes infinitæ, aliis hominibus odibiles, effrænata malitia terram in fremitu conculcantes, ab Oriente usque ad limites nostri dominii totam terram penitus destruxerunt; civitates, castra, immo et municipia destruendo, non solum Christianos, immo Paganos, Judæos, nemini parcentes, omnibus indifferenter sine misericordia mortem inferentes, præterquam parvulis tantum, quibus rex eorum, Zingiton vocatus, signa in frontibus imponit, non solum homines comedendo, sed etiam devorando. Comedunt enim ranas [et] serpentes, et ut breviter dicatur, nullum cibum discernunt; et sicut a facie leonis cuncta animalia fugiunt, sic a facie illius gentis cuncti populi Christiani terga in fugam vertunt. Comani[2] enim, viri bellicosi, non potuerunt in terra sua contra eos bellum sustinere; sed fugerunt usque ad Christianos viginti milia Comanorum, et inierunt fœdus cum Christianis; et parati sunt pugnare contra omnem gentem, præterquam prædictam. Quid mirum? sunt enim corpore terribiles, vultu furiosi, oculis iracundi, manibus rapaces, dentibus sanguinolenti, et eorum fauces ad carnem hominum comedendam et humanum sanguinem absorbendum omni tempore sunt paratæ; et tanta est multitudo eorum, quod exercitus eorum durat per viginti dietas in longitudine et quindecim in latitudine. Et ut multa paucis perstringamus, cum dicti homines, Tartari vocati, totam Russyam et Poloniam usque ad confinia regni Boemiæ et partem mediam regni Ungariæ

the duke of Brabant respecting the Tartars. A.D. 1242.

Zeph. i. 14.

v. vol. iv. p. 109.

[1] There is a blank in the MS.

[2] See vol. iv. p. 113, note [1].

A.D. 1242. penitus destruxerunt, et quasi subito civitates intraverunt, et principes in medio civitatis suspenderunt; unde credimus ipsos esse gladium furoris Domini propter peccata populi Christiani, teste beato Metodio [1] qui istos Tartaros vocat Ysmaelitas et onagros, silvestres asinos, &c. Nos vero, de superni Judicis bonitate et misericordia confisi, humiliter sanctos viros Prædicatores et Minores [precamur], ut toti populo Christiano ducatui subdito crucem, orationes, afflictiones, et jejunia prædicent. Proponimus enim mente in cælestibus habitare, arma et scutum apprehendere. Malumus enim mori in bello, quam videre mala gentis nostræ et sanctorum. Et si clipeus noster qui prima jacula sentiet conteratur, nostro pariete succenso et terra devastata, vicini parietes et vicinæ provinciæ formidabunt. Vale. Audivi a fratre Roberto de Theles quod sine dubio ipsi Tartari destruxerunt septem conventus fratrum suorum.

48.

f. 86 *b*. Letter of the abbat of S. Mary's in Hungary on the ravages of the Tartars. 4 Jan. A.D. 1242.

Religiosis viris et universis [2] sanctæ matris Ecclesiæ fidelibus, præsens scriptum visuris vel audituris, F. Dei gratia humilis abbas Sanctæ Mariæ, totusque conventus ejusdem loci, ordinis Sancti Benedicti, in Hungaria commorantes, consolationem Paracliti cum salute quam promeruit Sanctus Benedictus, et gloriam sempiternam.

Latores præsentium fratres B. et J. sacerdotes, domus nostræ monachos, vestræ commendamus caritati, quos de claustro Sanctæ Mariæ in Ruscia in Hyberniam transmittimus, gratia commorandi. Et hoc per inopinatum adventum [3] Tartarorum, qui dicuntur Ysmaelitæ, proh dolor! compellimur faciendum. Heu mater Ecclesia gemens et dolens de filiis, Deo famulantibus,

[1] This is from the Historia Scholastica of Peter Comestor. Liber Genesis, cap. xlix. (Migne's Patrologia, cxcviii. col. 1097).

[2] *universis*] universe, MS.

[3] *adventum*] Repeated in MS.

qui dispersi [sunt] per diversas nationes gentium propter Tartaros, [qui] supervenientes inopinate fines orientales potenter intraverunt et maximam hominum partem ibidem habitantium peremerunt. Insuper bona ecclesiæ nostræ, et redditus fratrum quibus sustentabantur, totaliter devastaverunt; et dicitur quod quadraginta duo anni sunt elapsi, ex quo recesserunt a montibus in [quibus] clausi tenebantur. Qui de locis maledictis ut credimus progredientes, provincias Asiæ bestialiter devastando, quatuor reges cum principibus ejusdem terræ inhumaniter mactaverunt. Regem etiam Capadociæ valde potentem, regem Persarum cum suis tribunalibus, similiter xxv. duces in Ruscia potentissimos, ducem H[enricum][1] Polemiæ piæ memoriæ, cum quadraginta milibus hominum, una die quasi in momento interfecerunt. Præterea magnificum regem Hungariæ, Bela nomine, fugaverunt; archiepiscopos tres, et quatuor suffraganeos, et sexaginta quinque milia hominum. Et in eodem bello, regem Colomannum,[2] prædicti regis fratrem, vulneraverunt letaliter, ita quod mortuus est post breve tempus. Deinde proficiscentes ad fines nobilis ducis[3] Austriæ, S[t]yriæ, Marchiæ Tarvisiæ,[4] Moranniæ[5] et Boemiæ, in Natali Domini Danubio congelato, cum magna fortitudine ad alteram partem fluminis transmearunt; prædictorum principum terras vastando, omniaque feraliter per circuitum exterminando, nulli parcentes sexui, inenarrabilia perpetrant impudenter. In ecclesiis cum mulieribus suis dormiunt, et de cæteris locis Deo sacratis, proh dolor! stabula faciunt jumentorum. Quorum insolentia Deo irato in tantum invaluit, quod prælati, archie- A.D. 1242.

[1] Henry II. (called the Pious), duke of Silesia and Poland. The battle was fought on April 9, 1241 (*Art de vérifier les Dates*, iii. 452).

[2] Coloman, styled king of Gallicia, second son of Andrew II. king of Hungary, and brother of Bela IV. (*Art de vérifier les Dates*, ii. 54.) He is called king of Illyria in the emperor's letter, vol. iv. p. 114.

[3] Frederick II.

[4] March of Treviso.

[5] Moravia.

A.D. 1242. piscopi scilicet, episcopi, abbates, principes, et vulgus ineffabile ante ineffrænatos barbarorum principes fugiunt, nihil aliud nisi mortem expectantes; monachis, monialibus, prædicatoribus interfectis, lamentabiliter morientes, pro Christi nomine effecti martyres, ut credimus, æternæ beatitudini sociantur. Unde caritatem vestram humiliter imploramus, quatinus his ad vos confugientibus sinum aperiatis misericordiæ. Datum Viennæ, anno gratiæ MCCXLII., pridie nonas Januarii.

Vienna, 4 Jan. 1242.

His quoque temporibus propter terribiles rumores hujusmodi celebriter hi[1] versus, Antichristi adventum nuntiantes, recitabantur:

" Cum fuerint anni transacti mille ducenti
" Et quinquaginta post partum Virginis almæ,
" Tunc Antichristus nascetur dæmone plenus."

49.

f. 86. Letter of Jordan, provincial vicar of the Franciscans in Poland on the irruption of the Tartars. 10 April 1242.

Carissimis Christi fidelibus universis, ad quos præsens scriptum pervenerit, frater Jordanus ordinis fratrum Minorum, vicarius provinciæ Polemiæ, Pringensis[2] conventus, cum cæteris fratribus, salutem.

Quoniam agentibus peccatis hominum, adauctis in mundo incrementis miserabilibus, diu præscita[3] et prædicta tandem venit velut inopinata super nos repentina tribulatio, propulsis fratribus Prædicatoribus et nostris cæterisque fidelibus a gente Tartariorum, a Tartaro oriunda,—ex his videbitis quæ juxta feritatem jam olim de se scripturæ prælibatam testimonio [fecerunt] (deletis namque multis nationibus incognitis, exterminata quoque Russia nobis cognita, quæ septem duces habuisse dicitur), ecce proh dolor! terminos ecclesiæ

[1] *hi*] hiis, MS.

[2] Probably Pinsk. But below, No. 51, it is Prangensis, and so may possibly be Prague.

[3] *præscita*] præcita, MS.

invaserunt,[1] atque aquas fortissimas et nemora densissima velocissime pertranseuntes, modo incredibili ex parte magna præpotens regnum Ungariæ occupaverunt; de quo omnimodam certitudinem propter distantiam reddere non possumus, tamen de his quæ in nostra provincia acta sunt certius describimus; quia jam pœne tota Polonia ab eisdem nationibus barbaris crudeliter [est] deleta, qui nulli hominum ætati, conditioni, vel sexui deferentes, sed cunctos in ore gladii consumentes, et loca Deo sacrata prophanantes, jam sunt in foribus Alemanniæ et Boemiæ similia nobis et cæteris Christianis, nisi Deus restiterit, peracturi; præsertim cum Christianitas, in se intestinis bellis prægravata et scismatibus, necessitati communi et paci reipublicæ minime intendere videatur, ut oporteret; — solliciti tantis periculis, orationum vestrarum suffragia tantum postulamus, et ad hæc cunctos fideles monitis salutaribus exhortamur. Noveritis etiam, quod jam quinque conventus Prædicatorum et duæ custodiæ de fratribus nostris sunt penitus destructæ, habentes plus spatii terræ in Aquilone quam Tuscia et Lumbardia; inimici debaccantur tribus custodibus superstitibus, una tamen custodia, immo fere duabus, evasis. De tertia vero, quæ Boemia dicitur, egressus est rex [2] in occursum, cum innumera multitudine exercitus; sed in Deo victoria est. Datum Pyngensi, anno Domini MCCXLII., quarto idus Aprilis. A.D. 1242. Pinsk?

50.

Fratribus universis frater R. de ordine Prædicatorum, et J. de ordine fratrum Minorum, salutem. Diversos a diversis audistis rumores de Tartaris maledictis. Hæc autem quæ vobis scribimus, esse sciatis verissima, utinam tamen falsa. Viri robusti sunt, bellicosi, multi numero, et satis bene armati; plurimas terras vasta- f. 86 *b*. Letter from a Dominican and a Franciscan friar on the Tartars.

[1] *invaserunt*] invasisse, MS. | [2] Wenceslas III.

A.D. 1242. verunt, inter quas sciatis Rusciam in magna parte vastatam, Rionam[1] civitatem, et castrum quod erat ibi destructum est, multis interfectis. Narraverunt nobis profugi de terra illa, in Saxonia præcipue, quod terram illam cum castris triginta duabus machinis impugnaverunt. Et Ruscenos impugnaverunt, viginti annis. Isto autem anno venientes ante Pascha in Poloniam, bonas civitates plurimis interfectis optinuerunt; quibus cum occurreret dux Henricus Poloniæ cum exercitu suo, ipsum et, ut dicitur, fere decem milia de suis occiderunt. Procedentes de Polonia, fines Theutoniæ attigerunt; deinde declinantes in Moraviam[2] et illam bonam terram vastantes, alii exercitui venienti per Hungariam occurrerunt; et prævalentes dicuntur modo potissimam partem Hungariæ, expulso rege,[3] possidere. Et modo audivimus quod denuo sex exercitus Tartarorum convenerunt, et iccirco, ut creditur, ut potenter intrent Theutoniam, cujus incolas sciunt esse bellicosos. Ideo tota Theutonia se ad prælium præparat, crucem assumendo; studentque urbes firmare cum castris; summopere igitur necesse est pro statu ecclesiæ instanter orare. Quia si fuerint Theutonici devicti, quod absit, non credimus aliquem Christianorum eis posse resistere. Rex[4] Theutonicorum et filius imperatoris in festo Sancti Jacobi nunc instanti cum maxima militia[5] proponunt proficisci contra eos, et quamvis dicantur Tartari, multi sunt cum eorum exercitu pessimi Christiani et Comani, quos Theutonice Values appellamus. Convenerant autem in civitate Merseburg[6]; ibi audierunt quod rex Hungariæ scripserat regi[7] Boemiæ, quod viribus receptis et maximo exercitu congregato occurrere voluisset. Sed non præ-

[1] *Rionam*] Sic, probably for Kionam, Kiow in the Ukraine.

[2] *Moraviam*] Moroiam, MS.

[3] Bela IV.

[4] *i.e.* Henry, son of Frederick II. and Constance, king of Germany.

[5] *militia*] milicie, MS.

[6] Marburg.

[7] Wenceslas III.

sumpsit propter fortitudinem Tartarorum; sed tamen dixit se velle in aliquem locum munitum juxta mare cedere. Valete. A.D. 1242.

51.

f. 87. Letter from G. warden of the Franciscans (?) in Cologne enclosing a letter from Jordan and the warden of Pinsk on the Tartars. A.D. 1242.

Universis has literas inspecturis, frater G. in Colonia gardianus indignus, salutem. Noverit caritas vestra, me recepisse literas directas a fratribus nostris duci Brabantiæ, sub hac forma:

Illustri principi domino H[enrico] duci Brabantiæ frater Jordanus viceminister fratrum Minorum regni Boemiæ et Polemiæ et frater A. custos Prangensis, et gardianus ejusdem loci, una cum conventu, orationes humiles et devotas.

Cum vestræ generositatis eximia celsitudo hilaritati ordinis nostri sese propria benignitate inclinare non dedignetur, effectum per affectum comprobatis. Nimirum igitur sentientes vos habere zelum Dei et reipublicæ, serenitati vestræ præsentibus duximus intimandum, quemadmodum quidam barbari quos vulgariter Tartaros appellamus, propter discrepantiam et incuriam principum et prælatorum confidenter discurrentes, populos multos Christianos et præpotens regnum Hungariæ et quinque ducatus Polemiæ in ore gladii consumpserunt. Eliminato quidem dictæ Hungariæ rege,[1] et principali duce[2] Polemiæ cum multis militibus interfecto, quos immunitos invenerunt, infra breve tempus non solum in prædictis terris, verum sed et in marchiis, maxime ad regnum Boemiæ pertinentibus, cædem maximam perpetrarunt, magis in illa sua victoria dolo quam strenuitate vincentes; siquidem cum sibi ex adverso arma sentiunt moveri, sæpe, immo semper, quasi fugam simulantes et recessum, post pusillum revertentes furiosius invadunt et dimicant, nulli parcentes sexui, ætati, vel conditioni; loca

[1] Bela IV. | [2] Henry II.

A.D. 1242. Deo sacrata prophanantes, in eisdem cum mulieribus dormientes, et ad sanctorum sepulchra jumenta sua
Ps. lxxviii. 2. alligantes; *et carnes sanctorum exponentes bestiis terræ et volatilibus cœli;* sola nominis sui formidine multos in fugam convertunt. Cum igitur irato Deo dolus in manibus eorum prosperetur, et numerus eorum diatim augeatur, et de præambulis sibi faciant propugnatores quos vincunt, et sibi subdunt confœderantes, videlicet de paganis, hæreticis, et pseudochristianis infinitam multitudinem, timendum ne tota Christianitas ruinam patiatur; nisi pacato Deo, et caritative fidelibus confœderatis in vinculo pacis, furor Dominicus avertatur, quo Tartari diaboli satellites de terra viventium estirpentur. Quare vobis licet magna pericula, perstricto tamen sermone vestram duximus exhortandam nobilitatem; quatinus vos et alii principes et prælati, et omnes orthodoxi et fidei Christianæ æmulatores, tantis malis imminentibus in orationibus et jejuniis, necnon et armorum et armatorum præparationibus, occurratis festinanter, ut spiritualibus et mundanis armis præmuniti, ab imminenti tempestate evadentes, libertas Christiana valeat respirare. Illi qui dicuntur Tartari, devastaverunt jam Indiam majorem et minorem, insuper regnum Persarum; et in Ruscia lxxii. principes pertransierunt, deinde Hungariam, Polomiam, et ipsum dominum terræ illius et innumerabilem populum peremerunt. Et ante Ascensionem Domini Moraviam [1] intraverunt, ubi commorantur. Præterea mulieres eorum in armis equitant, et nulli parcunt. Et quæ melius pugnat, concupiscibilior habetur, sicut in nostris quæ melius texere novit vel suere partibus plus desideratur, vel quæ formosior. Vale.

[1] *Moraviam*] Moramiam, MS.

f. 144. Acquisitions to St. Alban's by Richard de Parco, prior of Binham. [A.D. 1244.]

52.

Hic annotantur quæ per industriam et diligentiam domini Ricardi de Parco,[1] *quondam Prioris de Binham, eidem ecclesiæ sunt adquisita.*

Ecclesia de Riburge cum li. acris terræ arabilis cum pastura et falda. Ryburgh, Norfolk.

Item. In Dersingham quatuor viginti acræ brueræ, et sexaginta et duæ acræ terræ arabilis cum falda in eadem villa cum uno marisco, pro quo annuatim possunt xx. solidi percipi. Dersingham, Norfolk.

Item. In Eggebelde una caricata terræ arabilis cum pastura et warenna et faldagio, et viginti acræ brueræ sub bosco. Edgefield, Norfolk.

Item. In eadem villa molendinum ad ventum de novo constructum, et unum aquaticum, et unum mesuagium et duo alneta cum pertinentiis in eadem villa. Item redditum decem solidorum quem percipit sacrista annuatim. *De minutis decimis ecclesiæ de Berneie.* Barney, Norfolk.

Item. In villa de Welles unum molendinum ad ventum novum, quod reddit annuatim xx. solidos. In qua villa ædificavit unam grangiam ad deponenda blada sua. Et puteum unum fecit. Wells, Norfolk.

Item.[2] De Ricardo de Sancto Germano unum mesuagium cum gardino et grava, ubi creduntur esse circiter lx. acræ terræ arabilis cum alia falda, id est, in Tursford. Et redditum quatuor denariorum quos cantor percipit. Thursford, Norfolk.

Item. Molendinum de Winkeneie aquaticum cum stagno quindecim acrarum terræ infra prædictum stagnum. Et cum sequela hominum dictæ villæ.

---

[1] This is Richard, surnamed Rufus, of Winchelcombe, who was prior of Binham from 1226 to 1244, and became prior of Tynemouth in 1244. He died April 25, 1252. See the obituary of St. Alban's, below, No. 137.

[2] There is a reference here to the other acquisition at Thursford, the last item in this catalogue.

A.D. 1244. Larling, Norfolk. Item. In Laringsete xiii. acræ terræ arabilis cum redditu et homagio et advocatione dimidiæ ecclesiæ. Et redditu viii. denariorum, quem dedit Prior cantori.

Bacton, Norfolk. Item. De ecclesia de Baketona quinque marcæ annui redditus.

Barmer, Norfolk. Item. De ecclesia de Beremere sex solidi annui redditus.

Westley, Cambs. v. vol. v. p. 177. Item. In Westle triginta et sex acræ terræ cum confirmatione advocationis ecclesiæ cum pastura ad c. oves, et uno mesuagio cum gardino, ubi ædificavit unam nobilem aulam et unam grangiam, exponens ibi plusquam xxx. marcas.

Stiffkey, Norfolk. Item. In villa de Stivetkee[1] redditum xx. solidorum de domina Helewisa de Vendeual.

Salhouse, Norfolk. Item. In villa de Salthus redditum xxiiii^{or} solidorum in homagiis de feodo[2] Petri Branche.

Item. In eadem villa redditum xx. solidorum in homagiis de feodo Willelmi de Wabrunne.

Item. De eodem unam carucatam terræ cum pertinentiis et pastura et falda.

Item. De eodem unum molendinum aquaticum, quod reddit annuatim sexaginta solidos.

Snoring, Norfolk. Item. Apud Snarrigge unam marcam annui redditus de au[c]mentatione pensionis decimarum dominicarum Philippi[3] de Snaringes.

Gunthorpe, Norfolk. Item. In villa de Gunesthorp redditum vi. solidorum et tres acras terræ.

? Dallinghoe, Suffolk. Item. In villa de Dallinges emit unum mesuagium cum ædificiis pro xxv. marcis quod fuit magistri Vincentii de Bec, tunc rectore ecclesiæ de Dalligge. Item

Pattesley, Norfolk. de rectore de Patesle ii. solidos in aucmentatione pensionis suæ pro minutis decimis.

Item. Adquisivit confirmationem episcopi Norwicensis et capituli de ecclesiis, terris, redditibus, et om-

[1] *Stivetkee*] Stuietkee, MS.
[2] *feodo*] feodi, MS.
[3] Rector of Snoring. See No. 53, p. 88.

nibus rebus aliis tunc ad ecclesiam de Binham per- A.D. 1244.
tinentibus.

Item. Præter prædictas adquisitiones in Tursford[1] Thursford, Norfolk.
una carucata terræ cum bosco, redditibus, et aliis pertinentiis, et falda.

53.

Hic annotantur placita quæ sustinuit dictus dominus Ricardus de Parco Prior de Binham tempore suo, videlicet annis xvii. f. 144. Lawsuits sustained by Richard de Parco, prior of Binham.

Contra dominum Thomam de Blundvilla episcopum Norwicensem pro libertate ecclesiæ tuenda et subjectione vitanda, pro quo placito in propria persona [adiit] curiam Romanam, Papa tunc Romæ commorante. Quando concomitabatur prior de Wimundham Th[omas], ubi multam exposuit pecuniam, simul et labores sustinuit et illatas ab episcopo memorato cum injuriis vexationes. 1. Against the bishop of Norwich, Thomas Blunville, 1226–1236.

Contra Walterum de Græincurt pro ductu aquæ inter Berneie et Crokstune; pro quo placito fecit eundem W[alterum] incarcerari et excommunicari. Et sic demum dedit eidem Priori pro pace consequenda x. marcas. 2. Against Walter de Græincurt, respecting the aqueduct between Barney and Croxton, Norfolk.

Contra rectorem ecclesiæ de Welles, quem magister R. de Bilneie sustinuit, pro minutis decimis. Pro quibus per pacem inter eos factam x. solidos annui redditus sacrista de Binham percipit annuatim. 3. Against the rector of Wells, Norfolk.

Contra rectorem ecclesiæ de Bakentune pro pensione retenta, in qua missus fuit in corporalem possessionem pro dampnis et expensis suis, et sic demum per sententiam diffinitivam lis conquievit; videlicet quod rector qui pro tempore fuerit solvet Priori de Binham quinque marcas ad duos terminos, scilicet ad sinodum Paschæ duas marcas et dimidiam, ad sinodum 4. Against the rector of Bacton.

[1] See No. 53, p. 89. The suit was with Sibilia de Calna

A.D. 1244. Sancti Michaelis duas marcas et dimidiam; et si in solutione alicujus termini cessaverit, Prior per sententiam prædictam in corporalem possessionem ecclesiæ prædictæ inducetur.

5. Against the rector of Pattesley.

Contra rectorem ecclesiæ de Patesle pro minutis decimis; qui pro pace habenda pensionem suam de duobus solidis au[c]mentavit.

6. Against William de Matelas and Paul the priest for the tithes of the church of Barmer.

Contra magistrum Willelmum de Matelas et Paulum presbiterum pro minutis decimis ecclesiæ de Bermere; qui pensionem solitam de quatuor solidis au[c]mentabant.

7. Against [Philip], rector of Snoring.

Contra rectorem ecclesiæ de Snarinnge pro minutis decimis; qui pensionem suam per pacem factam de una marca au[c]mentavit.

8. Against the bishop of Ely, respecting the church of Westley, Cambs.

Contra episcopum Elyensem[1] pro ecclesia de Westleia in proprios usus optinenda, in quo placito advocationem retinuit, et per pacem factam in eadem villa de terra ecclesiæ xxxvi. acras terræ cum pastura centum ovium, uno mesuagio, et gardino optinuit.

9. Against the rector of Gunthorpe.

Contra rectorem ecclesiæ de Gunethorp pro minutis decimis; sed idem rector pendente lite mortuus fuit et excommunicatus.

10. Against the prior of Walsingham for the advowson of S. Peter's, Great Walsingham.

Contra priorem de Walsingeham pro advocatione ecclesiæ Sancti Petri de Magna Walsingeham. Sed cum sedes episcopatus tunc vacaret,[2] et Jacobus Romanus custodiam archidiaconatus Norwicensis haberet, per fraudem et collusionem dicti Jacobi quidam nepos ipsius, antequam rector sepulturæ traderetur, in dictam ecclesiam fuit institutus.

11. Against L. of Edgefield and R. of Thurlby.

Contra Leciam de Egesfeud et Rogerum de Thurkillebi pro warenna, in quo placito non solum in Egesfeud, sed etiam super omnes terras quas ad baroniam de Waloinnes pertinent, liberam warennam optinuit.

---

[1] Hugh Northwold.

[2] Probably after the translation of William de Raleigh to Winchester, and therefore between Sept. 1242 and Feb. 1245.

Contra Sibiliam de Calna pro manerio de Thursford. In quo placito totum retinuit, scilicet unam carucatam terræ cum pertinentiis, videlicet bosco, falda, et omnibus rebus aliis ad dictum manerium pertinentibus. Sed inde solvit Waltero de Horkele annuatim x. libras.[1] A.D. 1244. 12. Against Sibyl of Calne for Thursford.

Contra[2] Johannem Avenel et Johannem de Sancto Planci de falda arsa. In quo placito apud Kateshil dicti Johannes[3] et Johannes per dominum Martinum de Pateshulle tunc justitiarium fuerunt morti adjudicati. Sed prece amicorum, quia fuit homo religionis, dictum remisit placitum; tamen de transgressione facta emendam sufficientem recepit. 13. Against John Avenel and John de Sancto Planci.

Contra Hugonem de Arderne pro minutis decimis de Ingoldestorp. In quo placito pro dampnis suis et expensis missus fuit in corporalem possessionem omnium decimarum de Ingoldestorp, et fecit eas carcari apud Bersingham. Tamen demum lis ita conquievit, quod Prior solvit eidem dimidiam marcam annuatim de camera sua. Et Prior percipit omnes decimas quas percipere solebat quiete et in pace. 14. Against Hugh de Arderne respecting the tithes of Ingoldesthorpe. Bessingham, Norfolk.

54.

Memorandum quod die Sabbati proxima post Cineres apud Dersingham, anno regni regis Henrici III. filii Johannis xx°viii°, computatis omnimodis debitis quæ debebat domus de Binham et quæ debebantur ei, coram domino Ricardo de Parco tunc de novo creato Priore de Thynemue, et coram domino Ricardo de Seldefort tunc de novo creato Priore de Binham, et f. 144 *b*. Memorandum of the balance remaining after payment of the debts of the house of Binham, on

[1] Referring to this place, the margin has,

Occultæ objectionis responsio. Memorandum tamen quod dictum manerium percipit de redditu annuo [MS. annui] centum solidos, et de molendino de Winkeneie xx. solidos, summa ix. marcas, præter omnes proventus tam in lana quam in animalium nutrimentis et blado.

[2] This must have been before 1229, when Martin de Pateshull died.

[3] *Johannes et Johannes*] Joh'is et Th., MS.

the appointment of Richard de Seldefort as prior. 20 Feb. 1244.

solutis plenarie et ubique, remanserunt penes dominum Priorem memoratum de Binham ultra debita supradicta xxi. librarum xvi. sol. et iii. den. præter xvii. solidos qui debebantur apud Dersingham Ricardo de Sywaldeby. Et in hujus rei testimonium confectum est istud instrumentum super prædictis inter prædictos Priores. Præsentibus his testibus; domino Willelmo de Redburne suppriore de Binham, domino Willelmo de Hortune cellario de Thynemue, domino Rogero de Eggesfeld cellario de Binham, domino Willelmo de Marleberge, A. persona de Berneie, Henrico Clerico, Rogero de Tyngrie, Willelmo de Sancto Ædwardo, Ricardo de Siwaldesby, et aliis multis.

55.

f. 144 *b*.

De ædificiis.

Note of the buildings at Binham due to Richard de Parco. [A.D. 1244.]

In ædificiis autem hæc fecit laudabilia. Frontem ecclesiæ a fundamento usque ad volsuram construxit. Item claustrum plumbo cooperuit. Item lardarium de novo construxit cum solario et plumbo cooperuit. Item infirmariam novam fecit cum capella. Item novum stabulum. Item murum lapideum a porta usque ad capellam Sancti Thomæ. Item murum de terra extra antiquam fossam, quam et explanavit in circuitu curiæ. Item apud Thursford construxit grangiam, aulam, cameram, boveriam, pistrinum cum cæteris ædificiis. Item apud Salthus unam grangiam et berkeriam.

At Thursford.

At Salhouse.

56.

f. 145.

De assignationibus.

Note of the distribution of the acquisi-

De adquisitis ante memoratis provisum est a dicto Priore de Binham et conventu suo de consensu domini Johannis ii. abbatis de Sancto Albano, ut ad invenien-

dum vinum in minutione monachorum de Binham percipiat cellararius, qui pro tempore fuerit, quinque marcas ad Pascha de ecclesia de Parva Riburge.[1] Et ad aucmentum mandati pauperum die Cœnæ percipiat elemosinarius, qui pro tempore fuerit, dimidiam marcam de molendino ad ventum de Velles[2] ad Natale. Et ad inveniendum duo coopertoria et tres stragulas in conventu percipiat camerarius, qui pro tempore fuerit, unam marcam de molendino ad ventum de Egelfeld[3] ad Natale, et ad eundem terminum dimidiam marcam de molendino de Welles. Item quod duo coopertoria sint pretii unius marcæ, et tres stragulæ pretii dimidiæ marcæ. Præterea cum conventus de Binham non haberet gruellum de consuetudine, constituit ut de ecclesia de Riburge quam adquisivit gruellum haberent cotidie. Similiter de caseo inviolabiliter et indeficienter fieri constituit.

tions made by Richard de Parco for Binham, with the consent of John, abbat of St. Alban's, A.D. 1244.

57.

* *Literæ papales pro comite Ricardo de colligenda pecunia a crucesignatis.* f. 93.

Innocentius episcopus, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, et aliis ecclesiarum prælatis ac viris religiosis in regno Angliæ constitutis salutem et Apostolicam benedictionem.

Extract from a letter of P. Innocent IV., giving Richard of Cornwall power to collect money for the crusade. A.D. 1244. v. vol. iv. p. 635, 6.

Insinuavit nobis dilectus filius nobilis vir comes Cornubiæ, etc., *et infra.* Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus quicquid apud vos vel alios regni ejusdem de dicta pecunia jam habetur, præfato comiti assignantes ipsius residuum diligenter ac fideliter colligi et eidem faciatis integre assignari. Volumus tamen hoc duntaxat intelligi de legatis et votis ac de vicesima et tricesima precedentibus tem-

[1] Little Ryburgh, near Fakenham, Norfolk.

[2] Wells, Norfolk.

[3] Edgefield, Norfolk.

A.D. 1244. pus quo idem comes fuit reversus ad propria de partibus transmarinis.

Lateran, 3 June 1244. Datum Laterani tertio nonas Junii, Pontificatus nostri anno primo.

58.

f. 89 *b*. *Quoddam miraculum de Sancto Ædwardo per consilium regis adeptum.*

Miraculous recovery of Thomas Savoy of from fever through S. Edward. A.D. 1244. v. vol. iv. p. 378. Anno quo dominus rex H[enricus] III. profectus est super regem Scotiæ hostiliter pro juribus regni Angliæ contuendis, multosque de longinquis[1] partibus ad ipsam expeditionem convocarat, comes Flandriæ Thomas, reginæ avunculus cum magna militia advenit, mandato domini regis in auxilium ejus fideliter obtemperando. Non quare dominus rex ejus suffragiis indigeret, sed ut sic fœdus affinitatis et amicitiæ et homagii sui, quo domino regi tenebatur astrictus, recognitio lucidius

f. 90. manifestaretur. Contigit igitur ut comes memoratus in Anglia gravissima febre correptus periculose nimis infirmaretur; adeo ut plus de morte sua timebatur quam de vita, hoc phisicis arbitrantibus in ipso, speraretur. Doluit igitur super hoc dominus rex vehementer, et regina neptis comitis vehementius, formidantes ne qui ad consolationem regni gratus advenerat, in desolationem totius generis sui, affinium, et amicorum, miserabiliter in regno moreretur. Erat namque armis strenuus, corpore elegantissimus, et quod nullus ambigit, genere præclarus. Una igitur dierum[2] dominus rex, ut eundem comitem consolaretur visitando, accessit ad lectum decubantis. Et ut testabantur domini regis medici peritissimi, sed et ipse sentiebat, jam incepit ipsum accessus anhelæ[3] febris acriter invadere, horripilationes et alices præmittendo. Quod cum

---

[1] *longinquis*] linginquis, MS.

[2] MS. ins. *dum*.

[3] *anhelæ*] hanele, MS.

comes præsensisset, dixit regi, "Domine mi rex, hunc A.D. 1244.
" adventum consolatorium et caritativum reddat tibi
" Qui in tremendo judicio dicturus est, *Infirmus fui* S. Matt.
" *et visitasti me.* Veruntamen supplico ut in pace si xxv. 36.
" placet recedatis; jam enim in me misero febris ad-
" veniens incendia sua solita subarravit, me cum suo
" tremore miserabiliter afflictura." Cui dominus rex,
" Comes carissime, habuistine aliquando aliquam spe-
" cialem affectum aut devotionem erga mihi carissi-
" mum Sanctum Ædwardum?" Et ille, "Etiam, do-
" mine; nam et tu diligis ipsum, et quod diligis,
" diligo." Cui rex, "Non quia ego ipsum diligo dili-
" gendus est, sed quia Deus. Nec ipsum diligo, nisi
" propter Deum." Et subjunxit dominus rex, "Nunc
" domine comes, amice mi dilecte, vobis supplicando
" consulo et consulendo supplico, ut ex nunc et dein-
" ceps ipsum Sanctum Æ[dwardum] specialius diligas
" et veneraris, et hoc pro voto fideli ac firmo animo
" ipsi Deo et sancto ejus Æ[dwardo] non omittas
" memoriter polliceri. Et in hoc maxime periculo
" ipsum invoces et devote depreceris, ut ab immi-
" nenti discrimine tam animæ quam corporis liberari
" merearis. Quod si me exaudiens fideliter expleveris,
" indubitanter tibi affirmo, immo fidejussorem me pro
" ipso polliceor et constituo, quod optatam optinebis
" sospitatem; oroque Deum ut febris tua te liberato
" in me transmigret, si dicta mea fictio vel fidei de-
" nigret carentia." Hæc igitur cum comes secundum regis persuasionem se facturum indubitanter promi-[si]sset, ab omni febre febrisque molestiis, mox et non successive ut naturalis usus expostulat, liberatus et perfecte curatus, pristinam in eadem hora suscepit sospitatem, Deo et Sancto Ædwardo dominoque regi junctis manibus et flexis genibus grates alacriter persolvendo. Si quæ promisit comes persolverit, Deus scit; nescio. Hoc tamen fecit dominus rex secreto scribere, ne memoria tanti beneficii, quod per Sanctum

A.D. 1244. Æ[dwardum] Deus comiti largiri dignatus est, per incuriam et hominum ingratitudinem oblivioni perpetuæ traderetur.

59.

f. 87. *Inquisitiones*[1] *de forisfactis diversis super foresta domini regis.*

Inquisitions into the state of the royal forests, A.D. 1244. v. vol. iv. pp. 400, 427.

I. Inquiratur quæ assarta et quanta, et quæ purpresturæ et quantæ factæ sunt, a tempore post primam coronationem domini regis H[enrici] tertii in dominicis boscis regis, et in alienis boscis et landis, et omnibus aliis locis infra metas forestæ existentibus, et quantum contineant per numerum acrarum, et qui ea fecerunt, et qui ea modo teneant, et quantum singula valuerunt a tempore quo facta fuerunt, secundum communem æstimationem per annum.

II. Item, inquirendum est etiam quantum vestura singulorum boscorum et refletorum prædicto modo assartatorum valuit, antequam assarta illa facta fuerunt, tam de dominicis domini regis, quam de aliis; et qui valorem illorum receperint, et quantum valeat inbladatio singulorum assartatorum, quæ nunc inveniuntur inbladata.

III. Item, inquiratur etiam qui forestarii de feodo vel alii ad officium illud deputati mercedem ceperint ab his qui hujusmodi essarta vel purpresturas fecerint, vel alio modo ad hoc assensum præbuerint, ut fieri permitterentur.

IV. Item, inquiratur etiam in singulis ballivis, qui sint forestarii de feodo, et quod vel quale warantum habeant de ballivis suis tenendis, et qui eorum reddant domino regi firmam annuam, et quantum, et qui non; et quæ pertineant ad firmam suam facien-

[1] There is a stag's head drawn in the margin.

dam. Et si aliquid attraxerint eis quod ad firmam A.D. 1244.
suam non pertineat, ad firmam illam faciendam vel alio modo ad dampnum domini regis et forestæ. Et qui forestarii de feodo habeant terras vel tenementum de domino rege, pro ballivis suis custodiendis; et quantum terræ vel tenementa illa valeant, et qui ea modo tenent.

V. Item, inquiratur etiam qui de novo fecerint infra metas forestæ vel extra ad nocumentum forestæ parcum vel boscum suum claudere vel warennam, vel aliquem boscum afforestaverint sine waranto domini regis; et si aliquis de foresta domini regis aliquid deafforestaverit vel subtraxerit domino regi, per quod minoratur ad dampnum ipsius; et per quem et a quo tempore hoc factum fuerit.

VI. Inquiratur etiam, si infra prædictum tempus aliqua ecclesia, villa, vel domus, vel clausum aliquod infra metas forestæ aliquo tempore construatur; per quem et a quo tempore; et quot animalia exeunt de singulis domibus illis quo nimis pastura forestæ oneratur; et qui forestarii aliquo favore, gratia, vel lucro ad hoc consenserint.

VII. Inquiratur etiam quid et quantum singuli forestarii de feudo vel alii in singulis ballivis dederint vel vendiderint vel extrahi permiserint vel ad opus suum proprium ceperint de boscis ballivæ suæ, sine speciali mandato domini regis vel capitalis justitiarii forestæ; et quale warantum capitalis justitiarius forestæ pro tempore suo inde habuerit de domino rege, et nomina justitiariorum.

VIII. Inquiratur etiam, qui fecerint vel facere consueverint vastum vel destructionem de viridi vel de venatione, et quid, et quantum, et qui forestarii ad hoc consenserint gratia vel lucro. Et qui canes vel leporarios, arcus et sagittas, vel aliquod aliud ingenium infra forestam habuerint, ad dampnum ferarum domini regis.

A.D. 1244. IX. Inquiratur etiam, qui forestarii de feodo vel alii venditionem vel vastum fecerint vel facere permiserint de boscis in balliva sua, sive de boscis domini regis sive alienis; et quam venditionem et quod vastum. Et si aliquis eorum habeat custumarios reddentes illi redditus annuos, ut possint extrahere boscam de foresta domini regis ad dampnum ipsius; et quæ dampna dominus rex inde habuit.

X. Inquiratur etiam, si qui forestarii de feodo finem capiant de forestariis non de feodo, ut ponantur in ballivis forestæ; et postquam finem alium receperint, ipsus forestarios amovent, et alios ibi ponunt per novum finem, ad magnum detrimentum forestæ et gravamen patriæ.

XI. Inquiratur etiam de omnibus illis qui suspecti habiti sunt vel soliti ad intrandum boscos, parcos, vel forestas, causa bersandi vel alia dampna faciendi vel ad destruenda vivaria, quominus pax regni observetur; et qui eorum sunt receptatores vel consentientes malefactis eorum.

XII. Inquiratur etiam qui forestarii ceperint finem vel mercedem aliquam pro cheminagio, aliam quam ad ballivam suam pertinet vel capere consueverint tempore regis Johannis; vel aliquam aliam consuetudinem vel extorsionem per forestam levaverint quam levata fuerit tempore regis J[ohannis], ad nocumentum domini regis vel patriæ.

XIII. Inquiratur etiam, si aliquæ purpresturæ factæ fuerint infra metas forestæ, in mariscis, moris, montanis, vel brueris; et si aliqua antiqua tristra domini regis, villa vel domo, levatis vel clauso impediatur, per quæ deductus domini regis impediatur.

XIV. Inquiratur etiam de carbone maris invento infra forestam, et qui mercedem ceperint pro fossatis faciendis de carbone illo et pro cheminagio.

XV. Inquiratur etiam, de marleris, mineriis, turbariis, fabricis, et carbonariis factis et levatis, infra

prædictum tempus, ad nocumentum forestæ sine waranto domini regis, et qui commodum inde receperint, et quantum valent per annum secundum communem æstimationem. A.D. 1244.

XVI. Iterum diligenter inquiratur per quas metas et bundas singuli forestarii de feodo teneant et tenere debeant ballivas suas, et si aliqui eorum vel quicunque alii de bosco vel terra domini regis aliquid sibi adtraxerint vel appropriaverint ad nocumentum domini regis, aliter quam facere deberent; et quæ dominica dominus rex habeat in ista balliva in boscis vel terris, et quibus metis et bundis circumcludantur.

XVII. Inquiratur etiam, qui forestarii ceperint finem pro diversis animalibus agistandis in pastura ferarum domini regis in dominicis boscis suis, ad nocumentum forestæ et ferarum domini regis, et etiam ad nocumentum illorum qui boscos habuerint.

XVIII. Inquiratur etiam, qui forestarii oneraverint ballivam suam indebite hospitando et nimis frequenter, vel equos suos in domibus alienis hospitando, vel alias indebitas exactiones[1] faciendo infra ballivam suam vel extra, occasione ballivæ suæ.

XIX. Inquiratur etiam, qui receperint profectum de tabbaciis quæ acciderint in dominico bosco domini regis [a tempore prædicto, et quid et quantum per communem æstimationem, et qui forestarii vel alii, ...][2] ut pasturam illam vel fenum vendant ad nocumentum ferarum domini regis et patriæ; et quem profectum et quantum de hujusmodi receperint secundum communem æstimationem.

XX. Inquiratur etiam, qui forestarii de feodo vel non de feodo ceperint coopertiones, ceppagia, et eschaetas quercuum sive aliarum arborum, quas dominus rex dederit vel vendiderit vel ad opus suum proprium ceperit

[1] *exactiones*] interlined is *vel tor*; *i.e.* extortiones.

[2] The words in brackets are in the margin to remedy their omission in the text, but the last portion of the sentence is illegible.

A.D. 1244. in forestis suis; et si inde habuerint warantum, quod et cujusmodi warantum, et quantum valuerint cooperationes, ceppagia, et eschaetæ, et quid et quantum valuit quod unusquisque ceperit pro parte sua.

XXI. Item inquirendum est, si qui forestarii de feodo vel alii placitaverint aliquod placitum de viridi vel de venatione, quod ad dominum regem vel ad capitalem justitiarium suum spectat terminandum, et qui eorum de hujusmodi placito finem vel amerciamenta ceperint, et quid et quantum, et cujusmodi placitum fuerit quod secundum dictum modum terminaverint, et penes quem hujusmodi amerciamenta remanserint; et qui viridarii ad hoc consenserint, et qui justitiarii finem ceperint de forestariis ut ponerentur in ballivis suis forestarii, ut permitterent ipsos esse in balliva forestæ sub ipsis, ad dampnum domini regis et patriæ, et quantum valeat hujusmodi finis quem dicto modo ceperint.

XXII. Inquiratur etiam de equis, equitiis, et aliis averiis agistatis, infra forestam domini regis, per quæ pastura forestæ nimis oneratur, ad detrimentum ferarum domini regis et patriæ.

XXIII. Inquiratur etiam, qui justitiarii vel forestarii de feodo vel alii permiserint vel concesserint alicui per finem factum cum eis, sive ad opus domini regis sive ad opus eorum, ad faciendum essarta vel purpresturas, vastum de viridi vel de venatione, infra metas forestæ, sive in dominico domini regis sive extra, et qui finem illum habuerint, sive dominus rex sive alius.

XXIV. Item inquiratur, si aliquis forestarius capitalis de feodo attraxerit sibi terras, maritagia, vel gardas sine assensu regio quæ pertineant ad ipsum occasione forestæ, si inde aliquem feofaverint sine assensu domini regis.

XXV. Item inquiratur si aliquis capitalis forestarius de feodo feofaverit aliquem alium de balliva sua, vel

de aliqua parte ballivæ suæ, sine voluntate domini regis. A.D. 1244.

XXVI. Item inquiratur de extractoribus vel venditoribus buscæ, maeremii, et carbonis de foresta, ad destructionem forestæ, tam de dominicis domini regis quam aliis existentibus in foresta. Et qui dictam buscam, maeremium, et carbones soliti sunt ducere ad portus; et ad quem portum, sive ad quos portus, vel alibi ad quascunque villas; et quorum naves sint custumariæ, ad dictam buscam, maeremium, et carbonem modo prædicto cariandam.

60.

Literæ[1] *præsentatæ domino Papæ coram concilio Lugdunensi de oppressionibus ecclesiæ.*

f. 126. *Hæ literæ præscribuntur.* Address to Pope Innocent IV. at Lyons on part of the king of France, complaining of the grievances suffered by his clergy and kingdom. A.D. 1245. Referred to in Hist. Anglorum, ii. 503. Its place in the Chronica Majora would be vol. iv. p. 420.

Dicturus quod injunctum est mihi a domino rege Franciæ veniam peto. In primis supplicans ut non habeatur respectus ad personam loquentis, sed potius ad personam et auctoritatem illius qui me misit et venire fecit invitum. Dominus rex jam dudum moleste sustinuit gravamina quæ inferuntur ecclesiæ Gallicanæ et per consequens sibi et regno. Sed ne alii principes orbis terræ ejus exemplo moverentur ad scandalum excitandum contra ecclesiam Romanam, ipse, sicut princeps Christianissimus et devotus ecclesiæ, dissimulavit et siluit, usque modo credens et expectans quod ab hujusmodi gravaminibus desistere deberetis proprio motu, et etiam ad preces suas, qui super hoc multotiens rogavit vos. Nunc autem videns quod per patientiam istam non proficiat, sed cotidie crescant gravamina, habita super hoc deliberatione et consilio diligenti, misit nos ad exponendum vobis super hoc libertatem suam et consilium suum. Sciatis igitur quod ipse super gravaminibus istis quæ posita sunt

[1] This title is written at the foot of the page with a style.

A.D. 1245. hic et super aliis quibusdam, quæ facta sunt et quæ fiunt, movetur multum et miratur. Mirantur etiam et moventur barones et omnes regni proceres et magnates, non solum quod hæc fiunt, sed quod dominus rex sustinet quod hæc fiant; immo quia ipse, ut verbis eorum utar, ita permittit destrui regnum suum, sicut sui[1] dixerunt ei nuper in colloquio apud Pontisarem[2] congregato. Nec solum moventur super his dominus rex et[3] magnates, sed etiam generaliter omne regnum motum est et turbatum usque adeo, quod devotio illa, quam solebant habere ad Romanam ecclesiam, jam quasi penitus est extincta, et non solum extincta sed conversa in odium vehemens et rancorem vehementem. Et si sciretis quid quasi jam sentiunt homines et quid dicunt et quomodo scandalizantur, vos certe doleretis; et dolendum est omnibus Christianis et valde timendum, ne istud odium quod conceptum est contra vos et cordibus hominum fere omnium possit parere aliquid grande monstrum. Parcite mihi
S. Luc. xxiii. 31. quia non parco veritati; et *si in viridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet?* Quid fiet in aliis regionibus, si in regno Francorum, ubi solebant homines esse devotissimi, jam facti sunt omnes fere [s]cismatici saltem corde? Nam de laicis non est dubium quod ipsi non obediant ecclesiæ, nisi quantum hoc faciunt timore regiæ partis. De clericis vero scit Deus et sciunt homines multi, quo animo ipsi sustinent jugum istud. Et quia in magna fuerunt pace in libertate nutriti, multum odiosa est eis servitus ista. Et si quæratur quid est in causa, quare sic scandalizantur homines,
Ps. ii. 1. et *quare sic fremuerunt gentes*, domine, dico vobis, salva pace vestra, quod nova facitis super terram; vere nova facitis et hactenus inaudita. Quoniam ut de multis taceam, a sæculo non est auditum quod ecclesia Romana pro quacunque necessitate subsidium

[1] *sui*] In the margin.
[2] *Pontoise.*
[3] *et*] ut, MS.

pecuniare vel tributum de temporalibus suis exegerit ab ecclesia Gallicana. Tributum enim de temporalibus suis nemini etiam secundum jura canonica reddit ecclesia, nisi regi a quo temporalia habet, et ei subest in temporalibus suis quæ jure humano, id est jure regio, defenduntur. A sæculo non est auditum quod alias dictum fuerit verbum istud, "Da mihi tantum "vel excommunico te;" mirabilis sententia, cujus effectum editum contra prolatores talis sententiæ verbum beatissimi patris nostri Gregorii denuntiat invalidum esse undecima quæstione, cum dicit, ipse ligandi atque solvendi potestate se privat qui eam pro suis voluptatibus[1] et non subditorum exercet. A sæculo non est auditum quod summi sacerdotes et Apostolorum successores, patres Apostolici ordinis, sacri pontifices, et cæteri ministri ecclesiæ talliati fuerint, qui modo per nuntios vestros talliantur sicut servi vel Judæi. Benedictus sit Dominus Jesus Christus, Qui (undecima quæstione tertio capitulo *Sæpe amborum*) in orbem terrarum mittens ad evangelizandum discipulos, misit eos sine argento, sine pecunia, sine virga,[2] ut incentiva litis et instrumenta exciperet ultionis. Egressi autem discipuli in humilitate et paupertate spiritus plantaverunt religionem Christianam; sed simul exortæ divitiæ suffocaverunt eam, dando causam avaritiæ multisque peccatis ex ea nascentibus et scandalis infinitis. Magna fuit usque modo libertas ecclesiæ, *qua libertate liberavit nos Christus;* et non solum in isto tempore gratiæ, sed etiam temporibus Gentilium ante adventum Christi sacerdotes sacrificiorum ministri militiæ vacationem et omnium rerum immunitatem habebant, (vicesima tertia quæstione octavo capitulo *Quamvis etiam;*) nam cum tempore famis cunctorum Ægiptiorum terram sibi emeret Pharao atque suæ servituti cunctos subiceret, sacerdotes nec possessioni-

A.D. 1245

Notandum.

Gal. iv. 31.

Gen. xlvii. 19, 22.

[1] *vel n* is interlined; *i.e.* voluntatibus.

[2] MS. ins. *et.*

A.D. 1245. bus nec libertate nudavit, Domino ex tunc pronuntiante in omni gente liberos esse oportere. Illo etiam tempore quo Julius Cæsar venit in Franciam, sicut dicit Julius Celsus in libro Belli Gallici,[1] "Druide[s]," qui rebus divinis et sacrificiis præerant, "a bello abesse consue- "verant, nec[2] tributa dabant, militiæ vacationem et om- "nium rerum immunitatem habebant." Modo describuntur bona ecclesiarum et clerus describitur universus. Hæc descriptio prima et primo facta est a bonæ memoriæ Prænestino episcopo,[3] qui cum venisset legatus in Franciam recepit procurationes pecuniarias ab omnibus ecclesiis regni. Vocabat etiam secreto et singillatim episcopos et abbates et priores et alias ecclesiasticas personas et dicebat eis, "Sic præcipio "vobis in virtute obedientiæ et sub pœna suspen- "sionis, ne quod dicturus sim vobis reveletis alicui, "verbo vel facto, signo vel scripto. Quod si feceritis, "sententiam excommunicationis incurretis ipso facto." Postquam clauserat ita eorum ora, dicebat, "Præcipio "vobis quod solvatis tantam summam pecuniæ ad "opus domini Papæ tali tempore tali loco, alioquin "sciatis vos ex tunc excommunicationi subjacere." Hoc audito vocavit eum dominus rex, et ne multis verbis immorer, noluit sustinere quod sic ageret. Et ipse legatus permisit ei quod de cætero cessaret ab hujusmodi, nec de cætero gravaret aliquos; immo etiam omnes sententias quas propter hoc tulerat in quascunque personas revocavit ex toto. Sed quomodocunque super hoc pactum servaverit domino regi, scitur pro certo quod ipse multum gravavit ecclesias et infinitam pecuniam sic fecit asportare de regno. Hoc tamen non imponimus vobis, quia non factum fuit tempore vestro; sed nihilominus gravatum fuit regnum et ecclesiæ dampnificatæ.

---

[1] *i.e.* Cæsar. De bello Gallico, vi. 14.

[2] *nec*] ut, MS.

[3] James de Pecoraria, d. June 1244.

Postquam autem venistis ad partes istas, multi archiepiscopi, episcopi, et abbates fere omnes de regno servierunt vobis ex devotione sua, et bene fecerunt; sed præterea misisti archipræsulem Larama, qui accepit procurationes suas in omnibus ecclesiis regni, et simili modo cœpit agere sicut fecerat dominus Prænestinus. Sed dominus rex non permisit; sed misit Papa hoc ad vos, et tandem revocatis per vos coactionibus quas idem archipresbyter faciebat, dominus rex, compatiens necessitatibus vestris pro cunctis prælatis, abbatibus, et nuntiis capitulorum rogavit eos ut ex mera liberalitate ecclesia [1] Gallicana [consentiret] in subsidio concesso pro imperio Romaniæ et iterum in subsidio decimæ concesso domino regi pro subsidio Terræ Sanctæ. Nam licet ecclesia Gallicana in hoc gravatam se non reputet, tamen dominus rex in hoc eam reputat multum esse gravatam, sicut multum gravata est re vera. Item gravantur ecclesiæ continue et incessanter, et plus quam vos creditis ut credimus per nuntios vestros. Et licet tales quandoque mittatis de quibus credibile videtur quod non debeant onerosi ecclesiis esse, utpote Fratres Minores et hujusmodi, tamen sciatis pro certo quod onerosi sunt multum, et multum displiceret vobis, sicut credimus, si sciretis quomodo se habuerunt aliqui de ipsis, utpote de fratre Petro de Morciel; hæc tacta fratrum nomina quæcunque scire potuimus. Item gravantur ecclesiæ in multis provisionibus et pensionibus multorum. Confertis enim pro voluntate vestra domos et grangias et villas monachorum, utpote de Sancto Audoeno. Item gravantur ecclesiæ in collatione beneficiorum et præbendarum multarum; nam in qualibet ecclesia, etiam in illis ecclesiis quæ sunt speciales ecclesiæ domini regis, utpote in ecclesia Sancti Martini Turonensis et quibusdam aliis, contulistis multas præbendas et etiam non vacantes, et non A.D. 1245.

[1] *ecclesia*] etiam, MS.

A.D. 1245. solum præbendas sed etiam personatus vacaturos; quod omnibus videtur mirabile, cum nec sic factum fuerit usque modo, nec videatur juri vel rationi consonum quod sic fiat. Nam si prohibita est in jure concessio beneficii non vacantis, ne desideret aliquis proximi sui mortem, licet humano jure non sitis astricti, honestum est tamen vos pati [1] legem quam tulistis, sicut ipse Dominus noster Jesus Christus Qui nihil legi debebat, aliquibus tamen subici voluit legalibus institutis. Nec decet vos alicui dare occasionem, quod desideret proximi sui mortem. Horrendum est in ecclesia Dei spectaculum istud, quod viventes canonici videant cotidie illos qui mortem eorum expectant, sicut corvi qui expectant cadavera. Quare si hæc et alia quædam facitis de quadam plenitudine potestatis, restringenda est sub ratione potestatis et discrescionis moderamine invitanda, nec litera nec historia docet quod talia facta fuerunt usque modo, nec in sacris canonibus tale quid invenitur. Nam et-

Nota. si prima sedes aliis præsit et ad ipsam debeant dubiæ quæstiones referri, non legitur tamen quod prima sedes alias debeat spoliare vel eis auferre quod suum est. Nam et si ad sacros canones recurramus, observandum est modis omnibus summis sacerdotibus, ut in confirmandis hominibus, in requirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei et in lucris animarum, plus quam in deprædandis et spoliandis hominibus et scandalizandis fratribus operam dent. Et si quando eis ad peragendum ministerium suum a subditis aut fratribus aliquid accipiendum est, hoc summopere debent observare ne quando scandalizent aut gravent. Tanta enim in hac re discrescio tenenda est, ut verbi Dei prædicator prælatus, si proprii sumptus desint, a fratribus accipiat, ita tamen quod idem fratres illius

Act. xx. 34. potentia non graventur, Apostoli Pauli exemplo, qui

[1] Catonis *Breves Sententiæ*, 53, p. 36 ed. Arntzen (Amst. 1754).

ne quem gravaret arte et manibus vitam quærebat. A.D. 1245.
Certe non multum tempus elapsum est ex quo do- 1 Thess. ii. 9.
minus Papa Alexander persecutionis cogente incom-[m]odo venit in Franciam, confugiens ad subsidium inclitæ recordationis regis Lodowici, patris regis Philippi, a quo benigne susceptus est et stetit ibi diu, et forte vivunt aliqui qui viderunt eum. Ipse tamen in nullo gravavit ecclesiam Gallicanam, ut nec unam solam præbendam aut aliud beneficium ipse Papa dederit ibi, sed nec aliquis prædecessor suus, nec multi etiam de successoribus dederunt in sua auctoritate beneficium aliquid usque ad tempus domini Innocentii tertii, qui primus assumpsit sibi jus istud in tempore suo. Revera dedit multas præbendas, et similiter post ipsum dominus Honorius et dominus Gregorius simili modo fecerunt; sed omnes prædecessores vestri, ut publice dicitur, non dederunt tot beneficia quot vos solus dedistis isto modico tempore quo rexistis ecclesiam vestram. Et si successor vester in tantum excederet vos in hoc sicut excessistis prædecessores vestros, certe ipse conferret communia beneficia, et sic non restabit aliud consilium indigenis nostris nisi fugere aut fugare. Ecce quomodo paulatim accrevit vobis potestas ista, quæ tam abiit in immensum; et propter hoc suspectæ sunt novitates in factis vestris quæ fecistis et vultis facere; et dicitis etiam quod sic fuit multotiens alias factum. Certe jam ad hoc devenit res, quod episcopi non possunt providere clericis suis literatis et honestis personis diocesum suarum. Et in hoc etiam præjudicatur domino regi et omnibus nobilibus regni, quorum filii et amici promoveri solebant in ecclesiis, et per ipsos proficiebant ecclesiæ in spiritualibus et temporalibus incrementis. Nunc autem quia contra omne jus præferuntur extranei indigenis, et notis præferuntur ignoti, perit servitium Dei in ecclesiis, pereunt ecclesiarum jura. Isti enim non residunt in ecclesiis, immo de multis eorum ignoratur

A.D. 1245. utrum unquam nati fuerunt; sed hoc vestri faciunt, quod nomine eorum bona ecclesiarum asportantur de regno et in dampnum ecclesiarum et regni, et contra voluntatem eorum qui fundaverunt ecclesias et dederunt eis bona, quæ habent ea intentione ut de ipsis alerentur ministri qui ibi Domino Deo servirent, et si quid residuum esset, in usus pauperum converteretur et in defensionem regis si necesse esset. Ex istis tamen donationibus nihil adquiritur vobis vel ecclesiæ Romanæ nisi scandalum et odium, et aufertur vobis devotio subditorum.[1] Nuntii vero de novo accesserunt, nova gravamina addentes supradictis; nuper enim mandavistis clericis, ut,[2] quia persecutor vester ad partes istas venturus est, mittant[3] vobis militiam munitam ad resistendum ei, quia non est consilium cedere venienti; super quo satis excusabiles sunt ecclesiæ, quia non habent militiam, nec est in potestate eorum mittere quod non habent; quos etiam si haberent et mitterent, non esset tutum confidere de ipsis, nec scitur etiam de illo utrum venturus sit. Qui etiam si veniret, præferendum esset ut videretur consilio humano consilium Dei, qui dicit, *Si persecuti fuerint vos in unam civitatem, fugite in aliam.* Item magnum et novum subsidium modo petitis ab ecclesiis per Fratres Minores, qui modo discurrunt per totum regnum et intolerabiliter gravant ecclesias multis modis et diversis; quod dominus Prænestinus noluit facere, ipsi volunt palam facere; sed per Deum turpe esset domino regi sustinere de ipsis quod noluit sustinere de domino Prænestino, qui erat homo longe majoris auctoritatis. Quidam enim ex eis in istis ecclesiis Burgundiæ sic fecerunt; videlicet frater Petrus de Moreis et quidam alii, venientes ad ecclesias cathedrales, vocabant in capitulo canonicos et episcopos etiam et dicebant, "Sic præcipimus vobis ex parte

St. Matt. x. 23.

[1] *subditorum*] subditarum, MS., but corrected in the margin.

[2] *ut*] et, MS.

[3] *mittant*] mittam, MS.

" domini Papæ et in virtute obedientiæ, ut infra A.D. 1245.
" quindenam Paschæ solvatis domino Papæ septimam
" partem omnium ecclesiasticorum proventuum vestro-
" rum, alioquin excommunicamus vos. Et si aliqui con-
" tradixerint, privamus eos omnibus beneficiis suis, et
" præcipimus episcopo vestro sub pœna excommuni-
" cationis ut eadem beneficia conferat aliis personis."
Sic fecerunt in Masticensi,[1] Ostikensi,[2] Cisvensi,[3] et aliis multis ecclesiis. In aliquibus etiam ecclesiis ponebant etiam simili modo quintam. Præcipiunt etiam episcopis ut ecclesiis suarum diocesum, tam parrochianis quam aliis, imponant certam summam pecuniæ quam eis exprimunt, et præcipiunt eis ut subditos suos compellant per pœnam excommunicationis [ad] solvendam summam illam. Idem etiam extenditur usque ad pauperrimas moniales Cisterciensis ordinis, sicut apparet per literas quas nobis misit dominus rex post recessum nostrum, quarum tenor hic est.

Hæc ergo sunt gravamina quæ ad præsens inferuntur ecclesiis regni, et hæc est causa *quare fremuerunt* Ps. ii. 1.
gentes et scandalizatum est regnum. Et forte in proximo est, nisi Deus avertat, ut scandalizetur magis; sed forte dicet aliquis quod mirandum non est, sed propter hanc persecutionem vacat Romana ecclesia, et necessitate compulsi facitis quod alias facere non potueritis; respondemus, quod multi alii prædecessores vestri eandem persecutionem passi sunt, qui tamen nihil tale fecerunt; nam si ad gesta Romanorum pontificum recurramus, sicut in vestris scripta sunt registris et cronicis vestris, regnante in Francia rege Jodoco[4] avo regis Philippi anno incarnationis Domini MCXIX., venit in Franciam dominus Papa Pas-

---

[1] Mastaing (Nord) or Matigny (Somme).
[2] Ostiches (Hainaut, Belgium).
[3] Civens (Loire).
[4] *i.e.* Louis VI., son of Philip I.

A.D. 1245. chasius[1] pro persecutione imperatoris,[2] qui eum Romæ in ecclesia Sancti Petri cepit una cum multis cardinalibus, et apud civitatem[3] Castellonum longo tempore captum detinuit, et occupans totum patrimonium Romanæ ecclesiæ et eidem inferens multa mala. Ipse tamen venerabilis prædictus Papa confugit in Franciam ad prædictum regem Franciæ, auxilium et consilium petiturus ab ipso, qui apud Sanctum Dionisium et apud Trecas novum concilium celebravit. Tandem reddita pace ecclesiæ, versus est ad sedem suam. Nihil tamen fecit de his quæ modo videmus fieri. Defuncto eodem summo pontifice Paschasio, Johannes Caitonus[4] cancellarius canonice electus est in summum pontificem et Gelasius est appellatus; sed cum electio facta de ipso non placuit prædicto imperatori Henrico, ipse favente sibi populo Romano instituit in sedem apostolicam quendam nomine Burdinum,[5] qui archiepiscopus Bracarum [fuit], propter quod idem Papa Gelasius a sede Apostolica depulsus venit in Franciam, confugiens ad regem prædictum, qui cum applicuisset Magaloniam[6] et aliquandiu ibi moram fecisset, accepto itinere versus Unciliatum[7] ubi debebat ei occurrere rex prædictus, mortuus est in via,[8] et apud Duscanum[9] sepultus. Cum quidam ad ejus exequias vicinarum urbium episcopi convenissent, affuit ibidem cum aliis vir sanguine generosus et prædictum dominum regem linea consanguinitatis attingens, Guido Viennensis archiepiscopus, quem pensato statu ecclesiæ cardinales et ipsi qui aderant in summum pontificem concorditer elege-

[1] Paschal II.; but the year of his being in France and the council of Troyes was 1107.

[2] Henry V.

[3] He was imprisoned at Trevi.

[4] John of Gaeta, chancellor of the Roman church.

[5] Maurice Bourdin, Archbishop of Braga, Anti-pope by the name of Gregory VIII.

[6] Maguelonne.

[7] Uncey-le-Franc (Côte-d'Or).

[8] He died at Cluny.

[9] Probably an error for Cluniacum.

runt; et vocavit eum Calixtum. Qui statim venit ad regem prædictum, a quo honorifice susceptus est; et cum aliquandiu stetisset in Francia, et idem rex multum laborasset ad pacem inter ipsum et imperatorem prædictum, nec tamen profecisset, tandem subvicarius[1] ipsius regis Remis perveniens celebravit ibi concilium, et excommunicavit imperatorem prædictum. Ex quo secuta est magna guerra. Sed in omnibus his prædictus Gelasius et Calixtus nullum gravamen intulisse leguntur ecclesiæ Gallicanæ. Postea etiam [cum] ejusdem regis tempore, decedente summo pontifice, Calixto[2] secundo, orto in ecclesia periculoso [s]cismate super electione duorum, videlicet Gregorii diaconi Sancti Angeli et Petri Leonis presbyteri cardinalis tituli Sancti Marci, pars ejusdem Petri prævaluisset in urbem, idem Gregorius, qui mutato nomine dictus est Innocentius, venit in Franciam confugiens ad regem prædictum, qui eum benigne suscepit, et ejus exemplo rex Angliæ Henricus et omnes magnates regni, sed et tota cismontana ecclesia, eum in summum pontificem honoraverunt. Ipse diu stetit in Francia et tandem filium ejusdem regis, Lodowicum patrem regis Philippi, Remis coronavit in regem. Nullum tamen gravamen intulit ecclesiæ Gallicanæ. Postmodum, tempore ejusdem regis, qui et Octovianus vocatus,[3] idem venerabilis Papa venit in Franciam et a dicto rege L[odowico] et exemplo ejus ab omnibus principibus et ecclesiis occidentalium regionum honorifice susceptus est; et moram ibi fecit diu; tamen nec ipse nec alii sancti viri summi pontifices superius nominati, qui ad regnum Franciæ, compellente magna persecutionis rabie, confugerunt, in aliquo gravaverunt ecclesiam Gallicanam, nec dando beneficia nec petendo subsidium pecuniæ vel armorum; sed spiritualibus armis, scilicet lacrimis A.D. 1245.

[1] Sic MS., qu. an error for sub vicaria, *under the jurisdiction of the French King?*

[2] *Calixto*] Henrico, MS.

[3] *i.e.* Alexander III., who is confounded with the anti-Pope Victor IV. (Octovianus).

CROYDON PUBLIC LIBRARIES CENTRAL

A.D. 1245. et orationibus, quæ sunt arma ministrorum Christi, maluerunt esse contenti quam violata pace ecclesiæ miscere se in strages hominum et in mortes, quod facere non licet sacerdotibus et ministris Christi, juxta verbum beati Gregorii qui dicit, "Si in mortem Lon-
" gobardorum me voluissem miscere, regem nec ducem
" modo haberent," etc. Sed forte dicet aliquis mihi,
" Isti summi pontifices, de quibus mentionem fecistis,
" potestatem habuerunt conferendi præbendas et fa-
" ciendi omnia quæ nunc fiunt, sed non fecerunt quia
" noluerunt." Respondeo, "Domine, possetis et vos
" sicut et ipsi potuerunt, dum tamen non faciatis sicut
" nec illi fecerunt." Restringenda sunt sub ratione potestatis, quia certe non est modo magis tempus oportunum ad faciendum talia quam tunc erat; immo longe pejora sunt tempora quam tunc erant, et longe magis turbata est Christianitas tota. Pro Deo non turbetur magis; sanguinem enim elicit qui nimis emungit. Nunc itaque veniamus ad propositum nostrum. Dominus rex, cujus antecessores fundaverunt ecclesias regni et de bonis suis eas dotaverunt, specialiter pro divini cultus obsequio, idem honorifice faciendo, hoc proprium et speciale sibi et hæredibus suis retinuerunt, et semper habuerunt in eisdem ecclesiis quæ tenent de ipsis temporalia sua bona, quando temporalia ecclesiarum jure humano,[1] id est, jure regio possidentur, quod præter spiritualia quæ tam [multa] et magna servitia [habent] ad quæ domino regi tenentur, istud etiam juris habet, quod omnes ecclesiarum thesauros et omnia temporalia ipsorum pro sua et pro sui regni necessitate potest accipere sicut sua. Quid si obiciat aliquis principem sæcularem vel laicum servitia canonica non posse sibi vendicare jus istud in rebus ecclesiarum, respondemus quod longe magis et majus speciale fuit illud, quod Karolus Magnus et multi reges Francorum post ipsum optinuerunt, sicut expresse dicunt canones, videlicet

[1] *humano*] MS. habendo, see above, p. 101, l. 5.

potestatem eligendi summum pontificem et ordinandi A.D. 1245.
sedem Apostolicam, et ut omnes archiepiscopi et episcopi investituram acciperent per eandem; et non est multum temporis quod reges Franciæ conferebant omnes episcopatus in camera sua quibus [voluerunt,] et si qui ad quædam renuntiaverunt propter Deum, tamen non renuntiaverunt reges Franciæ multis aliis quæ nunc non habent in ecclesiis, sicut principes et alii ecclesiarum patroni, et quæ eis ecclesiæ consensus contulit, sed et longævus usus et prisca consuetudo concessit. In hoc ergo quod taliter et ita intolerabiliter modo de novo gravantur ecclesiæ, videmus dampnum magnum et multiplex præjudicium fieri sibi et regno suo, et magnum etiam incom[m]odum parari posteritati suæ postmodum hoc, quod bona ecclesiarum convertuntur in alios usus quam illos pro quibus data fuerunt ecclesiis. Item per hoc jam diminutus est, et magis timet diminui et perire, cultus divini servitii in ecclesiis regni, quod non vult dominus rex diebus suis minui sed augeri. Item quod in depauperatione ecclesiarum depauperatur regnum, quia dum bona ecclesiarum sic asportantur de regno, spoliatur regnum et de spoliis ejus extranei ditantur. Item quod novus est iste modus exigendi pecuniam usque ad tempora ista, unde quia posset trahi ad consequentiam et converti in consuetudinem valde perniciosam, non vult quod ista servitus temporibus suis imponatur ecclesiis regni et per consequens regno suo. Item et per hujusmodi onera sic possunt[1] ex toto gravari ecclesiæ, quæ jam valde gravatæ sunt et solito pauperiores effectæ, quod non possunt reddere eis servitia ad quæ sibi tenentur, quæ multa sunt et magna. Item quia sicut dum tolluntur ecclesiarum temporalia, non minus læditur regnum quam si de proprio thesauro domini regis tollerentur; cum in casu necessario thesauri ecclesiarum sui sint et in casu illo possit uti illis ut suis. Præterea quia

[1] *possunt*] possent in the margin.

A.D. 1245. dominus rex crucesignatus est et in Terram Sanctam profecturus est, vult, sicut et velle debet, quod ecclesiæ regni large subveniant ei sicut patrono suo in peregrinationem, et nihilominus habeant unde ipsi possint in defensione regni sui, si necesse fuerit, sumptus facere sicut debet. Item significat vobis dominus rex de quo indubitanter sciatis, quod ipse vos sincera affectione diligit et multum compatitur necessitatibus vestris; sed quantumcunque vos diligat, non potest sibi deesse quin pro posse suo servet statum, libertates, et consuetudines regni sibi a Domino Deo commissi, ubi in magna nobilitate et magna libertate et pace fuit ecclesia usque ad tempus suum et tempore suo et usque ad tempus modernum.

Propter præmissas causas et quasdam alias, quas exprimere modo nolumus, rogat vos affectuosissime dominus rex, sicut patrem in Christo carissimum, et attente requirit propter honorem Dei et vestri et ecclesiæ Romanæ, pro tollendo scandalo de cordibus multorum et servanda et retinenda devotione ecclesiæ Gallicanæ et regni, et propter amorem domini regis, ut præmissis gravaminibus quæ ipse nullo modo potest æquo animo sustinere, quia in his videt exhæredationem suam et intolerabile periculum imminere, de cætero parcatis ecclesiis, et ab hujusmodi cessare velitis et quæ de novo facta sunt revocare; nam infiniti propter hoc excommunicati sunt et suspensi.

Hæ literæ multos moverunt, sed commotio nondum pervenit ad effectum.

61.

f. 89. *Literæ terribiles nimis.*

Decree of Frederick II. against those who obey the

Frethericus statuit contra ecclesiam et in civitatibus ditioni suæ subjectis, et acclamari fecit quod quicunque cujuscunque professionis vel dignitatis vel

ordinis de clero et populo interdicto vel excommunicationi domini Papæ parere præsumpserit, omni honore, beneficio, et officio, vel ministerio privaretur et omnibus rebus spoliaretur, turpiterque mitteretur in exilium; et qui ei obsecundare contempserit, imperiali munere ditatus ab omni exactione eximeretur. Promisit etiam quod nunquam cum ecclesia componeret, nisi prius de contemptoribus pacis tractatus firmaretur.

Papal excommunication. A.D. 1245.

Ordinatio.

Dominationes autem ipsorum sic ordinantur, quod quilibet dominium habens usque ad regem habeat sub se decem, videlicet quod decurio habeat decem milites cum suis militaribus sub se, centurio decem decuriones, millenarius decem centuriones, et sic usque ad ipsum regem ascendendo, ut si quando opus habuerit exercitum inire ad expugnandum aliquod castrum, potestates illorum vocentur per decennarium numerum ut eligant et nominent illic destinandos. Præterea frater Andreas et alius Prædicator nuper venerunt Lugdunum; quorum unus missus fuit elapso biennio a domino Papa ad regem Tartarorum. Frater autem ille ultra Acon ad quadraginta quinque dietas invenit unam aciem Tartarorum in qua erant circiter trecenta milia equitum ex ipsis Tartaris præter tributarios captivos multarum nationum. Et ista acies . . .[1] exercitum magni regis itinere quinque mensium. Provenerat autem in illa acie quidam actu et habitu et fide religiosus[2] et catholicus quem vocant monachum, qui a rege talem accepit potestatem, quod antequam regnum aliquod sit expugnandum, rogat ea quæ pacis sunt et defendit ecclesias et construit et reparat destructas, viris religiosis præstat patrocinium et om-

Account of the Tartars brought to Lyons by Andrew, a Dominican.

[1] *præerat*, or some such word, is omitted.

[2] *religiosus et catholicus*] religiosum et catholicum, MS.

A.D. 1245. nibus Christianis qui se ejus subiciunt regi. Nam rex Tartarorum solum requirit dominium omnium et etiam totius mundi monarchiam, et non sitit alicujus mortem, sed unumquemque permittit stare in suo cultu post obedientiam sibi factam, nec aliquem compellit ad cultus sui contrarium.

De cultu eorundem.

Item, requisitus frater de ipsorum cultu respondit quod credunt unum Deum esse, et habent suas observantias, quarum nullus impune fit transgressor. Respublica inter eos æquissime ministratur. Nam siquis deprehenditur concubuisse cum uxore vel ancilla vel filia alterius, contemptis suis uxoribus et ancillis, et siquis convincatur super mendacio, sine ulla misericordia morte mulctatur.

De eorum potentia.

Item eorum potentia tanta est, quod jam subjecerunt sibi totam fere Asiam Orientalem usque ad duas dietas ultra Anthiochiam, et illam jam intrassent nisi prædictus monachus eos retinuisset. Sed nunc amplius non potest eos cohibere. Viginti quinque autem anni sunt ex quo fugaverunt Chorosminos a terra sua qui triumpharunt de Christianis in Terra Sancta, et ideo derident eos contra potentissimum regem Tartarorum quod præsumunt rebellare. Et inter cætera regna subjecit sibi quendam Soldanum de Yconio, cujus terra forte latior est omnibus regnis citra montes; et singulis diebus pro tributo mittit ei mille perperos aureos et unum Quiritem in dextrario. Armatura eorum levis est et de corio. Balistis non utuntur, sed sagittarii sunt peroptimi. Victus eorum satis tenuis est; nam pressas carnes equorum vel quorumque animalium et siccatas redigunt in pulverem, et

perfundunt pulverem aqua vel lacte equino, et hau- A.D. 1245.
riunt et sic reficiuntur.

De ortu regis Tartarorum.

Item dixit idem frater quod rex eorum est filius Christianæ. Nam pater ejus cum totam sibi subjugasset Indiam, et eum qui vocabatur presbyter Johannes, quod nomen omnes reges Indiæ sortiuntur, interfecisset, accepit filiam ejus in uxorem, ex qua genitus est ipse rex qui nunc regnat inter Tartaros. Et ad illius mulieris instantiam adductus est præfatus monachus ad regem Tartarorum. Nam fuerat ante cum præfato presbytero Johanne. Quem cum rex Tartarorum comperit virum sanctum et boni consilii, retinuit eum, et ei præscriptam concessit potestatem. Hic monachus misit domino Papæ per memoratum fratrem pro exennio unum baculum de ebano, et scripsit ei et Fretherico amare eos, arguens pro eo quod, cum sint capita ecclesiæ, mutuo se confligunt, non attendentes potentissimum regem Tartarorum in proximo venturum ad debellandum eos, adversus cujus potentiam tota Christianitas non resistet.

Item de fratre memorato.

Frater memoratus narravit multa alia quæ omnem credulitatem excedunt, nisi ipsius auctoritas fidem dictis præstaret. Novit etiam linguam Arabicam et Caldeam, et nihil eum potuit latere eorum quæ dicebantur. Fuit etiam cum præfato monacho per viginti dies, cui monachus magnum præbuit honorem, et misit nuntium suum secum ad domnum Papam. Authority of Friar Andrew.

Item, patruus istius regis Tartarorum regit illum exercitum qui impugnat regem Hungariæ. Audivi etiam a quodam fratre quod Papa scripsit episcopo Osañ [1] quod in brevi creabitur novus rex melior eo qui mortuus est.

[1] Qu. for Uxeñ, *i.e.*, Uxentino, of Ugento, or for Santonensi, of Saintes?

A.D. 1246.

f. 89 *b*.

Rumores de Terra Sancta.

Condition of the Holy Land.

Item magna caristia est in Terra Sancta, ut dixit quidam frater qui venit nuper cum episcopo [1] de Turtuse, et mutuo se cædunt Sarraceni, et conflictus crebros habent cum Chorosminis et impugnant soldanum Babiloniæ, cui alii contra Christianos præbuerunt auxilium. Nullus ausus est terras excolere. Nam Christiani impediunt Sarracenos et econtrario. Sarraceni autem cum Chorosminis et Babiloniis semper nituntur impugnare Christianos. Omnia tamen castra quæ habuerunt Christiani ante, habent adhuc, et plura, præter Jerusalem et duo alia.

De dietis inter famosa loca.

Distantiæ.

Ab Acon usque in Anthiochiam decem sunt dietæ; ab Anthiochia usque in Alapiam duæ dietæ; ab Alapia usque in Ninive sexdecim dietæ; a Ninive usque ad monachum septendecim dietæ.

De justitia prædicti monachi.

Nec prætereundum quod supra memoratus monachus tantæ justitiæ tantæque abstinentiæ est, ut sanctus profecto certissime habeatur; ita videlicet ut carnes ipsi vel alicui monacho comedere, nisi pro certa reparatione in mortis discrimine, scelus arbitretur. Pisces quoque omni tempore, sed maxime in Quadragesima et diebus Veneris, comedere monacho, tantum reputat inconveniens quantum reputaremus si quis carnes comederet in Quadragesima vel die Veneris.

---

[1] This is the Latin bishop of Tortosa in Phænicia, an English Dominican. See vol. v. p. 72.

62.

Item quomodo puniuntur malefactores in parcis vel vivariis. f. 88.

Punishment of malefactors in parks and fisheries. A.D. 1246. v. vol. iv. p. 518.

[Quo]modo puniuntur inventi malefactores de parcis et vivariis. Si fugit et occidatur malefactor, non optinebit jus nec appellum. Si vero comes, baro, vel miles domino regi conquestus fuerit de bestiis captis in parco suo, ita quod per breve domini regis facta fuerit inquisitio, tunc inditatus per inquisitionem et convictus jacebit in prisona domini regis per unum annum et unum diem, et postea redimatur ad pretium valoris terrarum suarum per tres annos, ita tamen, quod interea de suo paupere sustentetur. Et tunc dominus rex habebit duas partes redemptionis, et ille cui transgressus fuerit tertiam. Et post illam redemptionem inveniet duodecim plegios qui ipsum manucapient, quod deinceps non malefaciet in parcis, vivariis, vel forestis, nec in aliquo contra pacem domini regis. Et si contingat ipsum in aliquo prædictorum malefacere, plegii sui respondebunt de corpore ejus et de transgressione. Si vero aliquis subito captus fuerit in parco vel vivario, sine inquisitione facienda per breve domini regis, habebit prisonam domini regis ut prædictum est, et postea debet redimi modo prædicto; et ex illa redemptione habebit dominus rex medietatem, et læsus aliam; et postea inveniet duodecim plegios, modo prædicto.

63.

Item pro eodem.[1] f. 93.

Letter of Innocent IV. on the

Item. Innocentius episcopus, etc., tam exemptis quam non exemptis, etc.

[1] *i.e.* Richard of Cornwall. See above, 57, p. 91.

collection for the crusade to be paid to Richard of Cornwall. A.D. 1246.

Per literas nostras vobis dedisse dicimur in mandatis ut pecuniam de redemptione votorum regni Angliæ assignare dilecto filio nobili viro comiti Cornubiæ curaretis. Verum cum sicut accepimus super hujus executione mandati in præjudicium ejusdem comitis sic a vobis minus attente processum, nos digne volentes ut eidem pro devotionis suæ meritis provisionis Apostolicæ gratia fructuosa reddatur, universitatem vestram sicut iterum sic attentius exhortamur, per Apostolica vobis scripta mandantes præcipiendo, quatinus infra tres menses post susceptionem præsentium, sullato cujusque difficultatis obstaculo, in hujus executione negotii secundum formam vobis traditam procedatis. Alioquin dilectis filiis ministro provinciali ordinis Sanctæ Trinitatis et captivorum in regno Angliæ, decano[1] Wellensi, et archidiacono[2] Bercsiræ, Saresberiensis diocesis, damus nostris literis in mandatis, ut ex tunc juxta ipsam formam in eodem negotio procedere non postponatur.

Lyons, 13 March 1246.

Datum Lugduni tertio idus Martii, pontificatus nostri anno tertio.

64.

f. 93.

Item pro eodem.

This sent on to the officials.

Item. Innocentius dilecto filio ministro provinciali, ut supra.

Quocirca discretioni vestræ præsentium auctoritate mandamus, quatinus si forte ipsi mandatum nostrum neglexerint adimplere, vos ex tunc juxta prædictam formam in eodem negotio procedatis. Quod si non omnes, etc.

Item pro eodem.

Note on the above.

Nota.—Ut legata in Terræ Sanctæ subsidium aut quæ de vicesima vel pro redemptione votorum haberi

[1] John Sarracenus. | [2] Giles de Wocumb.

possent in regno Angliæ, per viros ad hoc idoneos colligi faceret, dicto comiti tunc crucesignato, cum pervenisset ad transmarinas partes, integre tribuenda; verum cum dictus comes, etc. A.D. 1246.

Nota quod felicis recordationis G[regorius] Papa prædecessor noster dilecto filio nostro O[thoni] Sancti Nicholai, etc., tunc legato dedit suis literis in mandatis ut legata, ut supra.

65.

Potestas[1] *concessa fratri Johanni de ordine Minorum.* f. 90 *b.*

Letter of Innocent IV. giving powers to John, provincial minister of the Franciscans in Provence 10 Oct. 1246. v. vol. iv. pp. 599, 617, 619, 622, 635.

Innocentius, etc., fratri Johanni Anglico, etc.

Ecclesiæ necessitatibus circumscripti,[2] venerabilibus fratribus nostris Cantuariensi et Eboracensi archiepiscopis ac suffraganeis eorundem, necnon et dilectis filiis abbatibus exemptis et quibusdam aliis clericis in Cantuariensi et Eboracensi provinciis constitutis, de fratrum nostrorum consilio nostris dedimus in mandatis ut his, quæ tu ex parte nostra super subventione Apostolicæ sedis propones, eisdem adhibeant plenam fidem, et liberaliter ac libenter ea studeant adimplere. Cæterum quia onus quod in plures dividitur facilius supportatur, de prudentia tua plenam in Domino fiduciam optinentes, dandi per te vel alios ordinis tui fratres, quibus super hæc commiseris vices suas, auctoritatem archiepiscopis, suffraganeis, et abbatibus memoratis, ut subditos per censuram ecclesiæ Apostolicæ Romanæ compellere possint, et eos etiam per teipsum vel dictos fratres similiter compellendi, ad contribuendum super subventione præmissa de bonis ecclesiasticis juxta proprias facultates, auctoritate,[3] concedimus potestatem.

Datum Lugduni sexto idus Octobris, pontificatus nostri anno quarto.

---

[1] This is the title given to the first of these documents, which will be found in the Gesta Abbatum (Riley) i. p. 306. The actual title given to the above is *Item aliud autenticum.*

[2] *circumscripti*] circumscriptis, MS.

[3] MS. *ins.* p̃.

A.D. 1246.

66.

Item aliud autenticum.

Letter of Innocent IV. giving powers to John. v. vol. iv. p. 619.

Archiepiscopis, etc.

Mandamus quatinus J[ohannem], quem pro quibusdam ecclesiæ Romanæ negotiis destinamus, pro reverentia beati Petri et nostra recipiatis benigne, ac tractetis honeste in necessariis, et securo conductu eundo, meando, et redeundo, sibi pro se ac aliis quos secum duxerit, et in evectionibus eorundem, si aliquando eos contigerit ipsas habere, necnon pro nuntiis quos interdum duxerit destinandos, liberaliter providentes, ita quod vestræ dilectionis affectum possimus exinde commendare. Alioquin excommunicatos vos esse, etc.

67.

(1.)

f. 88.

Autenticum[1] *domini Papæ Innocentii quarti, de canonizatione beati Ædmundi Cantuariensis archiepiscopi.*

Bull of Innocent IV. canonizing St. Edmund of Canterbury. 11 Jan. 1247. v. vol. iv. p. 586 note.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, præpositis, archipresbyteris, et aliis ecclesiarum prælatis, ad quos literæ istæ pervenerint, salutem et Apostolicam benedictionem.

Novum matris ecclesiæ gaudium, novi sancti celebritate jocundæ, læti referimus; grande a cælesti collegio de collegæ novi consortio agi festum, exultanti animo nuntiamus. Gaudet quidem ecclesia se talem ac tantum produxisse filium, qui alios et sacræ conversationis exemplo dirigat, et percepto jam beatitu-

[1] There is a copy of this in MS. Cott. Julius D. 6. ff. 151*b*–154.

dinis præmio firmam spem eis tribuat de salute. Lætatur nimirum se tam clara sobole illustratam, quæ, digno ab omnibus attollenda præconio et devota veneratione colenda, manifeste declarat ad hæreditatis æternæ participium admittendos qui ecclesiam ipsam matrem fide ac opere profitentur, et nullos in supernam posse gloriam, nisi per eam, tanquam regni cælorum clavigeram, introire. Gaudet cælestis patria nobilis habitatoris adventu, expertumque colonum fidei suis incolis noviter adunari. Exultant cives cælibes[1] de celebris aggregatione concivis; de condigno cæli consorte nuper ipsis adhibito psallunt sancti. Exurgite igitur et vos fidei zelatores, et una cum ecclesia matre vestra lætamini de magnificentia et exaltatione confratris. Affluite gaudio, et spem tutam assumite, de condigena terrenorum facto compatriota cælestium. Exultate ingenti lætitia, quod novellus vobis apud Deum patronus accrevit, quod adest coram ipso pro salute vestra placidus intercessor. En, siquidem, beatus Ædmundus archiepiscopus Cantuariensis, salubriter pensans ad factorem suum facturam affectu dirigi naturali, naturamque collapsam reparatorem debere recognoscere, proprium Creatorem et Redemptorem suum affectuose et studiose quæsivit. Rectæ namque intentionis lumen bajulans, ad ipsum perfectorum operum processit gressibus; salutis semitam aliis et splendore vitæ ac doctrinæ claritate demonstrans. Unde horum trium, intentionis puræ, perfecti operis, et recti sermonis, dulci concordia velut delectabili psallens tripudio, tribus hostibus, carne, mundo, dæmone, virtute perseverantiæ superatis, digne meruit veræ fidei, securæ spei, et fervidæ caritatis ternario insignitus, summæ Trinitatis arce, trino electorum virginum scilicet, continentium, et conjugatorum ordine, præparata palma victoriæ honorari. Etenim ut de suis actibus aliquid referamus, A.D. 1247.

[1] *cælibes*] id est, cælestes, is added in the margin.

A.D. 1247. licet ipsius vita, quo plenius exponitur, eo relatoris gustui plus dulcescat, magisque delectet animos auditorum; ab annis teneris Dei Filium tenere diligens, Eum postmodum tenere corde non desiit, quia Ipsum tenellæ mentis tabulæ stilo rectæ considerationis inscripsit. Quinimmo quanto majori profecit ætate, tanto pleniori cognitione in amorem Ejus exarsit; et ne fervor spiritus suæ carnis extingueretur ardore, sed mortificatione potius accenderetur ipsius, assidui eam asperitate cilicii edomans, ejus libitum arctæ abstinentiæ nexibus alligavit, ut non suo ducta voto, sed spiritus voluntate, ad licita tute pergeret et provide ab illicitis declinaret. Nam districtis corpus maceravit jejuniis, antiquorum observantiæ novorum austeritatem, quæ sibimet ipse idem indixerat, superaddens; dum deliciosorum ciborum oblectatione despecta, refectione contentus humilium, communium jejuniorum temporibus a permissis etiam elegit jejunare cibariis, et cæteris insuper in hebdomada diebus amplius abstinere. Sompni quoque prolixitatem odiens, diuturnis vacabat vigiliis; et excusso torpore, orationi sedulo insistebat. Cubilis enim spreta mollitie, ne requie delicata lentesceret, illam membris indulgebat jacendo quietem, ut brevi sopore refectus protinus surgeret, seque genuflexionibus et orationibus diutius deputaret. Ab initio autem viarum suarum sic munde usque in finem incedere studuit, quod mundi[1] vitato lubrico, in lutum non defluens voluptatis, munditiæ nitore præfulsit. Quid amplius? Contrivit fragile carnis vasculum, ut in eo thesaurum animæ sibi creditum cautius conservaret. Doctor vero præclarus ac prædicator eximius, et auditorum mentibus scientiæ lumen infudit, et pectoribus fidelium, avulsis vitiorum tribulis, semina virtutum injecit. Humilitate quippe sublimis, mansuetudine placidus, patientia fortis, benignitate affabilis, pietate condolens,

Et nota quod nec discalciatus, nec discinctus, nec exutus veste.

[1] Par. has *vel -o* above this word.

misericordia innocens, et multiplici elemosinarum irri- A.D. 1247.
guo in subventionem affluens egenorum. Et ut gestorum suorum multitudinem succincta relatione texamus, sic Jesum firma credulitate cognovit, et agnitum sincero corde dilexit, ac dilectum totis votis ambivit, quod, mundo et eis quæ in mundo sunt penitus vilipensis, ad cælestia cunctis studiis inhiavit; satagens se suo nomini actibus coaptare, ut sicut vocabatur Ædmundus, sic se vel a criminum labe mundum, vel e mundo abductum, seu extra mundi amplexus positum, operum testificatione probaret. Unde tanquam spiritualis omnino Ædmundus, a carnis contagiis in extremis agens, et corpus Christi sibi delatum reverenter adorans, hæc verba omni attentione notanda mira protulisse compunctione aperte monstratur; "Tu " es in Quem credidi, Quem prædicavi, Quem docui; " et Tu testis es mihi, quia nihil aliud nisi Te, Do- " mine, in terra quæsivi, sicut Tu scis quod nihil volo " nisi quod Tu vis; fiat voluntas Tua." Verum cum vivens Dei ecclesiam præclaris illuminasset meritis, mortuus suæ sibi claritatis radios non subtraxit; sed cum functus hac vita verius viveret quam vixisset, eam postmodum illustravit fulgore luminis plenioris. Non enim voluit Dominus sanctitatem mundo supprimi tanti viri, quin sicut pluralitate innotuerat meritorum, sic miraculorum diversitate pateret; ut qui tota Ipsum devotione[1] coluerat, jam Secum regnans venerabiliter coleretur. Nam cæcis lumen restituit, et quod est gloriosius, de cujusdam oculis innatæ cæcitatis tenebras, infusi visus perspicuitate, fugavit. Alii cujus linguam natura diutina taciturnitate ligaverat, liberam loquendi tribuit soluto silentio facultatem. Leprosam quandam, squammis lepræ mox decidentibus, subita et mirabili abstersione mundavit. Tremula paralitici membra firmavit consolidatione nervorum; contractis

[1] Julius D. 6 adds *in terra*.

A.D. 1247. artuum extensione subvenit. Tumentem hydropisim corporis extenuatione curavit. Et quandam senilis ætatis, veteri gibbo imis inflexam, restituit, erecta sursum ejus facie, sanitati. His et aliis [1] compluribus choruscavit miraculis manifestis, quorum seriem non duximus præsentibus inserendam. Convalescit ex ipsis fides catholica, Judæorum pertinacia erubescit. Confunditur hæreticorum fallacia, et obstupescit ignorantia paganorum. Cantet itaque Cantuariensis ecclesia laudis divinæ canticum, quod inter alias modernis temporibus venerabilibus est decorata patronis; unius quidem rubricata martirio, et confessione alterius candidata. Exultet pleno gaudio fertilis Cantuaria, quod ab ecclesiæ suæ area tam purum granum transmisit ad horrea summi Regis. Lætetur et Pontiniacense monasterium, quod talium et tantorum patrum meruit honorari præsentia, dum unus diu ibi degens illud suæ vitæ nobilitavit moribus, et alter illuc accedens ipsum, reddita cælo anima, sui corporis thesauro ditavit; ut quasi adimpleretur, quod ipse gloriosus martir, Thomas videlicet, post longam moram quam exilii sui tempore in eodem continuavit monasterio, cum ipsis monachis de multa honorificentia caritative sibi ab eis exhibita respondere juxta sui voti plenitudinem non valeret, dixisse asseritur, quod esset sibi aliquis successurus, qui dignam ipsis retributionem rependeret pro eodem. Porro, quia quos omnipotens Deus perpetuæ corona gloriæ in cælum magnificat,[2] summæ devotionis studio ab hominibus in terris convenit venerari, ut quo sollempnius fideles sanctorum [3] memoriam agimus,

[1] *Supplementum veritatis mutilatæ, et autentico non insertæ.* Vere aliis; nam triginta et amplius mortuorum suscitator magnificus fuisse dinoscitur apud Pontiniacum, præter alibi mortuos et morti expositos, quos a portis mortis vel potius ab ipsa morte ad vitam et plenam sospitatem revocavit. Nec credimus esse sanctum in tota cælesti curia, cujus miracula et virtutes manifestas sola obloquentium invidia subticuit ac denigravit. This, which is in the margin, is not in Julius D. 6.

[2] *magnificat*] manifestat, Julius D. 6.

[3] MS. ins. *quorum*. It is not in Julius D. 6.

eo dignius ipsorum patrocinium promerentur; nos de sanctitate vitæ ac veritate miraculorum ejusdem Sancti Æ[dmundi], curiosæ inquisitionis sollempnitate ac districti examinis discussione præmissis, plenariam certitudinem optinentes, ipsum de communi fratrum nostrorum et prælatorum omnium, tunc apud sedem Apostolicam existentium, consilio et assensu, in Dominica[1] de Adventu qua cantatur *Gaudete in Domino semper*, sanctorum catalogo ascribendum duximus, vel jam ascriptum potius nuntiandum. Ideoque universitatem vestram monemus et exhortamur attente, per Apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatinus decimo sexto kalendas Decembris, cum tunc felix ipsius anima de carnis liberata carcere, ad astra conscendens, aulam cælestem adiverit, Paradisi deliciis fruitura, festum ejusdem devote ac sollempniter celebretis et faciatis vos fratres, archiepiscopi et episcopi, per vestras civitates et dioceses a Christi fidelibus veneratione congrua celebrari; ut pio ejus interventu et hic ab eminentibus possitis periculis erui et in futuro salutis præmium consequi sempiternæ. Cæterum, ut ad venerabile ejus sepulchrum ferventius et copiosius Christiani populi confluat multitudo, ac celebrius ejusdem sancti agatur sollempnitas, omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui cum reverentia illuc in eodem festo annuatim accesserint ipsius suffragia petituri, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, unum annum et quadraginta dies, accedentibus vero annis singulis ad prædictum sepulchrum infra ejusdem festi octavas quadraginta dies, de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. A.D. 1247.

Datum Lugduni, tertio idus Januarii, pontificatus nostri anno quarto.

---

[1] Third Sunday in Advent.

A.D. 1247.

(2.)

De eodem sancto Ædmundo.

Mass for St. Edmund.

Oratio. Deus, qui largissimæ bonitatis consilio ecclesiam tuam beati Ædmundi confessoris tui atque pontificis præclaræ vitæ meritis decorasti et gloriosis lætificasti miraculis, concede nobis famulis tuis, ut et ipsius in melius reformemur exemplis, et ab omnibus ejus patrocinio protegamur adversis. Per.

f. 89.[1]

Secretum. Beati Ædmundi confessoris Tui atque pontificis interventu quæsumus, Domine, [ut] munera tibi offerenda complaceant et oblata nobis proficiant ad salutem. Per.

Post-Communio. Mentes nostras, quæsumus, Domine, susceptis robora sacramentis, ut sicut eas beati Ædmundi confessoris Tui atque pontificis dignatus es novis confortare miraculis, sic etiam juvare suffragiis et illustrare digneris exemplis. Per.

(3.)

Description of his seal.

In[2] secreto sigillo Sancti Æ[dmundi] insculpta fuit passio Sancti Thomæ, et in parte inferiori ipsius sigilli quidam præsul supplicans, quem quasi alloquens con-

---

[1] At the foot of this page are with musical notes :

Commemoratio cotidiana.

Ad Vesperas. Antiphona. Custodi nos in noctibus Edmundi precum munere ;

Qui traditus es hostibus pro mundo mundi vespere. Evovae.*

In laudibus. Antiphona. Mane nobiscum maneas,
Mundis regnans in mentibus,
Rex et nobis provideas,
Mundis Edmundi precibus. Evovae.

In Commemoratione trium lectionum.

O Edmunde, singularis signa ferens gratiæ,
Disciplinæ salutaris magister egregie,
Vita sacer, potens signis, meritis eximie,
Nobis reis et indignis locum posce veniæ. Evovae.

[2] At the foot of f. 88 *b*.

---

* The vowels of *seculorum. Amen.*

fortat et animat ipse sanctus Thomas, dicens per hunc versum qui sigillo inscribitur, A.D. 1247.

Ædmundum doceat mors mea ne timeat.

Quem et ipse Sanctus Æ[dmundus] sæpe solebat tam corde quam [voce] cum devotione recolere cum suspiriis.

(4.)

Hanc orationem consuevit beatus Edmundus Cantuariensis archiepiscopus dicere cotidie, supplicando beato Johanni Evangelistæ incessanter, quem præ omnibus aliis sanctis venerabatur[1] *et dilexit, ut vitam suam bono fine ac præclaro instar ejusdem Sancti J[ohannis] claudere mereretur. Sciens*[2] *quod si vita hominis bona morte terminetur,* f. 155 *b.*

Tota trahet series ex illa parte decorem;
Si mala,
Tota trahet series ex illa parte pudorem. Geoffrey of Vinsauf, Nova Poetria, 67.

Sitienter enim desideravit beatus Edmundus et a Deo orando postulavit, ut ipsi sancto conformaretur tam in vita quam in morte assimilatus. Nec est fraudatus a desiderio suo; nam hæc omnia impetravit a Domino et a beato Johanne sibi carissimo. Mundus enim extitit beatus Edmundus in carne sua et virgo, prout legentes vitam suam plenius possunt certificari. Et hoc testificatur et probat hodierna die corporis ejus incorruptio et miraculorum frequentia. Præterea theologus extitit et prædicator eximius. Carus erat Deo et hominibus. In his omnibus beato Johanni meruit assimilari; fine quievit glorioso.

Oratio.

O Sancte ac beate Johannes, Apostole et Evangelista Dei, qui virgo electus es a Domino et inter alios Prayer of S. Edmund to S. John.

[1] *venerabatur*] venerabitur, MS.
[2] This is at the foot of the page, with a reference for its insertion here.

A.D. 1247. magis dilectus, impetra mihi donum a Domino quod tibi concessum est, ut scilicet habeam finem bonum et præclarum. Et finiam vitam meam in fide recta, in spe certa, in caritate perfecta, in sensu integro et intellectu sano, in vera confessione, salutis communitus viatico et extrema delibutus unctione, in sitienti desiderio videndi desiderabilem faciem Domini nostri Jesu Christi.[1]

68.

De[2] *translatione beati Ædmundi confessoris.*

f. 91.

Letter of Richard de la Wyche, bishop of Chichester, to the abbat of Bayham, on the translation of S. Edmund, June 1247. v. vol. iv. p. 631.

R[icardus] Dei gratia episcopus Cicestrensis venerabili amico suo domino R. abbati de Begeham salutem.

Ut de elevatione et statu sancti corporis Ædmundi efficiamini certiores, noveritis quod in crastino Sanctæ Trinitatis proximo præterito, cum monumentum sancti patris nostri Ædmundi primo, paucis in sero præsentibus, fuisset apertum, statum corporis ejusdem, suavissimo redolentis odore, plenum et integrum invenimus. Caput quidem[3] cum capillis et facie fulgida, corpusque cum membris aliis plenarium, integrum, et odoriferum supra balsamum aut thymiama. Naso tamen passo per lapidem superiorem injuriam, pressionem, sed non consumptionem ullam, totumque corpus, maxime facies, quasi oleo perfusum repertum est (et merito, quia qui vitam suam plenius explorat, de virginitate ejus sinistrum est dubitare), quod credimus gratiam significare tam morum quam doctrinæ; quia *diffusa* fuit *gratia in labiis* suis legendo, disputando, prædicando; propterea, *Dominus unxit eum oleo lætitiæ præ* omnibus lectoribus et doctoribus sui tem-

Ps. xliv. 3, 8.

[1] After this is written: *Reverte hoc folium et sequitur residuum; ad hoc signum* ⊙═══ *reperies.* The prayer is also given in MS. Cott. Jul. D. 6. f. 156 *b*.

[2] There is a copy of this in the Appendix to the Lanercost Chronicle, p. 468, from MS. Cott. Jul. D. 6, f. 154.

[3] *quidem*] quidam, MS.

poris et disputatoribus, unde *diffusa* fuit *gratia in* A.D. 1247.
labiis suis. Et quædam alia virtutum insignia, quæ nacta temporis oportunitate vobis secretius referemus, ibidem invenimus, quæ in scriptis prolixitas redigi non permittit.[1] De memoratis autem non dubitet vestra discrescio, *quia quod scimus loquimur* et scribimus, S. Joh. iii. 11.
et quod vidimus testamur. Et manibus propriis contrectavimus ipsius sanctum corpus, caputque cum capillis firmis et illæsis pectine diligenter ac reverenter necnon et gaudenter pectinebamus et composuimus. Dominica vero proxima ante festum sancti Barnabæ, 9 June,
domino rege Franciæ et matre et fratribus suis comitibus et multis magnatibus præsentibus, aliis præterea duobus cardinalibus, Albianensi[2] videlicet et legato[3] Franciæ, cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, et aliis prælatis venerabilibus quampluribus assistentibus, quorum numerum scire non potuimus, apud Pontiniacum, voluntate divina, cum exultatione et gloria ineffabili et Dei laudibus magnificis celebrata est translatio beatissimi patris nostri sancti Edmundi Cantuariensis archiepiscopi et confessoris, necnon ad augmentum honoris nostræ nationis non minimum.

De dente ejus. f. 91.

Hoc autem prælibando breviter tetigit quia quædam[4] Story of his tooth.
mirabilia alia de illo eodem tempore contigerunt. Dum adhuc viveret habuit unum dentem, inter lupinos et maxillares medio situm, qui indecens fuit et non in ordine aliorum situm. Cui cum una dierum forte inter clericos suos sederet jocosus et hilaris, et

---

[1] There is a reference here to the two paragraphs which follow, which are inserted at the foot of the page.

[2] Sic. This is Peter de Collemezzo.

[3] Eudes de Chateau-Roux, cardinal bishop of Frascati.

[4] *quædam*] quidam, MS.

A.D. 1247. jocose, ut contingit, pro aliqua re visa vel audita rideret, apparuit ille dens magis quam ante, et ait quidam clericus ei jocose, "Vellemt enere illum in- "decentem dentem in bursa mea; faciatis extrahi et "detur mihi;" et vertens se ad socium, caute instillavit ejus auri et ait, "Mallem certe quam tantum auri;" (scivit enim ejus sanctitatem,) ac si diceret, "Haberem illum in pignus dilectionis ad memoriam "vestri dum viverem." Cui sanctus, "Frater, nolo "dum vivo corpus meum pro te quomodolibet muti- "lare, sed cum mortuus fuero, accipe illum libere; "nam illum tibi do." Unde in translatione ejusdem sancti contigit quod idem clericus reverenter corpus ejus, præsertim faciem, attrectaret, et meminit dicti illius; ait in corde suo, "Nunc memento promissionis "tuæ," et statim quasi ultro cecidit ex ore ejus[1] in manum faciem contrectantis.

De anulo ejusdem.

His ring. Item cum expirasset,[2] habuit in digito anulum nimis pauperem. Quidam autem ei devotus ait, "Pauperem "habes anulum. Habe istum decentiorem, sed acco- "[mo]datione tamen, ut reddas cum postulavero illum, "vel quicquid æquipollens postulavero, immo uberius, "cum magnatum beneficia large debeantur interpre- "tari." Contigit igitur ut idem clericus translationi ejus interfuisset, et super hoc memor ait, contrectans manum, "Hunc anulum tibi commodavi; redde mihi "quod meum est." Et alii nequaquam poterant ipsum a digito avellere, erecto digito quasi ultro in manum exigentis [anulus cecidit]; et clericus jocose, "Nunc "adhuc sum quietus."

---

[1] MS. repeats *in*, probably the scribe's error for *dens*.

[2] *expirasset*] Written over an erasure.

69.

Item literæ[1] *terribiles de curiæ Romanæ despectu.* f. 89 *b.*

Letter of archbishop Boniface to Peter of Savoy relating the mission of the French bishops to the Pope to complain of exactions, &c. A.D. 1247.

Archiepiscopus Cantuariensis Petro de Sabaudia salutem.

Imperator in permaxima multitudine intravit Lumbardiam et in recessu præsentis nuntii fuit Cremonæ, ubi Mediolanenses et alii rebelles imperii verba pacifica per legatos suos de die in diem proferre non cessant, et creditur quod in brevi ei pacificabuntur. Suessionensis[2] et Trecensis[3] episcopi pro se et pro omnibus prælatis regni Franciæ, archidiaconus Torronensis[4] et præpositus Normanniæ pro capitulis et universitate cleri, et dominus Ferricus Paste, miles ex parte regis Franciæ, in crastino Apostolorum Philippi et Jacobi,[5] venerunt ad curiam, exponentes gravamina quæ regno Franciæ per ecclesiam Romanam inferuntur. Primo de usurpatione jurisdictionum in cognitionibus causarum. Secundo, de judicibus executoribus ac conservatoribus Templariorum, Hospitalariorum, et aliorum religiosorum ac Romanorum et quorundam aliorum in regno Franciæ, qui passim et indifferenter suspendunt inferiores et etiam superiores prælatos et alios, clericos et laicos, excommunicando et terras eorum interdicto supponendo, nullatenus sine scandalo et gravi discrimine salutis æternæ. Tertio, de beneficiis et pensionibus Ytalicis et aliis a Papa datis in regno. Quarto, de subventione imperii Constantinopolis. Quinto de intolerabili subventione ecclesiæ Romanæ. Sexto et ultimo, de privatis legatis et nuntiis per provincias pro exactione pecuniæ destinatis.

---

[1] See above, No. 60; also Hist. Anglor. ii. 503.

[2] Guido de Chateau Porcien.

[3] Nicolaus de Brie.

[4] *i.e.* of Tours.

[5] In the margin are the words *hoc anno* MCCXLVII.]

A.D. 1247. His in præsentia Papæ et fratrum publice expositis a nuntiis antedictis, sequenti die respondit Papa ad proposita.

Ad primum, quod omnem usurpationem ab ecclesia noviter factam super jurisdictione temporali, si aliqua esset, quod tamen non credit, paratus est loco et tempore revocare. De illis autem de quibus ecclesia extitit in possessione vel quasi, non intendit aliquid immutare. Ad secundum, ordinabit in singulis provinciis unum vel duos viros electos, qui talia gravamina, cum requisiti fuerint, revocabunt. Ad tertium, possessa jam beneficia ab Ytalicis non revocabit, sed pensiones et optentas et etiam optinendas a quibuscunque personis revocabit expresse. Ad quartum et quintum, quod mittet literas et nuntium specialem ad proximum parlamentum in Franciam, et ordinabit ita quod omnia procedent cum tranquillitate et pace ecclesiæ. Ad ultimum quod omnes tales nuntios et legatos finaliter revocabit, de cætero non reversuros auctoritate sedis Apostolicæ.

Tertia die recesserunt nuntii prædicti, indignati quia visum fuit eis quod minus sufficienter fuerat eis responsum.

Præterea nuntii baronum confœderatorum in Francia contra ecclesiam, quorum confœderationi ipse rex Franciæ de novo, ut dicitur, in curia præbuit jam assensum per appositionem sigilli regalis una cum sigillis baronum eorundem, ingressuri erant curiam proximis diebus, sed nescitur quæ proponere debeant. Veruntamen curia ista non creditur in adventu eorum ridere. Speratur etiam a multis tam cardinalibus quam aliis curialibus in brevi reformatio imperatoris cum ecclesia. Dicitur enim quod ecclesia ulterius non potest sustinere *pondus diei et æstus*, et quod in ejus depositione nimium fuit ecclesia per concilium circumventa et præceps et minus circumspecta.

S. Matt. xx. 12.

Præterea versus partes Germaniæ nullus stat pro ecclesia

nec cum ecclesia post mortem Landegravii,[1] sed omnia cedunt voluntati regis Conradi. Dicitur etiam quod Tartari reversi sunt super regnum Hungariæ. In recessu præsentium portitoris alia non dicebantur in curia relatione digna. Veruntamen adventus imperatoris multum timetur a Papa et cardinalibus, sed non ab omnibus cardinalibus. Quidam enim eorum levissime gerunt, ut videtur, captionem Gregorii de Montelongo,[2] legati Lumbardorum, similiter et Stephani Bardenensis[3] electi, nepotis Papæ; quos rex Galluræ et Turris[4] nuper cepit et tenet captivatos una cum toto thesauro ecclesiæ qui in subsidium Lumbardorum mittebatur per eosdem, magna parte cardinalium contradicente. Et dicitur quod prædictus nepos Papæ traditus est dirissimis quæstionariis, per quos dicitur ipsum multa esse confessum, nisi pax citius reformetur, in obprobrium sempiternum ecclesiæ Romanæ quæ poterunt redundare. Vale. A.D. 1247.

70.

Innocentius,[5] etc., archiepiscopis, episcopis, etc., salutem et Apostolicam benedictionem. f. 103.

Letter of P. Innocent IV. stating that provisions were not to exceed 5 marks. 10 June 1247.

Ad aures nostras frequenti conquestione pervenit quod executores provisionum nostrarum in Anglia deputati quandoque nimis excedunt earum ipsis expressas per nostras literas quantitates, propter quod scandalum generatur. Nos igitur cupientes tranquillitatem et pacem regionis illius, nobis et ecclesiæ Romanæ devotæ, affectu paterno diligentiæ confovere ac

[1] Henry Raspe.

[2] Patriarch of Aquileia, 1251–1269.

[3] I cannot identify this person.

[4] Enzio.

[5] To this at the foot is the note: Solebant quidam quibus * provisiones a Papa fuerant concessæ, plus accipere quam eis fuerat concessum; verbi gratia, si cui fuerat concessa provisio in sexaginta marcis, et vacasset ecclesia centum marcarum, illam capiebant.

* *quibus*] cui, MS.

A.D. 1247. scandalis obviare, auctoritate præsentium duximus districtius inhibendum, ne quis cui provisiones hujusmodi jam commisimus in partibus Anglicanis aut in posterum committemus, provisionum summam sibi præfixam ultra quinque marcas sterlingorum excedere in executione præsumat, decernentes irritum et inane si contrarium duxerint præsumendum. Quocirca fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus tenorem præsentium per civitates et dioceses vestras faciatis quantotius publicari.

Datum Lugduni quarto idus Junii, pontificatus nostri anno quarto.

71.

f. 90. *Litteræ generales directæ per singulos episcopatus, super collectione decimarum et redemptione votorum crucesignatorum et aliorum, comiti Ricardo concessorum.*

Aug 1. 1247. Letter of bishop Grosseteste, sending on the

R[obertus] divina gratia Lincolniensis episcopus dilectis in Christo filiis omnibus archidiaconis per Lincolniensem diocesim constitutis salutem, gratiam, et benedictionem.

Literas domini J[ohannis] Sarraceni subdiaconi et capellani domino Papæ, decani Wellensis, et Berardi de Nimpha, scriptoris ejusdem domini, recepimus in hæc verba:

Auctenticum.

Letter of the Papal commissioners, enclosing the

Reverendo in Christo patri ac domino, R[oberto] Dei gratia Lincolniensi episcopo, et discreto viro officiali suo J[ohannes] Sarracenus, subdiaconus et capellanus domini Papæ, decanus Wellensis, et B[erardus] de Nimpha, scriptor ejusdem domini, cum sincera dilectione salutem.

Noveritis nos post diversa mandata sedis Apostolicæ, quæ ad nos et alios prælatos regni Angliæ hactenus

emanarunt super redemptione votorum et aliis in eodem regno, nobili viro domino R[icardo] comiti Cornubiæ a præfata sede concessis, quorum copiam et tenorem sub sigillis nostris vobis jam ab olim transmissum penes vos esse novimus, suscepisse nuper mandatum Apostolicum sub hac forma: A.D. 1247.

Letter of Innocent IV. respecting the collection for the crusade, 13 Oct. 1246. v. vol. v. p. 146.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis J[ohanni] Sarraceno, subdiacono et capellano, decano Wellensi, et magistro B[erardo] de Nimpha scriptori, nostris in Anglia commorantibus, salutem et Apostolicam benedictionem.

Ex parte dilecti filii nobilis viri R[icardi] comitis Cornubiæ fuit propositum coram nobis, quod cum post diversa mandata, quæ, tam a nobis quam a felicis recordationis G[regorio] Papa prædecessore nostro super redemptione votorum in regno Angliæ comiti præfato ab Apostolica sede concessa, ad ejusdem regni prælatos emanasse dicuntur, tibi, fili decane, ministro ordinis Sanctæ Trinitatis et captivorum in regno prædicto et archidiacono Bercsire duxerimus per literas nostras injungendum, ut juxta priorum literarum formam in negotio ipso procedere curaretis; agente tandem eodem archidiacono extra regnum et se in totum ab hujusmodi negotio excusante, ac eodem ministro tibi, fili B[erarde], committente super hoc totaliter vices suas, illud remandamus, quatinus sine moræ dispendio in eodem negotio procedatis, super priorum continentiam literarum. Datum Lugduni tertio idus Octobris, pontificatus nostri anno quarto. Lyons, 13 October 1246.

Cum igitur, si filii obedientiæ, prout debemus, inveniri volumus, parendi nobis incumbat necessitas et refraganda audacia præbeatur, maxime cum præter id quod præfatæ sedi tenemur ad obedientiam specialem, tam mandatum regium quam assidua postulatio prædicti domini comitis ad consummationem et accelerationem prædicti negotii nos coarctent,—attendentes insuper, quod per ordinarios locorum potest consultius

A.D. 1247. et salubrius absque scandalo et strepitu circa præmissa cum optata celeritate procedi, nos[1] providimus de prudentum consilio et juxta ejusdem comitis affectum in partem hujus oneris et sollicitudinis evocare, ut per opem et adjectionem consilii plurium, quæ super præmissis agenda sunt, sic rite ac prudenter Deo auctore procedant, quod apud summum Pontificem inobedientia nobis non noceat, nec apud præfatum dominum comitem neglectus accuset,—quare discrescioni vestræ cum reverentia vestra in virtute obedientiæ, qua injungitur nobis, injungimus, et sub pœna interdicti qua fungimur in hac parte auctoritate districte præcipimus, quatinus citetis peremptorie omnes archidiaconos et officiales eorum, civitatis et diocesis
f. 90 *b.* Lincolniensis, necnon archidiaconos monasteriorum exemptorum et non exemptorum ejusdem civitatis et diocesis, quod personaliter compareant coram nobis in ecclesia Sancti Martini magni Londoniis die Lunæ
19 August. proxima post Assumptionem beatæ Mariæ nuper venturam, facturi circa præmissorum executionem quod per ejusdem regni prælatos ordinatum est et provisum; pro certo scientes, quod quantumcunque vobis et vestris deferre velimus, contra rebelles tamen et resistentes, quantum de jure licuerit et poterimus, procedemus; vos autem tam de citatione facta quam de nominibus citatorum nos per latorem præsentium literis vestris patentibus certificare curetis, provisuri, ut alter vestrum cui fuerit hoc primo mandatum oblatum, illud, non expectato reliquo, sine dilatione qualibet exequa-
4 June. tur. Datum anno gratiæ MCCXLVII., ii. nonas Junii.

Quapropter vobis mandamus in virtute obedientiæ et sub pœna prædicta, vobis injuncta firmiter injungentes, quatinus omnes et singuli una cum officialibus vestris dictis die et loco compareatis juxta prædictum mandatum, quod jus dictaverit facturi, sicut pœnam

[1] *nos*] Interlined is *vel eos*.

prædictam volueritis evitare. Quibus autem die et A.D. 1247
loco has literas receperitis, nobis per literas vestras patentes significetis. Item, deputentur per vos in singulis parochiis archidiaconatuum vestrorum aliqui fide digni cruce signati una cum sacerdote, qui conscribant nomina cruce signatorum decedentium, qui jam decesserunt, vel qui in futurum decedent; et quantum promiserint vel legaverint in subsidium Terræ Sanctæ, et qui fuerint executores. Et denuntietur executoribus, quod habeant præmissas pecunias paratas cum fuerint requisiti; et scripturæ singularum parochiarum deferantur in capitulis decanorum per rectores vel sacerdotes cum testimonio aliquorum vel alicujus cruce signati; et decanus cum testimonio aliquorum ad hoc deputandorum redigat omnes scripturas in unam scripturam, et apponat sigillum suum cum sigillis sociorum suorum, et dictam scripturam deferat ad domum fratrum Prædicatorum vel Minorum, qui ibidem prædicaverint. Et statim fiat collecta hujusmodi pecuniæ per visum illius qui prædicaverit, vel ejus quem prædicator ipse ad hoc vocare poterit in locis singulis, et deponatur in æde sacra sub sigillo illius qui prædicaverit et collectorum, restituenda nobis et domino Wigorniensi episcopo vel nostris assignatis, cum eam duxerimus exigendam. De bonis vero cruce signatorum qui decedunt sine testamento, quantum ad portionem eos contingentem, ordinetur per amicos defunctorum et fratres deputatos ibidem ad prædicandum, ut deputetur in subsidium Terræ Sanctæ, quantum poterit sine scandalo, ut plenam habeant indulgentiam. Item, omnes infirmi et decedentes moneantur per capellanos et alios qui confectioni testamenti eorum interfuerint, ut crucem assumant si nondum assumpserint; et tam isti quam illi, qui crucem ante assumpserunt, nominent quantum velint dare ad subsidium Terræ Sanctæ; et dicatur eis expresse, quod si omnino dederint secundum fa-

A.D. 1247. cultates, plenam habebunt indulgentiam; si minus, erunt participes tantum, scilicet secundum quantitatem subsidii et devotionis affectum; nullus tamen compellatur facere ultra voluntatem suam. Et hæc omnia scribantur et referantur, ut supra.

Hæc autem nos et dominus Wigorniensis auctoritate Apostolica injungimus sacerdotibus qui interernnt testamentis in virtute obedientiæ, ut [sint] tam ipsis quam aliis in remissionem peccatorum. Quid autem super his feceritis, nobis citra festum Assumptionis beatæ Mariæ per literas vestras patentes constare faciatis. Datum apud Edenetunam, in diocesi Sarum, kalendis Augusti, pontificatus nostri anno xii.

Heddington, Wilts.

Amount paid for St. Albans.

Sciendum est, quod eodem anno etiam antequam inciperetur hæc excogitata collecta sic fieri, recepit comes Ricardus de terra Sancti Albani xxv. libras per manum archidiaconi ejusdem loci.

72.

f. 91.

De sanguine Christi, domino regi collato, unde quæstio movebatur.

Bishop Grosseteste on the blood of our Lord brought to Westminster, 13 Oct. 1247. v. vol. iv. p. 644.

Cum autem quod sacratissimus foret Domini nostri Jesu Christi sanguis, quem rex Henricus tertius die Sancti Ædwardi, videlicet die translationis ejus, anno gratiæ MCCXLVII.,[1] ... indiciis, probationibus, et examinationibus constaret evidentissimis et omni acceptione dignissimis; tamen ab aliquibus qui tardicordes erant ad credendum, adhuc dubitabatur utrum verus sanguis Christi fuisset. Quibus hæc relatio satisfecit inventa in Apocryphis, quibus non dissidet, immo concordat, textus Evangelicæ veritatis. Quod videlicet cum Joseph ab Arimathia nobilis decurio, qui sic dicebatur quia decem militibus præfuit, vel decurio, id est, de curia et de

[1] Some such words as "ecclesiæ Westmonasterii obtulit" are omitted.

numero curialium, fuisset unus de auditoribus Jesu, et potius de discipulis et amator specialis, compatiebatur ei et sollicitabatur qualiter corpus conservari posset tam venerabile a furore Judæorum. Erat enim amicissimus Jesu, sicut et Nichodemus; sed hi et alii divites, occulti, propter metum Judæorum, ne accusati jacturam incurrerent et odium amicorum. Magnum enim vinculum servitutis in se habent divitiæ. Crucifixo ergo Jesu et mortuo, postulavit Joseph corpus Jesu, ingrediens ad eum audacter, per quod creditur fuisse potens; et concessum est ei. Ipse igitur, licet obmurmurassent Judæi, cum omni honore et reverentia ipsum corpus sanctissimum deposuit de cruce saucium et multiformiter cruentatum; habensque lintheamen subtile dependens a collo et humeris, ne indigne tam dignum corpus nudis manibus contrectaret, ipsa sacra vulnera adhuc madida ac distillantia sedulo ac devoto detersit officio. Immo etiam loca clavorum extractorum tincta cruore in ipso crucis patibulo exhausit abstergendo, utens vice spongiæ ipso lintheamine. Cum autem jam non procul a Golgatha, id est, loco Calvariæ, loco videlicet crucifixionis, corpus Christi detulisset dictus Joseph tumulandum, in loco ubi nunc sepulchrum adoratur, *in sepulchro novo in quo nullum adhuc corpus positum erat,* non ignobiliter inciso, quod et ipse comparaverat, lavit corpus illud, quia multipliciter, ut jam dictum, dinoscebatur saucium et cruentatum; tum propter sudorem ipsius, de quo scribitur, *Factus est sudor Ejus quasi guttæ sanguinis decurrentis in terram,* tum propter flagella quibus cæsus fuit asperrime usque ad livorem et cruorem, tum propter coronam spineam quam Judæi plectentes violenter capiti ejus impresserunt, cujus multi aculei[1] caput et frontem non tantum pungerent et læderent, immo potius vulnerarent et cruentarent, tum propter clavo-

A.D. 1247.

S. Luc. xxiii. 53.

S. Luc. xxii. 44.

[1] *aculei*] acelei, MS.

A.D. 1247. rum per medium manuum et pedum perforationem, tum propter militis lanceam qua ipse latus Jesu non tantum vulneravit sed aperuit; amplum enim fecit et hiatum patulum, forte sæpius vel saltem semel fecit impingendo. Memoratus igitur venerabilis decurio Joseph corpus ipsum lavit; hæc[1] enim erat Judæorum consuetudo, et adhuc est aliquorum honestorum Christianorum, maxime religiosorum. Lavit, inquam, quia condiendum. Lavit, quia sane arbitrabatur et religiose dignum censuit sanguinem ipsum sibi prorsus vendicandum, et ut thesaurum vel medicamen preciosissimum reservandum. Ipsamque aquam loturæ, rubicundam et sanguine mixtam et tinctam, non proiciendam excepit in vase mundissimo. Reverentius tamen, ipsum purum sanguinem a vulneribus manuum et pedum distillatum, maximo autem timore et honore ipsum sanguinem cum aqua quem censuit præcordialem, a latere dextro feliciter eliquatum et expressum, in vase recepit nobilissimo tanquam thesaurum impreciabilem, sibi et successoribus suis specialiter reservandum. Manifestum est igitur, quadruplicem ibidem fuisse liquorem.

Nota hic quinque liquores reverendos a corpore Christi in Ejus passione effluxisse.

Sanguis qui mixtus est aqua per loturam.

Primo. Aquam rubicundam, scilicet loturam, quam ipse amicis infirmantibus distribuit efficaciter medicinalem.

Sanguis puncturarum per coronam et scissurarum per flagella.

Secundo. Sanguinem puncturarum in capite et fronte et scissurarum per flagella inflictarum cum sudore. Isti duo liquores ex pluribus mixti dinoscuntur.

Sanguis ex foraminibus manuum et pedum.

Tertio. Sanguis ex vulneribus manuum et pedum, qui purus fuit et impermixtus emanavit.

Sanguis ex latere Ejus profluens, scilicet præcordialis.

Quarto. Ille formidabilis tremendæ et reverendissimæ recordationis cruor præcordialis, qui ex ipso corde Christi vel saltem latere constat effluxisse.

Aqua cum sanguine laterali.

Præter quos quatuor liquores, aquam cum sanguine de ipso latere scimus emanasse. Hæc ergo cum pie et

[1] *hæc*] hic, MS.

CROYDON CENTRAL LIBRARIES

prudenter perfecisset Joseph, et corpus jam esset con- A.D. 1247.
diturus, supervenit Nichodemus eodem tactus spiritu pietatis; multum commendavit diligentiam Joseph. Erat autem Nichodemus nobilis et potens sicut et Joseph, unde in Evangelio dicitur fuisse princeps S. Joh. iii. Judæorum. Et factus est ipsi Joseph in adjutorium [1]. et solatium. Isti namque duo nobiles ac religiosi viri erant de discipulis Jesu, audientes Eum clam; de noctibus videlicet, ne commoverent seditionem in populo, et plenius ab ipso [1] eruditi expectabant regnum Dei. Iste igitur Nichodemus, prout prælibatum est, ut exequiarum tantarum decus adaugeret et sua præsentia fide et devotione plenius prosequeretur, attulit, ut testatur Johannes in Evangelio suo, *mixturam mirræ* S. Joh. *et aloes quasi libras centum,* ad condiendum corpus xix. 39. tantæ auctoritatis. Erant enim devoti ac stabiles in fide, quia viderant multa Ejus in vita miracula, necnon et in morte; quia [viderant] terræmotum et tenebras universales, quod erat supra naturam cum tunc fuisset luna panselenos, aquamque de latere Ejus, quod erat insolitum et miraculosum distillasse. Loquitur igitur Johannes Evangelista extunc pluraliter, propter associationem supervenientis Nichodemi; dicens, *Acceperunt* S. Joh. *ergo corpus Jesu.* Porro, præter illam mirram et aloen xix. 40. quam attulerat Nichodemus, apposita sunt illi confectioni etiam aromata Joseph. Dicit enim Johannes, *Ligaverunt lintheis corpus ipsum cum aromatibus.* Et S. Joh sic conditum et involutum aptaverunt, et ordinate xix. 40. posuerunt in monumento novo, quod compositum fuit per modum clibani, ita videlicet, ut ibi plura corpora reponi potuissent. In ipso quoque sepulchro, nondum quis, nec postea, ponebatur. Decuit enim quod sicut in uterum Virginis descendit, et ex Virgine natus fuit primogenitus, id est, unigenitus, et per clausam portam exivit; sic et in novo sepulchro in quo nullus

[1] MS. repeats *plenius.*

A.D. 1247. positus vel ponendus erat, Christus digne collocaretur. Et apposuerunt ostium ad os monumenti, lapidem quippe magnum. Unde Mathæus Evangelista vocat illud *saxum magnum*. Et mulieres quæ licet tres fuissent, quæ postea venerunt ut unguerent Jesum, nescientes quod jam unctus esset, sollicitarentur quomodo ab ostio monumenti revolveretur. Quo facto, recesserunt Joseph et Nichodemus, et qui eos sequentes ipsis assistebant. Postea vero accesserunt Judæi versuti et in odio obstinati; et ex permissione Pilati lapidem memoratum signaverunt, apponentes militum custodiam. Et cum inde recessissent Joseph et Nichodemus, partiti sunt inter se, ratione amicitiæ et condiscipulatus, liquores memoratos, utpote preciosam adquisitionem. Sic igitur devoluta fuit hujus carissimæ rei possessio, de patribus in filios et de amicis ad amicos, videlicet inter nobilissimos, quod post multorum annorum curricula devenit ad possessionem patriarchæ[1] Jerosolimitani, utpote thesaurus ecclesiæ, cui præesse patriarcha dinoscitur anno gratiæ MCCXLVII. Qui tum propter discrimen Terræ Sanctæ quam tunc timuerunt amittere Christiani, tum propter hoc, quod regem Angliæ Christianissimum cognoverunt et ipsam terram Christianissimam, memoratus patriarcha de consilio suorum suffraganeorum magistrorumque militiæ Templi[2] et Hospitalis,[3] et aliorum nobilium transmarinorum, qui in testimonium veritatis vel sigilla sua apposuerunt vel assertionem mandati transmiserunt, sæpedictum thesaurum sanguinis memorati piissimo regi Angliæ Henrico tertio, ut sub ejus tutela dignius veneraretur et tutius reservaretur, prudenter duxit transmittendum, et non pro alicujus commercii retributione, immo in meræ caritatis liberalitate, conferendum. Unde asserunt nonnulli, quod generosiori modo possidet illud munus rex Angliæ H[enricus] tantæque

S. Matt. xxvii. 60.

[1] Robert, formerly bishop of Nantes.

[2] William de Sonnac.

[3] William de Chateauneuf.

dignitatis reliquias quam rex Francorum suas, quas paucis antea annis evolutis institorie adquisivit. Et si sancta nimis sit crux vera, propter contactum sancti corporis Christi, et corona, et lancea, et clavi, multo sanctior fuit sanguis ipse Christi; precium videlicet humanæ redemptionis, quia proper cruorem et in cruore sanctificata est crux et cætera; et non cruor propter crucem vel propter alia Passionis instrumenta. Sed quia tardicordes et oblocutores solent sic obicere et dicere, quod cum Christus tertio die resurrexisset cum corporis integritate, et non exanguis, qualiter esse posset quod sanguinem Suum post Se reliquerit in terra. Responsum fuit sufficienter: duo sunt sanguines vel genera sanguinum. Unus enim sanguis est qui ex nutrimentis generatur, qui aliquando ita superfluit, ut a naribus sponte prorumpat, vel aliquem alium exitum [habeat], ut minutione indigeat sic repletus. Et de tali sanguine Christi habemus in terra, licet sane non fuisset sanguinolentus, Deo sic volente, ut videlicet habeatur recentior memoria Dominicæ Passionis. Est et alius sanguis, qui corpori animato substantialis. De quo dicitur, quod tysis est consumptio substantialis humiditatis, id est sanguinis vitæ necessarii; qui secundum phisicos dicitur amicus naturæ, et de quo dicit Moyses, quod in sanguine sedes est animæ. Sed ille sanguis reponitur in triclinio cordis, sine quo non posset quis vivere. De illo Christi sanguine, non habemus forte in terris. Forte dico, quia *omnia quæcunque voluit* Dominus *fecit*. Surrexit enim Dominus, etquicquid fuit de substantia corporis Sui et decoris plenitudine, cum Ipso; et quod de veritate humanæ fuit naturæ cum Ipso, id est sanguis eidem consubstantialis. Alius vero quæ distillavit habetur hic. Et nos quidem sic resurgemus, videlicet sine aliqua corporis vel mutilatione vel deformitate.[1] Qualiscunque enim extiterit

A.D. 1247.

Lev. xvii. 11.

Ps. cxiii. 3.

[1] *deformitate*] vel —tione is interlined.

A.D. 1247. homo in hoc mundo, contractus, gibbosus, vel leprosus, vel nanus, vel abortivus, in resurrectione sibi plene restaurabitur. Re vera in corpore Christi, Suorum vulnerum stigmata post resurrectionem Suam recentium et adhuc hiantium, quod apparuerunt, et quod Se
f. 92 *b.* Christus post resurrectionem et corporis glorificationem se palpabilem præbuit et ad Suum beneplacitum visibilem, vel vulneratum monstravit, miraculosum et obstupendum. Ut sic videlicet dubitantium fides roboraretur, quia tam duri et tardi fuerunt quidam discipulorum ad credendum resurrectionem, quod postquam viderant, non crediderunt, et ut benedictio non visuris et tamen credituris largius donaretur. Tertia causa fuit et potissima, ut scilicet sic sciretur quod Omnipotens fuit, ut contra consuetum usum et naturalem foret corpus Ejus, Qui fuit Dominus naturæ, ad Suum nutum et beneplacitum monstrabile et palpabile et saucium cerneretur, Qui tamen ad discipulos intravit foribus obseratis. Et sic omnium cessare debent morsus detractorum.

73.

f. 92. *Universitas episcoporum Angliæ gravata sic scribit domino Papæ I[nnocentio] IV.*

Letter of the English bishops to P. Innocent IV., complaining of exactions. A.D. 1247.

Sanctissimo, etc. Transmissus ad venerabiles in Christo patres Cantuariæ [1] [et] Eboraci [2] archiepiscopos ac eorum suffraganeos vir religiosus et discretus frater Johannes minister ordinis fratrum Minorum Provinciæ, vestræ nuntius sanctitatis, quasdam nobis de credentia literas habitas detulit Apostolicas, eadem auctoritate oretenus injungendo, ut tam pro nobis quam pro nobis subditis viris ecclesiasticis literas obligatorias super summa certa pecuniæ pro subsidio sedis Apostolicæ singuli faceremus. Nos autem, super hoc trac-

[1] Boniface. | [2] Walter de Gray.

tatu habito diligenti, pariter attendentes quod talia contigerit[1] aggredi ipsis subditis inconsultis tumultum maximum faceret, nos reputantes forsitan proditores eorundem, et sic ad rebellionem potius provocarentur et scandalum quam ad promotionem memorati negotii, ut processum ipsius annuere absque consilio et voluntate potuimus eorundem. Veruntamen affectantes vobis reverenter ac vestris mandatis sicut decet et possumus et sicut decet Apostolicis obedire, pacique et tranquillitati cleri et regni prospicere, in hoc commune consilium habita deliberatione resedit, ut videlicet ad præfatum subsidium, exemptis et tribus clericis exceptis, undecim milium marcarum quantitas tam dictis archiepiscopis quam eorum suffraganeis et subditis universaliter tribuatur. Ad quod quidem dictos subditos pro nostris viribus inducemus, quos si forte quod absit ad hoc inducere non possimus, singuli nostrum[2] suam dabunt pecuniæ quantitatem prout varie se extend[it] possibilitas facultatum. Sane cum exceptione exemptorum et trium clericorum in tanti subsidii quantitate clerus noster non modicum gravabitur, timemus quod siquis in posterum a subsidio supranominato excipiatur, clerus memoratus ad consentiendum minime perducatur. Vale. A.D. 1247.

Nota hoc fuisse seminarium et causam magni mali. Et consensus de hac et aliis contributionibus.

f. 92 *b*.

Gravamina.

Præterea cum lugubri querimonia ins[in]uabantur hæc Papæ, in quibus non mediocriter opprimitur ecclesia Anglicana. In provisionibus infinitis. In decima omnium bonorum. In festinato auxilio. In pecunia pro militibus exacta. In subsidio per Ottonem legatum exacto. In præstatione sex milium marcarum. In vicesima triennii. In subsidio imperii Romaniæ. In subsidio modo gratis concesso. In subsidiis ex parte domini

[1] *contigerit*] qu. omit this word? | [2] MS. ins. *pars*.

A.D. 1247. regis et archiepiscopi Cantuariæ petitis. Omnia hæc importabilia et affectum paternum subtrahentia secretius, sed frustra, sunt domino Papæ demonstrata.

f. 92 *b*.

74.

Literæ super liberatione obsidionis civitatis Parmæ.

Letter of Philip Podestà of Parma to the podestà of Milan, giving an account of Frederick's defeat at Parma. A.D. 1248. v. vol. v. p. 15.

Strenuis et prudentibus viris domino Bonefacio de Salis potestati, militibus, et populo Mediolanensi, Philippus vicedominus, potestas, milites, et populus Parmensis, salutem cum gloria et honore.

Laudes retribuimus Deo Patri Filioque Suo Domino nostro Jesu Christo, et Spiritui Sancto trino Deo et uni Majestati, et Virgini gloriosæ, quæ non propter nostrorum exigentiam meritorum, sed propter suam clementissimam pietatem, civitatem nostram protegit et defendit, regit, visitat, et gubernat; sicut manifeste conspicimus in victoria triumphali, quam die Martis duodecimo Februarii exeuntis, contulit nobis Deus Suæ Genetricis interventu. Quamvis enim mille quingenti de nostris ivissent inter Colnirium[1] et Bersillum,[2] et præterea duæ portæ in integrum, et ille sæviens draco, qui per tantum temporis obsederat terram nostram, nos omnino crederet deglutire, jam extra sua mœnia cunctis militum et peditum suorum agminibus ordinatis, nos, invocato Dei auxilio et Virginis gloriosæ, cernentes quod potens est Deus deponere superbos et humiles exaltare, protinus exivimus contra ipsos, populus et milites universi, nequaquam nostra vestigia retardantes, quoad usque dimicantes junximus nos cum eis, præcedente vexillo cum forma Virginis preciosæ, cujus regebamur semita et ducatu. Et quamvis duriter a principio restitissent, nos tamen invalescentes durius

[1] Colorno. | [2] Brescello.

in eosdem, confregimus, contrivimus, et prostravimus A.D. 1248.
ipsos omnes. Et descendens impius Frethericus, per subterfugia tanquam latro dimisit suos et spolia sua prorsus. Ex quibus tria milia cepimus, et plures. Cepimus quoque carrochium Cremonensium. Cepimus etiam mœnia quæ fecerat, et omnia castra sua cepimus, et habemus omnia sua quæ habebat. Interfecimus quoque Thadæum judicem suum, cubicularios, et camerarios omnes, nostros etiam bannezatos; de suis militibus et populo interfecimus ultra mille quingentos, præter subversos equorum pedibus et ruina, quos præ multitudine describere non potuimus. Alios autem de suis fugavimus usque quaque. Tandem in civitatem regressi, cum Dei laudibus et honore, nostræ disposuimus negotia civitatis; confidentes in Illo qui est vera salus omnium atque virtus, quod, contritis brachiis impiorum, amodo nos et nostri pace perpetua potiemur. Et hæc vobis ad gaudium intimamus; magnificentiam vestram deposcentes, quatinus omnes universaliter in nostrum auxilium et succursum, mora sublata qualibet, cum carrochio vestro accedatis. Quam cum Deus aperuerit nobis viam, procedere volumus per ipsam festinanter, ut recuperemus continuo Burgum[1] Sancti Dominici et Bersillum, et alias terras nostras, capientesque navigium Cremonensium et inimicos nostros et vestros, deleamus eos de libro viventium. Tollite moras omnes, viri prudentissimi, ut constantes; quia post Deum et beatam Virginem, triumphi nostri vos auctores et participes reputamus. Et sciatis quod, f. 93.
combusta terra dicti et maledicti F[retherici], habemus omnes quos de nostris et Placentinis in vinculis detinuerat. Valete; nuntiate hæc amicis nostris et vestris, ut pateant omnibus Christi amicis. Valete.

[1] *i.e.* Borgo San Donino.

75.

f. 93 *b*. *Literæ Papæ ad procurandum reditum ad opus filii comitis Burgundiæ, directæ archiepiscopo Cantuariensi et per ipsum episcopo Lincolniensi.*

Letter of the official of archbishop Boniface to bishop Grosseteste, enclosing the letter of the archbishop enclosing the Letter of P. Innocent IV. requiring him to provide for Robert, son of John le Sage, count of Burgundy, 1 June 1248.

Reverendo in Christo patri R[oberto], Dei gratia Lincolniensi episcopo, salutem, reverentiam, et honorem.

Literas reverendi in Christo patris B[onefacii], Dei gratia Cantuariensis archiepiscopi, recepimus in his verbis:

B[onefacius], Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, dilecto in Christo magistro Hugoni Cantuariensi clerico suo salutem in Domino.

Literas domini Papæ suscepimus sub hac forma:

Innocentius[1] episcopus, servus servorum Dei, venerabili in Christo patri archiepiscopo Cantuariensi salutem et Apostolicam benedictionem.

Quondam pauperibus nunc nobilibus.

Etsi ad provisionem cunctorum qui gratiam nostræ provisionis exposcunt intendere teneamur, circa illos tamen curam nos[2] decet impendere specialem, qui nobilibus orti natalibus per se ac suos obsequiosæ devotionis studiis Apostolicæ gratiæ se coaptant. Attendentes igitur sinceræ devotionis affectum quam dilectus filius, nobilis vir Johannes comes Burgundiæ et dominus Salennensis,[3] ad nos et Romanam ecclesiam habere dinoscitur, ac per hoc sinceræ dilectionis affectum quem ad eum gerimus ad suos etiam extendere cupientes, simulque sperantes te in his quæ ipsius utilitatem

Ecce caro et sanguis.

respiciunt,[4] utpote tibi[5] consanguinitate conjuncti,[6]

---

[1] There is a copy of this letter in the Vatican Regesta. Innocent IV. 1. f. 547 (Vat.).

[2] *nos*] From Vat.

[3] *Salennensis*] Salmeñ. or Salineñ., Vat.; *sire de Salines*, v. vol. v. p. 224.

[4] *respiciunt*] respiciant, Vat.

[5] *tibi*] So Vat.; cui, MS.

[6] *conjuncti*] conjunctis, MS.

nequaquam difficilem[1] invenire, fraternitati[2] tuæ per Apostolica scripta mandamus quatinus dilecto filio Roberto clerico nato ejus in provincia tua in ecclesiastico beneficio, uno[3] vel pluribus, cum cura vel sine cura, usque ad trecentas[4] marcas argenti, ad cujuscunque collationem pertineant,[5] per[6] te vel per alios auctoritate nostra provideas vel facias provideri; non obstante quod idem clericus alias beneficiatus existit, seu si in loco, in quo eidem[7] duximus providendum, sit statutum de certo canonicorum numero juramento seu alia[8] firmitate roboratum; vel si direximus scripta nostra pro aliis quibus auctoritate præsentium nolumus præjudicium generari, aut reservatione aliqua seu inhibitione generaliter per literas nostras seu earum auctoritate vel indulgentia, si qua est aliquibus ecclesiarum prælatis et[9] capitulis ab Apostolica sede concessa, quod ad receptionem seu provisionem alicujus compelli sive interdici, suspendi, et excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam[10] et expressam de ipsa indulgentia mentionem, sive qualibet alia per quam posset retardari effectus nostræ gratiæ vel etiam impediri, et de qua in nostris literis specialem oporteat fieri mentionem, seu[11] constitutione[12] *de duabus dietis* edita in concilio generali, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nos igitur decrevimus irritum et inane si quid contra mandati nostri tenorem fuerit attemptatum. Datum, etc. [Lugduni, kal. Junii, anno quinto].[13] A.D. 1248. *Nota ccc.* *Ecce repagula inaudita.* f. 94.

Quia igitur his exequendis personaliter interesse non possumus, aliis negotiis impediti, vobis in hac

---

[1] MS. inserts *debeamus.*

[2] *fraternitati . . . scripta*] om. Vat.

[3] *uno vel pluribus*] om. Vat.

[4] *trecentas*] ducentas, Vat. It is *quingentarum* in vol. v. p. 224.

[5] *pertineant*] pertineat, Vat.

[6] *per . . . alios*] om. Vat.

[7] *eidem*] sibi, Vat.

[8] *alia*] alio, MS.

[9] *et capitulis*] om. Vat.

[10] *plenam et*] om. Vat.

[11] *seu . . . generali*] om. Vat.

[12] *constitutione*] constitutionem, MS.

[13] The date is from Vat.

A.D. 1248. parte committimus vices nostras, donec eas duxerimus revocandas, auctoritate prædicti mandati vobis præcipiendo mandantes, quatinus in hoc negotio juxta formam supradicti mandati vos taliter habeatis, quod diligentiam possimus merito commendare et de negligentia redargui non possitis. Datum, etc.

Hujus igitur auctoritate mandati vobis mandamus in virtute obedientiæ, firmiter injungentes quatinus si quid beneficium cum cura vel sine cura in diocesi vestra vacet ad præsens, vel quamcitius vacare contigerit, ad cujuscunque collationem pertineat, juxta mandatum Apostolicum clerico memorato conferatis, neminem alium vobis præsentatum recipientes. Inhibemus enim vobis, et vos ab omni collatione suspendimus, ne alicui alii beneficium conferatis, vel aliquem alium ad aliquod beneficium admittatis donec eidem clerico juxta mandatum Apostolicum sit provisum; auctoritate prædicta decernentes irritum et inane quicquid contra et præter hæc per vos et alios fuerit attemptatum. Datum, etc.

76.

f. 92. *Literæ domini regis urgentes de reprobatione retonsæ monetæ.*

Writ of Henry III. to the sheriff of Hertford, respecting false money and coiners. 17 Nov. 1248. v. vol. v. p. 19.

H[enricus] Dei gratia, etc., vicecomiti Hertfordiæ salutem.

Meminimus nos tibi alias præcepisse, quod non permitteres monetam aliquam tonsam in balliva tua currere, quod tamen, audivimus, permisisti hucusque, præcepto nostro non obstante. Unde non immerito mirari possumus et moveri, et ideo tibi præcipimus iterato, quod sicut te ipsum et omnia tua diligis, per totam ballivam tuam clamari et firmiter inhiberi facias, ex parte nostra, ne aliqua hujusmodi moneta currat in balliva tua, a tempore quo hæc clamari feceris et prohiberi. Immo, si aliqua moneta tonsa currens in posterum inveniatur, ipsam de præcepto nostro facias

penetrare. Omnes etiam quos scambiatores hujusmodi monetæ inveneris arestari facias per corpora sua, ita quod habeas eos ad mandatum nostrum. A.D. 1248.

Teste meipso apud Meretonam, decimo septimo die Novembris, anno regni nostri xxxiii.

77.

f. 113. Letter of P. Innocent IV. to the abbat of Waltham and Roger de Cantelupe, bidding them to protect the abbey of St. Alban's from any further contribution to the Roman church. Lyons, Nov. 24, 1248

Innocentius[1] iv., episcopus, etc., abbati[2] et priori de Waltham Londoniensis diocesis et magistro Rogero de Cantalupo canonico Londoniensi salutem et Apostolicam benedictionem.

Sua nobis abbas et conventus monasterii Sancti Albani ordinis Sancti Benedicti Lincolniensis diocesis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, petitione monstrarunt, quod, cum ipsi pro eorum monasterio, ecclesiis, cellis, et eorum bonis, tam exemptis quam non exemptis, ubicunque sita sint, nuntio nostro satisfecerint pro ecclesiæ Romanæ succursu, nihilominus venerabiles fratres nostri episcopi, in quorum diocesibus hujusmodi bona consistunt, ad contribuendum cum eis pro subventione prædictæ ecclesiæ ipsos ratione bonorum ipsorum exemptione non gaudentium pro sua voluntate molestant, quamquam eis ad idem nuntius expresse duxerit inhibendum. Quocirca discrescioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, dictos abbatem et conventum non permittatis super his ab eisdem episcopis vel aliis aliquatenus molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quod si omnes his exequendis [non] poteritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Datum Lugduni octavo kalendas Decembris, anno pontificatus nostri sexto.

---

[1] *Vacat* is written in the margin of this letter, because it comes between the previous letters of the Pope and the statutes of the Benedictine order.

[2] Simon de Seham.

78.

f. 94 *b*.

Impetratio episcopi Lincolniensis.

Letter of P. Innocent IV. to bishop Grosseteste forbidding monks to appropriate churches or tithes to their own use. Lyons, 17 May 1249. v. vol. v. p. 96.

Innocentius episcopus, etc., venerabili fratri episcopo Lincolniensi salutem et Apostolicam benedictionem. Tua nobis fraternitas intimavit quod nonnulli religiosi quamplures ecclesiarum possessiones ac decimas in proprios usus præsumunt convertere, licet ad id non accesserit capituli tui consensus. Quocirca fraternitati tuæ præsentium auctoritate concedimus ut prædicta valeas legitime revocare, contradicentes per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni, decimo sexto kalendas Junii, pontificatus nostri anno sexto.

79.

f. 62 *b*.

Abbas Westmonasterii impetravit breve domini regis contra abbatem Sancti Albani J[ohannem] sub hac forma. Anno Domini MCCXLIX.

Writ of Henry III. to the sheriff of Essex and Hertford in favour of the abbat of Westminster. 7 June 1249. v. vol. v. p. 83.

H[enricus] Dei gratia rex Angliæ, etc., vicecomiti Esexiæ et Hertfordiæ salutem.

Præcipimus tibi quod juste et sine dilatione replegiari facias abbati[1] Westmonasterii averia sua quæ abbas de Sancto Albano cepit et injuste detinet, ut dicit, et postea eum inde juste deduci facias, ne amplius inde clamorem audiam pro defectu justitiæ.

Teste meipso apud Clarendunam septimo die Junii, anno regni nostri xxxiii.

80.

f. 93.

Literæ comitis Attrabatensis, de captione Damiatæ.

Letter of Robert count of

Excellentissimæ et carissimæ matri suæ B[lanchiæ], Dei gratia Franciæ reginæ illustri, Robertus comes

[1] Richard of Crokesley.

Attrabatensis devotus ejus filius, salutem, et cum filiali dilectione paratam ad beneplacitum voluntatem. Artois to queen Blanche on the capture of Damietta, 23 June 1249. v. vol. v. p. 81.

Quia de prosperitate nostra et nostrorum, ac de bonis successibus qui Christiano populo evenerunt, scimus vos plurimum congaudere, cum eorum certitudinem optinetis, vestra noverit excellentia, carissimum dominum fratrem nostrum regem et reginam, et sororem[1] ejus, et nos plena per Dei gratiam frui corporum sospitate. Quæ de vobis ferventi desiderio affectamus. Carissimus autem frater noster comes Andegavensis sentit adhuc quartanam suam, sed solito leniorem. Et sciat dilectio vestra, quod carissimus dominus noster frater noster, et barones et peregrini, qui in Cipro hiemaverunt, die Ascensionis in sero ad portum Linocii[2] in suis navibus sese receperunt, ut contra hostes fidei Christianæ dirigerent iter suum. A quo portu recedentes, post multos maris labores et ventorum contrarietates, ducente Domino, die Veneris post Trinitatem circa meridiem venerunt, et se anchoraverunt, congregantes se ipsa die in navi domini regis ad consilium, quid esset deinceps ad faciendum, cum ante se viderent Damiatam et portum, ex magna Turcorum et equitum et peditum multitudine communitum, et os fluminis quod de prope imminebat, ex galearum multitudine armatarum. In quo sic consilio ordinatum fuit, ut in crastino mane quilibet pro posse suo cum domino rege ad terram veniret. Et sciat dominatio vestra, quod sicut fuit ordinatum in ipso Sabbato in mane, exercitus Christianus, relictis magnis navibus, in galeis et minutis vexillis viriliter accincti descenderunt. Et confidentes de Dei misericordia, ac auxilio crucis triumphalis, quam dominus legatus[3] in vexillo juxta dominum regem gestabat, læti et confortati de Deo, versus terram contra hostes, insultus plurimos tam sagittarum missionibus quam aliis facientes, sese 4 June.

[1] *i.e.* Beatrice of Provence, wife of Charles, Count of Anjou.

[2] Limisso or Limesol.

[3] Eudes de Chateau-Roux.

A.D. 1249. retraxerunt. Veruntamen cum ipsa vexilla propter nimiam maris planitiem usque ad siccam terram non possunt attingere, Christianus exercitus in nomine Dei, relictis vexillis, in mare saliendo se immisit usque ad siccam terram, cum armis suis pedes veniendo. Et licet ipsa Turcorum multitudo contra Christianos litus defenderet, tamen, favente Domino nostro Jesu Christo, litus optinuit populus Christianus cum sospitate et lætitia, et cum equorum Turcorumque strage magna, et quorundam qui magni nominis esse dicebantur. Et cum ipsi Sarraceni se recepissent in civitate, quæ tam fluminis interpositione quam murorum et turrium fortium in circuitu erat fortissima, Dominus noster omni-

S. Jac. i. 5. potens, *Qui dat omnibus affluenter et non improperat*, absque labore hominum, in crastino scilicet in octabis Trinitatis circa tertiam, civitatem dedit populo Christiano, fugientibus et ipsam dimittentibus infidelibus Sarracenis. Et hoc factum fuit solo Dei dono ac omnipotentis Domini Dei largitate. Et sciatis quod iidem Sarraceni illam civitatem reliquerunt munitam ex magna cibariorum et carnium fertilitate et machinis et aliis bonis, de quibus ad munitionem dictæ civitatis magna pars remansit; et de illa parte fuit exercitus multum repletus. Dominus vero rex noster cum exercitu suo ibidem moram faciebat, res suas de suis navibus extrahi faciens. Credebamusque quod inde non deberet recedere exercitus usque ad decrescentiam fluminis, quod tunc, ut dicebatur, terram debebat occupare; quia alias in partibus illis dampnum incurrebat populus Christianus. Comitissa vero Andegavensis in Cypro peperit filium valde elegantem et bene formatum, quem ibidem tradidit nutriendum.

Datum in Castris Jamas, anno Domini MCCXLIX., mense Junio, in vigilia beati Johannis Baptistæ.

Hic est tenor literæ missæ reginæ Franciæ, verbo ad verbum.

81.

Major evidentia de captione Damiatæ. f. 94 *b.*

Letter of Guy, knight of the household of the viscount de Melun, to B. of Chartres on the capture of Damietta. A.D. 1249.

Præcordiali fratri suo uterino et amico prædilecto, magistro B. de Carnoto studenti Parisius, Guido miles de familia vicecomitis Melunensis, salutem et paratam ad beneplacita voluntatem.

Quia novimus vos de statu Terræ Sanctæ et domini nostri regis Franciæ, tum propter universalis ecclesiæ prosperitatem, tum propter numerosam multitudinem parentum et amicorum nostrorum sub domino rege Francorum Christo militantium, sollicitari; vos super quibusdam quæ vulgus disseminat duximus reddere certiores. Cum inito speciali consilio a Cipro movimus navigando versus Orientem, propositum habentes Alexandriam expugnare, et paucis diebus sequentibus rapti inopinata tempestate vastum maris spatium pertransivimus, multæ navium nostrarum dispersæ sunt et disjunctæ ab invicem. Interim per exploratores innotuit Soldano Babiloniæ et aliis Sarracenorum magnatibus, quod Alexandriam expugnare proposuimus. Unde collecta infinita armatorum multitudine, tam de Kairæ quam Babiloniæ et Damiatæ incolis quam Alexandriæ, nostrum adventum expectabant, ut nos in ore gladii susciperent fatigatos. Una igitur noctium cum quodam vento aspero per amplum pelagi tractum veheremur, in mane mitigato vento, apparuit serenitas desiderata, quæ naves dispersas prospere congregavit. Misimus igitur funambulum peritum scilicet speculatorem, qui omnia cismarina litora noverat et cismarina necnon et idiomata multa, qui nobis pro duce constituebatur fideli, ad summitatem mali navis nostræ, ut nobis intimaret si terram videret, et ubinam locorum essemus. Qui cum diligenter et morosa deliberatione omnia loca circumjacentia considerasset, exclama-

A.D. 1249. vit voce dicens attonita, "Deus adjuvet, Deus nunc "adjuvet, Qui solus potest; ecce sumus hic ante "Damiatam." Poteramus siquidem jam terram omnes considerare. Similiter etiam aliarum navium speculatores id idem sentiebant; et cœperunt jam congregari ad invicem. Dominus autem rex cum hoc cognovisset imper[terr]ito spiritu cœpit omnes egregie nimis suos animare et consolari, dicens surgens in medio, "Amici "mei ac fideles, insuperabiles erimus si in caritate "inseparabiles fuerimus; non sine divino nutu huc "transvehimur tam repentine; applicemus in terram "quamcunque potenter occupatam. Non sum rex "Franciæ, non sum Sancta Ecclesia; sed vos utique "omnes rex estis, vos Sancta Ecclesia. Non sum "nisi unus solus homo, cujus vita, cum Deus voluerit, "sicut unius alterius hominis exufflabitur. Nobis "omnis casus tutus est; si vincamur, martires avola-"mus; si vincamus, gloria Domini prædicabitur, et "totius Franciæ, immo Christianitatis, ampliabitur. "Profecto insanum est credere, quod me Dominus "in cassum suscitavit. Qui omnia providet, causam "magnam super hoc consideravit. Dimicemus pro "Christo, et Ipse in nobis triumphabit; non nobis, "sed nomini Suo dans gloriam et honorem et bene-"dictionem." Interim naves nostræ jam congregatæ litori appropinquabant, ita scilicet, quod cives Damiatæ et qui litoribus contermini erant classem nostram poterant considerare; scilicet[1] mille et quin[gen]tas naves, exceptis dispersis, scilicet centum et quinquaginta. Et revera non fuit, ut credimus, temporibus nostris tanta navium nobilium multitudo congregata. Stupentes igitur Damianitæ, et supra quam dici potest attoniti ac perterriti, miserunt ad nos quatuor galeas optimas cum piratis expeditissimis, ad explorandum et inquirendum quinam eramus et quid quærebamus.

[1] *scilicet . . . quinquaginta*] Inserted in the margin.

Et cum eos videremus[1] tantum appropinquare, ut pos- A.D. 1249.
sent vexilla nostra discernere, hæsitarunt, et cessarunt tantum festinare ut prius; quasi de nuntio suo certificati ac indempnes reversuri. Galeæ vero nostræ interim eos cum scaphis cursoriis[1] cingebant, interponentes se, nostrisque navibus jam cogebantur appropinquare vel inviti. Verum nostrates videntes domini regis constantiam et incommutabile propositum, eo jubente præparaverunt se ad bellum navale, ut et hos et quoslibet alios, si supervenirent, comprehenderent; et litus violenter capientes ad terram ut ascenderent imperavit. Misimus igitur super eos spicula ignita et lapides de mangonellis navalibus, qui sic parabantur ut quinque vel sex[2] lapides simul de longe jacerent; et fialas plenas calce, arcubus per parva hastilia ad modum sagittarum super hostes jaculandas. Spicula igitur piratas et eorum vasa perforabant, lapides obruebant; calx confractis vasculis excæcabat, unde subito tres galeæ eorum perierunt; aliquibus tamen de piratis, ne mergerentur, cum vita interceptis. Quarta autem non indempnis evasit. Ipsos igitur excogitatis cruciatibus affecimus, quos vivos [cepimus]; et totius veritatis extorsimus confessionem, videlicet quod, vacuata Damiata suis civibus, apud Alexandriam expectabamur. Piratæ vero qui evaserunt, quorum aliqui letaliter vulnerabantur et galea dissipabatur, Damianitis cum ejulatu lacrimabili retulerunt super litus cum maxima multitudine expectantibus, quoniam "mare classe super-
" veniente operiebatur. Rex enim Francorum cum
" infinita nobilium multitudine hostiliter adventabat."
Pro quo etiam asserebant, Christum manifeste dimicare contra ipsos Sarracenos, qui pluebat super ipsos ignem, lapides, et nebulam. " Veruntamen dum a maris fluctu-
" bus fatigantur infirmati, ipsos, sicut vitas et mansiones
" vestras diligitis, unanimiter impetite et trucidate, vel

[1] MS. repeats *eos*.

[2] MS. repeats *sex*.

A.D. 1249. f. 95. " saltem, donec nostrates revocentur, potenter repellite. " Nos autem soli vix evasimus, ut hæc vobis nuntiare- " mus præmuniendis. Cognovimus magnatum signa." Ecce jam in nos irruunt[1] furibundi ad navale vel campestre animati et parati. Irruit igitur super eos timor cum diffidentia. Omnes nostrates de veritate certificati in spem optimam erigebantur; unde glomeratim et certatim prosilientes in scaphas a navibus; erat enim mare juxta litus parum profundum, unde nec scaphæ nec naviculæ ad aridam attingere potuerunt. Miserunt se igitur in mare multi usque ad lumbalia properanter, juxta domini regis districtum et urgentissimum præceptum. Et continuo commissum est bellum cruentissimum; et nostrates additi sunt prioribus indistanter, et fortitudo gentium dissipata est. Nec cecidit aliquis de nostris ferro, præter unum. Submersi vero duo vel tres perierunt, qui propter ardens desiderium pugnandi sese nimis properanter in aquam miserunt, et inde a semetipsis potius quam ab aliis sunt interempti. Sarraceni igitur retrocedentes sese in civitatem suam, multis interemptis et quamplurimis letaliter vulneratis et mutilatis, turpiter fugiendo receperunt; nostri autem ipsos e vestigio insecuti essent, sed a potentioribus, qui proditionem timebant, reprimebantur; veruntamen dum pugnavimus, exierant quidam sclavi et captivi, ruptis vinculis et eorum receptaculis; quia etiam carcerarii exierant contra nos; nec in civitate aliqui [remanserunt] præter mulieres, parvulos, et valitudinarios. Ipsi igitur sclavi et captivi nobis gaudenter ac properanter occurrentes, regi et exercitui nostro applauserunt dicentes, *Benedictus qui venit, qui venit in nomine Domini.*

S. Luc. xiii. 35.

Hæc acta sunt in bonum auspicium initiale, scilicet die Veneris, quæ est dies Dominicæ Passionis; et applicuit tunc dominus rex secure et gaudenter, et re-

[1] MS. repeats *in nos.*

siduum exercitus Christiani; et sic quievimus usque A.D. 1249.
in crastinum. Die vero Sabbati sequenti terram et maris litora, quæ capienda remanserant, potenter ac prudenter cepimus; ducatu et documento sclavorum, qui etiam archanos transitus cognoverunt. Ipsa vero nocte Sarraceni comperientes aliquos sclavorum et captivorum evasisse, ipsos qui remanserant excerebrantes, martires Christi fecerunt gloriosos, in propriam perniciem. In opaca vero nocte sequenti et mane die Dominica, Sarraceni, considerata adventantium multitudine, fortitudine, et constantia, et urbis inopinata desolatione, cum suis ducibus et majoribus et consolatoribus, viribus, et armis caruissent, arreptis [1] mulieribus ac parvulis et rebus portatilibus, armati leviter per portulas quas caute longe ante præparaverant fugerunt, ex parte alia civitatis; et pars per aquam, pars per terram, subita elapsa est, relinquens civitatem omnibus redundantem. Die vero Dominica hora tertia exierunt duo captivi, qui manus hostiles casu evaserant, nuntiantes nobis quæ contigerant. Rex igitur, omni timore proditionis deposito, non in effusione sanguinis vel armorum strepitu, civitatem, nemine contradicente, intravit ante horam nonam; nullo etiam vulnerato graviter de intrantibus præter comitem de Marchia Hugonem Brunum; qui, eliquato sanguine de vulneribus, non potest ut credimus mortem evadere. Ipse namque prodigus sui propter probra quæ sustinuit in medios hostes temerarius se ingessit; et ponebatur in prima turma sponte bellantium tanquam suspectus; quod et ipsum non latuit. Nec prætereundum est, quod cum propositum habuissent Sarraceni fugiendi, jecerunt versus nos ignem Græcum copiosum et efficacem, quod erat nobis periculosum valde et mortiferum; quia ventus asper fuit flans a civitate versus nos. Et ecce ventus ilico retroversus ignem suum respersit in civi-

[1] *arreptis*] arripuerunt, MS.

A.D. 1249. tatem, et combussit multa eorum corpora et castra; et plura combussisset, sed sclavi accedentes continuo, qui jam pauci remanserunt, suis notis extinctoriis, necnon et precibus, divino nutu, ne nobis Dominus civitatem combustam daret, extinxerunt. Cum igitur ipsa die vere Dominica dominus rex cum maximo tripudio, ut prætactum est, intravisset, ilico ad templum ipsorum Sarracenorum intravit, oraturus et Deo hæc omnia merito ascripturus. Et sollempniter nimis antequam cibum sumpsisset, prorumpentibus præ gaudio jocundis et devotis lacrimis, cecinerunt fideles, incipiente legato, hymnum Angelorum, videlicet *Te Deum laudamus*. Et statim ubi dudum Christiani Missam consueverant celebrare et campanas pulsare, expiato loco et asperso per aquam benedictam, fecit celebrare Missam de Beata Virgine; ubi quarta die præcedente, prout captivi nobis assertive asserebant, spurcissimus Machometus cum detestabilibus immolationibus et vocibus altisonis et tubarum clangore magnificabatur. Invenimus autem in civitate cibariorum, armorum, et machinarum, necnon vestimentorum preciosorum, vasorum, utensilium, auri, argenti, et aliorum bonorum copiam infinitam. Et præter hæc statim fecimus apportare victualia nostra de navibus, quorum copiam habuimus, et alia nobis cara ac necessaria. Propitiante igitur nobis divina munificentia, exercitus Christianus ad instar stagni, quod ex torrentibus inundantibus suscipit incrementum, cotidie dilatatur; hinc militia de partibus domini de villa Herlewini, hinc de militia Templi et Hospitalis nobis subsidium, absque peregrinorum adventu, diatim per Dei gratiam accumulatur subsidium. Veruntamen ipsi de Templo et Hospitali de gloria tanti triumphi credere diu noluerunt; quia revera nulli fuit credibile quod evenit. Quia igitur hæc miraculose evenerunt, præcipue quod ventus suum ignem infernalem in sua capita reverberavit regressus, et hoc fuit de antiquis Christi miraculis, quia sic An-

tiochiæ evenit, conversi sunt aliqui ad Dominum Jesum A.D. 1249.
Christum, et fideliter nobis hactenus adhæserunt. Nos
autem ex præteritis præmuniti, de cætero caute et
circumspecte procedemus in agendis. Habemus enim f. 95 b.
fideles nobiscum Orientales, de quorum fidelitate mi-
nime dubitamus, qui omnia fere Orientalium climata
et eorum pericula experimento cognoverunt; qui in
veritate devotionis jam Baptismi sacramentum susce-
perunt. Optimates igitur nostri, quando hæc scribe-
bantur, consilium habuerunt cum tractatu diligenti, in
proximo invadere Alexandriam vel Babiloniam cum
Kaira; sed quid erit inde nescimus adhuc; cum autem
factum fuerit, vobis vita comite significabimus. Sol-
danus autem Babiloniæ, his auditis, nobis prælium in-
dixit generale; ut in crastino Sancti Johannis Bap-
tistæ, in loco communiter proviso, fortunam belli inter
Orientales et Occidentales, hoc est, inter fideles et
ipsos, una die præcise generaliter experiremur; et cui
sors victoriam contulerit, victor glorietur, victus autem
cedat humiliter. Cui sic dominus rex noster re-
spondit: " Non illa vel illa die ipsum Christi ini-
" micum diffiducio, nec terminum quietis constituo,
" sed cras et omnibus diebus vitæ meæ, ex hoc nunc
" et deinceps, diffiducio; donec animæ suæ propriæ
" misereatur, et ad Dominum convertatur, Qui vult
" omnes salvari, et omnibus ad Eum convertentibus
" sinum pandit misericordiæ."

Hæc vobis per Guiscardum consanguineum nostrum per scripta notifico; qui nihil aliud petit, nisi ut sumptibus nostris incipiat cathedram ascendere[1] magistralem, et hospitium teneat honestum, saltem per biennium.

Nihil certum vel relatu dignum de Tartaris audivimus; nec speramus fidem in perfidis, humanitatem in inhumanis, nec caritatem in caninis; nisi Deus, Cui nihil est impossibile, novitatem operetur. Facinorosis-

[1] *ascendere*] ascendat, MS.

A.D. 1249. simis vero Chorosminis purgavit Deus Terram Sanctam; et ipsos delevit de sub cælo penitus exterminatos. Cum autem aliquid certum et notabile audierimus de prædictis Tartaris vel aliis, vobis per Rogerium de Monte Fagi, [qui] ad terram domini nostri vicecomitis in vere in Franciam ibit, ad procurandum nobis pecuniam,[1] per interlocutorem vel per epistolam significabimus.

82.

f. 95 *b*. *Literæ magistri militiæ Templi super præmissis.*

Letter of William de Sonnac, grand master of the Templars, to Robert de Sanford, on the capture of Damietta. A.D. 1249.

Frater W[illelmus] de Senay, Dei gratia magister pauperis militiæ Templi, dilecto sibi in Christo fratri Roberto de Sanford in Anglia præceptori, salutem in Domino.

Felices rumores et jocundos vobis tenore præsentium cupimus declarari. Sciatis[2] igitur quod post Trinitatem die Veneris proxima Ludowicus illustris rex Francorum Dei gratia ad portum Dameticum cum suo exercitu applicuit. Die Sabbati sequenti terram et maris litora cepit idem Ludowicus cum sua militia, interfectis quamplurimis de Paganis, unico tantum de nostris Christianis interfecto. Die vero Dominica sequenti, hora tertia, civitatem Damiatæ cepit regia potentia, fugata penitus Paganorum potentia. Capta igitur fuit Damiata, non nostris meritis, nec vi nec manu armata, sed operante divina potentia et gratia. Præterea sciatis, quod dominus rex Dei gratia proponit dirigere gressus versus Alexandriam vel Babilonem; pro deliberandis fratribus nostris et pluribus aliis qui sunt in captivitate detenti, et pro tota terra reddenda cultui Christiano, Domino adjuvante.

---

[1] MS. repeats *vobis*. | [2] *Sciatis*] Scientes, MS.

83.

Guido de Burceio. De relatione domini Johannis monachi de Pontiniaco. f. 95 *b.*

Anecdote of S. Louis and the Soldan at Damietta.

Non est super aliquo sollicitus dominus rex Franciæ, capta Damiata, nisi super eo quod non habet sufficienter populum ad custodiendum et inhabitandum occupata et occupanda. Verum idem rex[1] attulit secum aratra, ligones, trahas, et alia rusticana instrumenta. Quod cum audisset Soldanus[2] Babiloniæ, significavit eidem regi, " Ad quid huc ad incolendam terram nos- " tram instrumenta ruralia afferri fecisti ? Inveniam " tibi sufficientiam bladi, quamdiu hic eris." Et hoc ironice dictum fuit, ac si diceret, " Tener es et deli- " catus ac juvenis, nec poteris penes Orientales diu " commorari, quin pereas liquefactus." Cui dominus rex respondit, " Vovi et juravi huc venire, et termi- " num prout in me erat præfixi ; sed non vovi nec " juravi hinc recedere, nec terminum mei recessus " assignavi. Ideo colonorum instrumenta mecum ap- " portavi." Omnium navium navi[s prim]um domini regis applicuit. Erant autem in sua classe magnæ naves quas dromones appellamus, centum et viginti, absque galeis et navibus minoribus. Et alacriter prosiliens a navi, cecidit pronus in faciem suam, et oravit cum lacrimis devotissime ut Deus viam et actus suos dirigeret.

84.

Literæ regis Tartarorum translatæ de Caldæo in Romanum verbo ad verbum. f. 98 *b.*

Letter of the king of the Tar-

Par la poissance de Deu le haut envoie del roi de la terre Chaam Achatay al roi grant de plusurs pro-

[1] MS. repeats *rex.*

[2] Malek-Saleh.

tars to Louis IX. A.D. 1249. v. vol. v. p. 87.

vinces, noble cumbatur, del mund glaive, de Crestiente victoire et de religiun baptismal curune, de genz ecclesiastres defensur, de la loi Ewangeliste fiz, roi de France; acroise Dex sa seingnurie, e gard sun regne par plusurs anz, e parface sa volunte enz la loi e el mund, el teus dores e en celui kest avenir, par la verite de la dame ki cunduit tuz hommes et tuz les Prophetes et les Apostles. Amen; of[1] C. M. saluz e beneicuns. E io co proi ke il receive ces choses e ka lui soient agreables acertes, e face Dex ke io voie tel roi noble ki est arivez. E li hautz creaturs face ferm nostre decurs, co[2] est a saver nostre vie ki tuz jurs decline e est endecurs, e face legerement ke nus nus assemblosmes e une chose en pres cest salu. Sace il ken ceste epistle nest nostre entente el[3] qe le profit de la Crestiente et fortesce de la main le roi Crestien par lottroi de nostre Seignur e requer Deu nostre Seignur ke il doinst victoire de eus[4] de la Crestiente, e face a ceus avoir victoire sur ses adversaires ki despisent la croiz, en apres de la part le roi haut hauce celui Dex co est a savoir de la presence de conyot Chaam, e acroise Dex sa grandeur. Nus somes venu avokes poer e mandement ke tuit li Crestien soient quite de servitute et treuage, dangarie, de paage, e de choses semblables, e soient a honur e a reverence. E ke nuls nes toille leur possessiuns. E ke les iglises destruite soient reedifiees e les tables* soient restorees,[6] e ke nuls nose defendre ces choses ker il prient de quor repose e volentri pur nostre regne. En cest hure venimes nus a ceste chose pur le profit de la Crestiente

* Co est saver aut ers.[5]

---

[1] *of*] Interlined.

[2] *co . . . endecurs*] In the margin, having been omitted by the scribe.

[3] *el*] Interlined.

[4] Paris has written *tuz* in the margin, probably intending it to be substituted for *eus*.

[5] This marginal note is in Paris's hand.

[6] *restorees*] Written over an erasure.

e pur la garde, par lottroi del haut Deu. Acrestes nus avom envoie ces choses par nostre loial message honurable Saphadin, Mephat, Davi, e par Marc, ki vus anuncient cestes bones nuveles e vus dient buche a buche les choses ki sunt entur nus, li fiz recoive les paroles de ceaus, e les croie en lur lettres, li rois de la terre soit a honur en acroisement par sa grandur. En apres il cumanda qen la loi de Crist ne soit nule difference entre les Latins e les Grius e les Hermins e les Nestorins e les Jacobins, e tuz les autres ki aurent la croiz. Kar cil sunt tuit une chose entre nus; ensi requiruns nus ki li haut rois ne mette divisiun entre aus. Mais sa pite e sa debonairete soit sor tuz les Crestiens, e dure sa pite e sa debonairete de la desqe la fin de Maranatha[1] e co sera bone chose par lottroie de nostre Seingnur. A.D. 1249.

85.

Ceste epistle fu escrite apres cele epistle meimes ki fu envee au roi de Engleterre de dame [Blanche]. f. 98 *b*.

Excellenti viro, carissimo consanguineo suo H[enrico] Dei gratia Angliæ regi illustri, Blanchia eadem gratia Franciæ regina salutem et sinceram in Domino dilectionem. Letter of queen Blanche to Henry III. on the capture of Damietta. A.D. 1249.

Quia scimus vos de commodo et honore totius Christianitatis quamplurimum esse lætos, ea quæ Do-

[1] *In elementario Papiæ.*

"Maranatha magis Syrum est "quam Hebræum, quamvis et con- "fine sit utriusque linguæ; inter- "pretatur, 'Dominus noster venit,' "ut sit sensus, 'Si quis non amat "'Dominum Christum, sit ana- "'thema,' et sequitur, 'Dominus "'noster venit, non contendamus.' "Declinatur autem ut Pascha "-chæ."* Diptotæ enim formæ est. Quod quidem verbum in epistola Pauli ad Chorintios prima invenitur in fine. 1 Cor. xvi. 22.

* So far is an extract from Papias's elementarium. Sign. n *b* of the Venic edition of 1496. The rest of the note is Paris's own.

A.D. 1249. minus noster Jesus Christus ad exaltationem Christianæ fidei et Sui nominis per carissimum filium nostrum regem et fratres suos ac exercitum Christianum his diebus in transmarinis partibus operari dignatus est, prout ea ex literis ipsius filii nostri regis intelleximus, vestræ excellentiæ duximus intimanda. Noverit igitur vestra dominatio quod cum dictus filius noster rex et fratres sui et exercitus Christianorum cum ipsi[s], habito in insula Cypri concordi consilio transfretandi in Egiptum et eundi Damiatam, de insula illa Cypri, ubi toto hiemis tempore moram fecerant, navigio recessissent die Mercurii ante Pentecosten, die Veneris post octavas Pentecostes apparuit eis terra Egipti, et post paululum civitas Damiatæ; et appropinquantes ad terram steterunt in portu juxta civitatem, suis ibidem navibus ancoratis. Sarraceni enim litus munierant cum copiosa multitudine armatorum peditum et equitum, qui Christianis exeuntibus de vasellis et navibus et tela fortiter jaciebant et gladiis feriebant. Sed Dei gratia prævalente, milites et servientes ejusdem filii nostri regis, litore viriliter occupato, repulsis hostibus et multis ex ipsis et qui majores erant inter eos vulneratis letaliter et occisis, fixerunt tentoria super litus et civitatem prædictam obsederunt, paucis aut nullis de Christiano exercitu vulneratis. Et huic felici principio Deus omnipotens feliciorem consummationem adjecit. Nam ipsa nocte et sequenti die Dominica Sarraceni qui in civitate illa erant, quorum erat innumerabilis multitudo, divina virtute perterriti, omnes tam populus quam magnates exierunt de civitate prædicta, et in fugam conversi eam igne circumquaque posito reliquerunt. Quo comperto statim Christianorum exercitus civitatem intravit; et carissimus filius noster rex et fratres ipsius et totus exercitus Christianus, mundata civitate de corporibus mortuis et cadaveribus ibidem existentibus, processionaliter
f. 99. nudis pedibus intraverunt; et reconciliato loco Maho-

meriæ qui dudum in alia captione civitatis ejusdem ecclesia erat beatæ Mariæ Virginis, redditis ibidem Deo altissimo gratiarum actionibus, celebrata fuit missa in honore ejusdem Virginis a legato. De victualibus autem quibus illa civitas erat abundanter præmunita, licet multa igne perierint, multa tamen remanserunt ex eis, Christiano exercitui multum ut credimus profutura. Excellentiam etiam vestram scire volumus quod dictus filius noster rex et fratres sui filii nostri et regina, uxor dicti filii nostri regis, et soror ejus comitissa cum filio quem in Cypro peperit, plena corporum sospitate fruuntur; quæ si placet dilectæ vestræ reginæ Angliæ uxori vestræ dicatis, et eam ex parte nostra salutare velitis. A.D. 1249.

86.

Umbratiles et ad horam consolatoriæ literæ de captione Alexandriæ et Keyriæ Babiloniæ. f. 99.

Præcordialissimo domino et dilecto sibi in Christo divina permissione domino abbati de Sancto Albano suus devotus frater Nicholaus de la Hyde, frater militiæ Templi in Anglia, salutem in Domino. Letter of Nicholas de la Hyde to the abbat of St. Alban's with rumours of the capture of Alexandria and Cairo. A.D. 1249.

Rumores Terræ Sanctæ felices et jocundos dominationi vestræ volumus declarare. Sciatis igitur quod Ludowicus illustris rex Franciæ Dei gratia corporis sanitatem optinet peroptimam, atque ad portum Damietæ cum suo exercitu applicuit; et idem Ludowicus terram et maris litora cepit, fugata paganissima potentia; civitas Damietæ in manibus Christianorum est suscepta, atque in illorum existens potentia. Noscat insuper excellentia vestra illustrem regem Franciæ civitatem Alexandriæ et Keyram Babiloniæ cum sua militia, gratia divina cooperante, cepisse.

87.

f. 99. *Major ejusdem certitudo et evidentia, tamen sophistica.*

Letter of the bishop of Marseilles [Benedict d'Alignano] to the Pope giving an account of the supposed capture of Cairo by Louis IX. 20 May 1249. v. vol. v. pp. 87, 118.

Domino Papæ episcopus Marsiliensis.

Sicut ea vere volumus ne aures sanctitatis vestræ mendaciis aggravemus, sic etiam cum nos læta et certa quæ ad honorem Dei et ecclesiæ pertinent intelligimus, cum gaudio intimamus. Licet autem per frequentes rumores audierimus quod ad exaltationem Christianitatis castrum de Cadro redditum fuerit domino regi Francorum, hoc divina gratia procurante; quia tamen per diversos diversa diversimode dicebantur, supersedimus scribere donec certitudinem haberemus. Sed nocte præterita præceptor Hospitalis Sancti Johannis Marsiliensis nobis certas misit literas in quibus continebatur quod ante Purificationem beatæ Mariæ per octo dies venit illustris rex Franciæ cum devoto exercitu suo ad castrum de Cadro, et illud fuit sibi traditum per quosdam Sarracenos qui insurrexerunt contra Soldanum Babiloniæ, et per magistrum Hospitalis et alios Christianos qui capti et sclavi detenti fuerant in ipso castro inexpugnabili. Et post duos dies dictus Soldanus venit cum ducentis milibus Sarracenorum in equis et ultra et peditibus innumerabilibus, et ultra quam credi possit vel dici. Dictus vero rex, disponente Domino, direxit quatuor acies contra ipsum. In prima quidem acie fuit comes Flandriæ cum Templariis, in secunda comes Britanniæ et comes Sancti Pauli, in tertia vero acie fuit ipse rex, Pictaviæ et Provinciæ comites, et dux Burgundiæ et plures alii barones; in quarta vero fuerunt comes Atrabatensis, Hospitalarii, et plures alii barones. Duæ vero aliæ scariæ baronum et militum fuerunt hinc inde ab utroque cornu. Et sic ordinato[1] Jesu Christi

[1] *ordinato*] ordinata, MS.

exercitu, in ortu solis congressi sunt. Et a tertia usque ad noctem duravit bellum valde mirabile, et fuit strages Sarracenorum innumerabilis ultra opinionem humanam. Et dictus Soldanus aufugit, et nesciebatur quo ivisset. Ex parte vero Christianorum dicuntur esse mortui usque ad mille inter milites, balistarios, et armigeros. Quid multa? ecce, pater, gaudium inæstimabile. Dominus rex, regina prægnans, tres comites ejusdem regis fratres et uxores eorum plena per Dei gratiam sospitate fruuntur; licet dictus Atrabatensis in pleno campo sub multitudine occisorum infinita tam hominum quam equorum per unam noctem et diem quasi mortuus jacuisset. Cadrum et Babiloniam habet rex, et tota Alexandria est derelicta. Ergo, pater sanctissime, benedicamus Deo cæli, et coram omnibus viventibus confiteamur Ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam, sub vestri regimine Christianitatem taliter exaltando. Datum Marsiliæ, xiii. kalendas Junii. A.D. 1249.

Has literas recepit dominus Papa die Dominica post festum Sanctæ Trinitatis.

Conclusio prædictorum.

Colligitur ergo ex hac et aliis epistolis quod per Dei gratiam rex ille Francorum Christianissimus Ludowicus, quem Dominus non sine causa excellenti et efficaci a morte vel a porta mortis miraculose suscitavit, anno Domini MCCL. factus est dominus Damiatæ, Babiloniæ, Keiriæ, Alexandriæ, et litoris transmarini; felicesque toto mundo reputantur qui in hoc glorioso certamine et itineris difficultate constanter perstiterunt. Censenturque preces pro ipso fusæ ad Dominum effectum habuisse gloriosum.

88.

f. 115 *b*. *Quædam literæ impetratæ a sede Apostolica in quibus continetur quod privilegium crucesignatorum in tali causa appellationis non valet.*

Letter of Innocent IV. to the prior of Swaveshey respecting the privileges of crucesignati. 7 July 1249.

Innocentius episcopus etc. dilecto filio priori de Suavesheie salutem et Apostolicam benedictionem.

Sua nobis magister Stephanus, rector ecclesiæ de Cotenham, crucesignatus, petitione monstravit quod cum magister G. rector ecclesiæ de Heis[1] crucesignatus, Rofensis diocesis, ipsum super quadam pecuniæ summa et rebus aliis coram priore Rofensi auctoritate Apostolica traxisset in causam; idem Stephanus ex eo sentiens ab eodem priore se gravari quod ipsum ultra duas dietas extra suam diocesim ad judicium evocabat, cum idem ex literarum nostrarum beneficio non haberet, ad sedem duxit Apostolicam appellandum; cumque super appellatione sua nostras ad te literas impetrasset, eodem G. in modum acceptionis frustratorie prorumpente, quod, cum idem G. crucesignatus existeret, ad procedendum coram te in hujusmodi appellationis causa compelli de jure non poterat nec debebat, teque hac occasione in eodem negotio procedere denegante, officialis Cantuariensis ejusque collegæ, quibus idem prior, postquam ab eo appellatum fuerat, commiserat in hujusmodi negotio vices suas, compellunt coram se prædictum Stephanum super principali contra justitiam litigare, propter quod ad nostram duxit providentiam recurrendum. Quia nec præfatus G., qui primo eundem Stephanum convenerat, non poterat in appellationis causa crucis privilegium allegare, discrescioni tuæ per Apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, hoc non obstante, in causa ipsa procedas juxta directarum continentia[2] ad te literarum.

Datum Lugduni nonas Julii, pontificatus nostri anno septimo.

---

[1] Hayes, near Bromley, Kent. | [2] *continentia*] continentium, MS.

89.

Literæ Papales ad orationes exigendas pro periculis ecclesiæ.

f. 97. Letter of Innocent IV. to the archbp. of Canterbury and his suffragans asking for prayers for the dangers of the church. 24 Sept. 1249.

Innocentius episcopus, etc., venerabilibus fratribus archiepiscopo Cantuariensi ejusque suffraganeis salutem, etc.

Ecclesiæ generalis disponente regimini Domino præsidentes, quanto ex hoc amplioris curæ astringimur nexibus, tanto plurium cogitationum perplexione distrahimur, et eo plus mens nostra considerationum varietate diffunditur, quo magis emergentium undique negotiorum multitudine occupatur. Propter quod cum nostram agnoscamus impotentiam, non immerito pertimescimus ne impositum nostræ debilitatis humeris tanti onus officii minus sufficienter minusque officiose geramus, tam grandis sollicitudinis tamque observandæ vigiliis repellendæ sompnum negligentiæ immiscentes, non ut expedit de summi Apostolatus culmine in vinea Domini speculemur. Id autem animum nostrum in profundum intimæ ac anxiæ cogitationis immergit, nostrumque cor acuto dolore discindit, quod sancta mater ecclesia his temporibus et multiplicium intra se tribulationum pressuris atteritur ac persecutionum circumquaque insurgentium malleis flagellatur, cum non solum hi qui nunquam eam matrem suæ professione[1] fidei agnoverunt vires exerceant contra ipsam, sed quam multi etiam quos Baptismi regeneratione parturivit in filios, effecti jam degeneratione privigni diversarum in eam armis impugnantium insurga[n]t. Nam quod horribiliter hactenus Frethericus quondam imperator dictam ecclesiam furentis sævitiæ morsibus laniarit, et quod adhuc ferali candescat rabie contra illam, omnibus pæne liquet. Qui quanto celsiori dudum dig-

[1] *professione*] professioni, MS.

A.D. 1249. nitate ipsa ecclesia operante præfulsit, tanto majoris elationis spiritu intumescens gravius, in eandem præconceptæ malitiæ virus fundit, exacuendo in interitum ejus gladium quem ab ipsa velut defensor[1] ejusdem
f. 97 *b*. contra suos inimicos susceperit evibrandum. Quam detestabiles etiam modos prædictam lædendi ecclesiam plurimi nobiles et potentes, Fretheriticæ forsitan calliditatis persuasione, ne dicamus iniquitatis fermento, corrupti, nequiter adinvenerint, et quam dolosas machinas nefanda sagacitate paraverint ad infringendam integritatem ecclesiasticæ libertatis, neque nobis est [in]cognitum nec vobis; quinimmo et proximis jam innotuit et remotis. Quot autem et quantis aliis ubilibet afficiatur ipsa ecclesia injuriis, vexetur molestiis, et gravaminibus opprimatur, ab illis etiam qui eam condigna honorificentia prosequi ejusque procurare quietem ac ipsam a suis oppressoribus oportuno munimine defensare deberent, ex moderno ejusdem statu potest liquido comprehendi. Terræ insuper Sanctæ frequens excidium jugi apud nos memoria recensitum nostram animam continuæ tristitiæ telo transfigit. In immensum quippe dolemus quod loca præsentiæ Dominicæ sanctificatione dicata execratione Agarenitæ residentiæ prophana[n]tur. Atrium nimium inundatione conspergitur lacrimarum quod terra, ubi pius Jesus patienter passus humano compatiendo generi a perpetuæ illud passionis cruciatibus liberavit, sub impiorum dominio, nimiis exprobrata obprobriis, diræ oneribus premitur servitutis. Multa denique Christianorum strages in diversis eorum regionibus Tartarorum feritate patrata, et imminens nihilominus aliis illorum invalescente tirannide desolationis vastitas abhorrendæ nos validæ mœstitiæ lancea usque ad mentis interiora percellit. Valde namque tristamur quod tot fidelium sanguinem Tartaricus vel potius Tartareus mucro eis parcere nes-

[1] *defensor*] defendor, MS.

cius devoravit. Lugemus nimirum quod nondum ut audivimus satiatus, adhuc Christiani populi anxietate satis solita necem sitit. Harum quidem et aliarum adversitatum quamplurium perferimus gravitatem. Ex his utique aliisque sinistris multiplicis nobis mœroris materia cumulatur. Nam si ad Orientalem plagam considerationis convertimus oculos, ibi ecclesiam gravis plaga percussionis affligi conspicimus. Et si ad partes Occidentales intuitum convertimus, in illis etiam cædi eam flagellis tribulationis multimodæ reperimus. Quare divinæ Majestatis auxilium, in Cujus manu supernæ ac inferiores sunt partes contra tot adversa, ut illa Sua virtute submoveat, attentis ac devotis et assiduis est supplicationibus flagitandum. Sed quia per nos ipsos tantummodo propter nostrorum insufficientiam meritorum id optinere nequimus, nec possumus etiam apud Deum insistere precibus ut vellemus, cum frequenter de suavi contemplationis silentio ad tædiosum curarum strepitum importuna litigatorum rapiamur instantia, necnon de speculationis interioris altitudine ad exterioris ima sollicitudinis, imminentibus agendis innumeris, cum simus omnibus debitores, descendere compellamur, providimus vestra super hoc omniumque Christi fidelium fore suffragia requirenda. Ideoque universitatem vestram monemus, rogamus, et hortamur attente, ac per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandamus, obsecrantes per aspersionem sanguinis Jesu Christi, quatinus, attendentes quod omnipotens Dominus servorum suorum deprecationibus aures benignitatis accomodat, sibi pro nobis et pro universali ecclesia, ut in suo beneplacito dirigens actus nostros ipsam gubernet et protegat, et ad statum semper provehat meliorem, orationum jugiter sacrificia offeratis. Et quia inter alia illud est Deo Patri acceptabilius in quo Sibi Jesus Christus Ejus Filius immolatur, qualibet hebdomada saltim semel, certum ad hoc statuendo diem, missam pro Terræ præfatæ liberatione ac ipsius eccle- A.D. 1249.

A.D. 1249. siæ pace, necnon prædictorum Tartarorum fortitudine conterenda, in vestris vestrarumque civitatum et diocesum ecclesiis faciatis sollempniter celebrari, clericis et laicis ut hujusmodi missæ intersint præmonitis diligenter.

Ad hæc quoniam divina gratia quo plurimum fuerit postulata precibus, eo facilius impetrari posse speramus, facientes singuli vestrum in primo præcipue festo cujuslibet mensis processionem in vestris civitatibus generalem, clericis ipsarum et populis pariter convocatis, et eis per vos et per discretos aliquos verbum Dei juxta datam vobis ab Ipso gratiam, proponentes statum universalem dictæ Terræ, ac rationabilem causam et claram justitiam ecclesiæ, necnon inæstimabilem præfati Fretherici nequitiam et injustitiam manifestam, ac dictorum Tartarorum crudelitatem ac potentiam, eisdem exponere plenarie procuretis, ipsos monitis et exhortationibus sollicite inducendo, ut ad Terræ ipsius recuperationem opem grandem et operam efficacem impendant, ac dictis et factis assistant eidem ecclesiæ tanquam matri. Nullumque ipsi Fretherico verbo aut opere favorem tribuant publicum aut occultum, cum tam ipse quam omnes fautores ejus quos in hujusmodi prædicationibus denuntiari præcipimus, sint excommunicationis vinculo irretiti; et prudenter cogitent ac studiosi provideant quod adjuvante Domino eorundem processus impedire valeat Tartarorum. Simili quoque modo in castris, oppidis, et villis vestrarum diocesum apud præcipuas ipsorum ecclesias, sicut melius expedire videbitis, processionem et prædicationem fieri jubeatis. Nos enim vobis relaxandi misericorditer omnibus vere confessis et pœnitentibus qui ad hujusmodi prædicationes et processiones accesserint xx. vel xl. dies juxta vestrum arbitrium de injuncta sibi pœnitentia concedimus tenore præsentium potestatem.

Datum Lugduni, octavo kalendas Octobris, pontificatus nostri anno septimo.

90. A.D. 1249.

Item aliud.[1] f. 62 *b.*

Writ of Henry III. to the sheriff of Hertford in favour of the abbat of Westminster in his suit with the abbat of St. Alban's.

H[enricus] Dei gratia, etc., vicecomiti Hertfordiæ salutem.

Pone ad petitionem petentis coram justitiariis nostris apud Westmonasterium in crastino Animarum loquelas quæ sunt in comitatu tuo per brevia nostra inter abbatem Westmonasterii et abbatem de Sancto Albano de averiis ipsius abbatis Westmonasterii captis et injuste detentis, ut dicitur, et submone per bonos submonitores prædictum abbatem de Sancto Albano quod tunc sit ibi, eidem abbati Westmonasterii inde responsurus; et habeas ibi summonitionem et hoc breve.

Teste meipso apud Westmonasterium, octavo die Octobris, anno regni nostri xxxiii.

Apparuerunt autem partes postea coram Rogero de Thurkeby, Roberto de Bruis, Alano de Wascant, Johanne de Cobham, et sociis eorum, domini regis justitiariis de Banco, die translationis Sancti Benedicti, anno Domini MCCL. Et sic processum est.[2]

91.

Statuta abbatum Nigri ordinis anno gratiæ MCCXLIX.[3] f. 95 *b.*



Statutes of the Benedictine order. Bermondsey, 14 Oct. 1249. v. vol. v. p. 81.

Universis, etc. Ad hoc ex suscepti regiminis officio nos efficaciter obligatos esse reputamus, ut superiorum mandata benigne suscipere et suscepta humiliter adimplere teneamur. Cum igitur die Sancti Mathæi,

[1] *i.e.* breve, *see* No. 79, which this immediately follows.

[2] This last sentence is in rubrick. The rest of the process of this affair is given in the Gesta Abbatum, i. pp. 361–363.

[3] *mccxlix.*] MCCLXIX., MS.

A.D. 1249. anno Domini MCCXLIX.,[1] apud Oxoniam ad capitulum generale illud celebrandum una cum venerabilibus patribus ordinis nostri essemus congregati, quia non nisi octo abbates nostri ordinis illuc convenerunt, celebrationis[2] diem capituli propter absentiam prælatorum provida deliberatione usque in crastinum Sancti Edwardi, die scilicet Sancti Kalixti Papæ, duximus prorogandam, locum ad hoc apud Suwerc[3] in ecclesia beatæ Mariæ juxta Londoniam assignantes. Ad quem cum venerabiles patres nostri ordinis, prout ipsis a nobis fuerit injunctum, convenissent, de statu monastico salubriter tractaturi, de communi abbatum et priorum assensu nobis assidentium, de statutis capitulorum præcedentium quibusdam subtractis, quibusdam superadditis, certam formam elicientes, pro statu nostri ordinis reformando subscripta statuere duximus in hunc modum.

In primis dictante Spiritu Sancto statutum est, ut abbates et priores habitu et gestu regulariter se habentes, in capitulo, in claustro, pro audiendis confessionibus et fratribus exemplariter instruendis, in choro etiam pro divinis officiis, in refectorio pro fraternis solatiis, oportuno studeant interesse; quotiens nec corporalis infirmitas sive debilitas vel ecclesiæ utilitas vel alia rationalis causa fuerit impedimento. Nec pro aliquo fidejubeant, vel per cartam suam pro aliquo se vel monasterium suum obligent; nec contra honestatem religionis vel utilitatem monasterii sui aliquid facere præsumant; de terris vel redditibus monasterii ad manifestam læsionem perpetuam alienationem non faciant. Terras consuetudinarias in libertatem, novas infeudationes, vel hæreditaria conradia vel liberationes, alicui non concedant sine conventus

f. 96.

---

[1] *mccxlix.*] This has been altered to MCCLXIX. to agree with the scribe's blunder in the rubrick.

[2] *celebrationis*] celebrandum, MS., but corrected in the margin with a style.

[3] *i.e.* at Bermondsey, v. vol. v. p. 81.

sui consilio et assensu. Servientes non habeant nu- A.D. 1249.
mero vel apparatu honestum modum excedentes, unde ordo monasticus in aliquo posset argui levitatis. Et cum fieri debea[n]t contractus mutui, ita procedant prælati quod fratribus quibus possunt liqueat, quanta pecuniæ summa, quibus certificationibus, quibus conditionibus, et quibus terminis debeatur, et in quos usus acceptum mutuum sit conversum. Et si aliquis sine consensu capituli super mutuo contractum fecerit,[1] monasterium minime obligetur; nisi per viros fidedignos probatum fuerit, dictum mutuum conversum fuisse in utilitatem monasterii manifestam. Districte etiam præcipiant prælati in administrationibus constitutis, ut neminem concutiant vel calumpniam alicui faciant; nec aliquem injuriis vel exactionibus indebitis opprimant, nec carius vendant ad terminum, vel contractus faciant inhonestos. Omnes etiam prælati semel in anno statum domus suæ coram conventu recitent, et de omnibus receptis et expensis obedientiarum in præsentia abbatis vel prioris abbatem proprium non habentis, convocatis ad hoc aliquibus de discretioribus domus, bis vel quater in anno, si fieri potest, fideles reddant rationes, ut de melioratione vel deterioratione monasterii reddantur certiores.

Jejunium hiemale a festo Exaltationis sanctæ Crucis usque ad Pascha ab omnibus regulariter observetur; salva dispensatione cum debilibus, minutis, et his qui pondus diei et æstus portant, a prælatis ipsorum cum necesse fuerit facienda.

Et ut pauperes debitis elemosinis non fraudentur, provisum est ut omnia apponenda sine diminutione apponantur in refectorio, in infirmaria, et alibi ubi monachi reficiunt. Et de appositis totum residuum in elemosinam cedat, per elemosinarium pauperibus fideliter erogandum. Consumptores vero elemosinæ,

[1] *fecerit*] fecerint, MS.

A.D. 1249. si semel secundo et tertio in capitulo coram omnibus correpti non emendaverint, tribus diebus continuis in pane et aqua jejunent, ut aliis sint in exemplum. Et ut efficacius elemosina observetur, quamdiu conventus fuerit in prandio vel in cœna, ostia claustri claudantur; et ab ingressu sæcularium custodiantur, si loci dispositio hoc permittat. Obedientiarii servientes suos non sustentent.

Circa esum carnium ita est provisum, ut regulariter a carnibus abstineant omnes; adjecta modificatione illius Decretalis, "Cum ad monasticum,[1] etc."

Decret. Gregorii IX. lib. iii. tit. 35, cap. 6. (p. 191, ed. Antv. 1648.)

Circa obedientiarios vero forinsecos et fratres in itinere pro negotiis domus constitutos, statutum est, ut publice in præsentia et sollempni convocatione sæcularium carnibus non vescantur; salva dispensatione a prælatis ipsorum cum ipsis pro loco et tempore et in necessariis casu facienda, prout fuerit expediens, secundum cujusque exigentiam et ordinis disciplinam. Sed negligentibus in divino servitio et inobedientibus ac pacem fratrum perturbantibus carnis comestio penitus interdicatur; et tardius a monasterio egrediendi licentia concedatur.

Silentium debitis horis, locis, et temporibus ab omnibus inviolabiliter observetur; et in permissis colloquiis in claustro et alibi a turpiloquiis, vaniloquiis, et detractionibus abstineatur; contravenientes regulari subjaceant disciplinæ.

Et cum quidam post prandium proniores sunt ad loquendum quod non prodest quam quod ædificat audientes, ad ampliandum cultum justitiæ qui in silentio reperitur statutum est, quod parlamentum, quod post prandium in quibusdam claustris fieri consuevit, penitus interdicatur; et loco ipsius vacetur uberius meditationibus et lectionibus repetendis. Sed et potus in refectorio post horam nonam æstivo tempore

[1] Sic for *ad monasterium*.

de cætero suspendatur. Et quando consuevit con- A.D. 1249.
ventus ire in refectorium, ad claustrum redeant, in contemplatione sonitum expectando vesperarum. Proviso, quod cervisia ab antiquo tempore in aliquibus locis ad dictum potum assignata jure consueto in refectorium deferatur, in usus pauperum eroganda.

Monachi pretio non recipiantur, nec peculium habere permittantur, nisi pro injuncta sibi administratione. Et qui peculium aliter habuerint, viventes a communione altaris separentur; et qui extremo inventi fuerint cum peculio, nec oblatio pro eis fiat, nec inter fratres recipia[n]t sepulturam.

Singuli etiam in locis singulis non morentur.

Et sine licentia prælati sui librum magnum vel parvum non scribant nec illuminent, nisi in usum monasterii convertendum.

Novitiis diligens custodia et discreta adhibeatur, nec a custodia libere dimittantur, nec ad ordinem sacerdotii promoveantur, donec expediti sint ad ea quæ spectant ad ordinis disciplinam, quæ corde tenus scire tenentur, secundum monasterii consuetudinem approbatam, et secundum statuta concilii et regulæ professionem, cum prælatis videbitur expedire.

Nec archam habeant nec clavem, nec in forinseco officio occupentur; et non nisi pro necessitate vel utilitate manifesta extra monasterium mittantur, nisi ante per biennium in claustro fuerint laudabiliter conversati; exceptis senibus et gravibus personis, cum quibus prælatus ipsorum poterit dispensare, cum viderit expedire.

Et quia confessio superbiæ contraria humilitatem conservat et gratiam confert pœnitenti, provisum est ut ad minus semel in anno tam monachi quam novitii abbati suo confiteantur; salvis nihilominus privatis confessionibus, singulis diebus de cotidianis delictis faciendis. Et ne hujusmodi confessiones impediantur, abbas promptum se exhibeat confessuris.

Hospitalitas omnibus modis juxta loci facultates in

A.D. 1249. omnibus monasteriis ab omnibus diligenter observetur; et talis monachus ad suscipiendos hospites deputetur, qui diligens sit, sobrius, et mansuetus.

Lecti monachorum ita sint ordinati, ut videri possint dormientes. Vestimenta et calciamenta monachorum ordinata sint omnino. Coopertoria sint de albo vel de nigro panno, vel de russeto, cum pellibus agninis
f. 96 *b.* albis vel nigris, aut mureleginis, aut vulpinis; et capæ nigræ sint. Et hæc omnia congruis temporibus et sine difficultate dentur et accipiantur. Camerarius autem denarios vel quodlibet aliud pro prædictis, vel aliud ad usus monasticos pertinentibus, dare non audeat; sed nec monachus aliquam permutationem super præmissis recipere præsumat, nisi de licentia prælati sui pro causa rationabili, super hoc petita prius et concessa, ut secundum regulam recipiens nova, det vetera pauperibus fideliter eroganda.

Sellas et omnia ad equitaturam pertinentia ita habeant ordinata, ut oculos intuentium non offendant.

Evagationes monachorum penitus inhibeantur; et si pro negotiis ecclesiæ suæ vel aliqua justa causa ex permissione prælati proficiscantur, provideatur ut in maturis servientibus et vecturis sufficientibus et apparatu honesto secundum facultatem ecclesiæ procedant; die sibi a prælatis præfixo, nisi justam causam ulterioris moræ ostendant, reversuri. Et ut competentius et secretius fratres qui pondus diei et æstus portant, cum necesse fuerit, provisione prælati recreationem accipiant, provideatur ad hoc locus competens juxta infirmariam; in quo cum refecti fuerint, ad claustrum et ad horas canonicas cum maturitate festinent. Et quando conventus jejunat, et ipsi semel prandeant; et loco cœnæ primo prandio uberius procurentur. Et collationi et completorio conventus intersint; exceptis debilibus, et minutis, et cum quibus prælatus duxerit dispensandum. Qui contravenerint, regulariter puniantur; et si non emendaverint, hujus-

modi dispensatio ipsis subtrahatur. Nullus eis admis- A.D. 1249.
ceatur sæcularis ante prandium vel post, nisi servientes ad hoc deputati.

Omnis sæcularitas in cibis et potibus in refectorio inhibeatur.

Statutum fuit insuper et provisum, quod omnes obedientiarii et claustrales collationi et completorio intersint personaliter in conventu, nisi evidens necessitas exegerit, pro qua necesse habeant remanere; et hoc de prælati licentia speciali.

Fratribus infirmis diligens custos et sollicitus deputetur, ne aliquem defectum patiantur. Nullus sæcularis infirmis se misceat, nec cum illis bibat vel comedat, exceptis medicis et servientibus, ad eorum custodiam deputatis. Nec aliquis infirmus sibi assumat servientem pro sua voluntate, sed servientibus ad infirmariam deputatis contentus sit; qui scilicet servientes extra infirmariam non pernoctent. Et si necesse fuerit, quod infirmus aliquis specialem habeat servientem, talis ei assignetur qui sobrius sit, non perturbans quietem aliorum. Prior, vel is qui præest ordini, et interior cellararius singulis diebus post Missas privatas infirmos visitet; ut examinato statu singulorum, prout cuique fuerit opus, provideatur competenter. Omnes infirmi si fieri potest ad unam mensam communiter accedant, nec ullus se subtrahat nisi corporis valetudine detentus, quod ad ipsam accedere nequeat sine scandalo vel læsione corporis manifesta. Illis tamen quibus exigentibus meritis major debetur reverentia, pro loco et tempore in hac parte erit deferendum, prout prælatus ipsorum quieti ac saluti melius viderit expedire.

In omnibus autem monasteriis ista refectionis disciplina servetur, ut infra fores nullus reficiat nisi vel in refectorio vel in mensa abbatis, vel cum hospitibus ex præcepto sui superioris, vel in infirmaria cum infirmis; ut in Decretali continetur de loco refectionis, " Nec existimet abbas, etc." Decret. Gregorii IX. lib. tit. 35, cap 6.

A.D. 1249. Nullius depositum in aliquo monasterio admittatur, nisi de consensu prælati et trium fratrum laudabili testimonio.

Nullus monachus, obedientiarius, vel claustralis, det aliquid vel suscipiat absque licentia sui superioris.

Omnes qui debonis monasterii fraudem gratis fecerint, omnes conspiratores, fures, proprietarii, et omnes qui aliis falso crimen imponunt, singulis annis in secunda feria primæ hebdomadæ Quadragesimæ in capitulis a suis prælatis excommunicati publice denuntientur, cum stola et baculo pastorali. Conspiratores omnes vocant, qui inter se confœderantur ad subversionem ordinis vel statutorum salubriter a majoribus, vel ad persecutionem alicujus prælati vel fratris ex odio vel ambitione, vel qui alios maliciose defendunt. Proprietarios autem vocant illos, qui præter conscientiam prælati sui aliquid sibi possident, quod prælatus non dederit aut permiserit.

Ad reprimendam etiam temeritatem exeuntium, provide statutum est, ut post exitum redeuntes in ultimum gradum recipiantur, et in gradu et ordine quo tunc recipiuntur permaneant, et omni voce in capitulo careant, donec prælatus eorum, visa eorum condigna satisfactione, cum ipsis duxerit dispensandum.

In capitulo tres sint voces, scilicet clamantis, respondentis, et judicantis. Et de corporalibus ibidem tractetur brevius, ut profectus spiritalis effectum debitum sortiatur. Perturbatores capituli, et inobedientes, et cum prælatis suis proterve contendentes, acriter corrigantur, ut cæteri metum habeant; et qui contumaces vel incorrigibiles fuerint, a monasterio, ut regula præcipit, expellantur.

Obedientiarii gravi corporis valetudine detenti, et in periculo constituti, administrationes suas et universa quæ de ipsis habent, facta ratione confessione prævia, sine mora resignent; et nisi major congregatio numerum excedens vicenarium, nullus ordinis custos

exteriorem habeat administrationem, per quam officii sui executio possit impediri. A.D. 1249.

Mulieribus ingressus in claustrum post prandium penitus interdicatur; sed et infra fores monasterii ad prandium minime admittantur, nisi de licentia abbatis, vel in præsentia sua; salva consideratione habenda circa nobiles, pro loco et tempore, ut prælatis viderit expedire.

Provisum est insuper, ut omnes abbates et priores et procuratores ad proximum capitulum generale apud Oxoniam celebrandum, in die Sancti Mathæi Apostoli, anno etc., cum habitu veniant regulari; vel in eodem capitulo, acsi in propriis essent capitulis, froccis suis induti, et habitu et gestu se habeant ordinate.

Provisum est etiam, quod si aliquod negotium in regno ortum fuerit quod omnes prælatos monasteriorum contingat, cum hoc ad notitiam præsidentium per- f. 97.
venerit, convocent prælatos si fieri potest; sin autem, illos quos pro negotii qualitate viderint convocandos; ut quod omnes tangit, per omnes vel eorum partem saniorem agatur.

Non liceat ipsis abbatibus vel prioribus obedientiarios [1] in camera sua restituere vel destituere, nisi in capitulo tantum, ubi de his tractari debet; nec speciali quadam affectione obedientias [2] conferant, sed eas monachis discretis committant. Nulli tamen perpetuo conferantur; sed cum ex causa a suis obedientiis fuerint amovendi, amoveantur; et alii Deum timentes subrogentur.

Ecclesia munda sit; et ornamenta ecclesiæ ita munda, ut accedens ad divinæ laudis sacrificium immunditiam non abhorreat.

Negotiationes in ecclesiis non exerceantur, nisi temporibus nundinarum.

---

[1] *obedientiarios*] obedientiariis, MS.

[2] *obedientias*] obedientie, MS.

A.D. 1249. Audito signo, omnes ad ecclesiam et ad horas et Missas venire festinent; principium, medium, et finem, in omnibus Missis et horis expectent, nisi urgens necessitas eos excuset, non fallentes superiores, dicendo necesse quod non est; quia sic seipsos fallerent in facie Illius, Qui Judex est et Cognitor secretorum.

Fuit etiam provida deliberatione provisum, ut quando capitulum celebrabitur, primo die capituli celebretur una Missa de Sancto Spiritu, pro Romano Pontifice et curia Romana, pro rege Angliæ et regina et eorum hæredibus, et familiaribus nostri ordinis. Secundo die capituli celebrabitur una Missa pro fidelibus defunctis, pro animabus regum Angliæ, et nostri ordinis benefactorum, et omnium fratrum nostri ordinis defunctorum.

Post ultimum capitulum celebratum, et post celebrationem cujuslibet capituli generalis, in quolibet conventu nostri ordinis quam citius fieri poterit, fiat celebratio unius Missæ in conventu sollempnis, pro omnibus fratribus capituli defunctis et eorum familiaribus; et a quolibet sacerdote una Missa privata, et a quolibet inferioris ordinis unum Psalterium. Et ne supra vires, propter multitudinem quæ in quibusdam locis singularitate quadam fieri consuevit, monachi de cætero graventur, et ut eadem sit observantia apud omnes et idem ordo, communiter provisum est, ut in capis nulli psalmi familiares post horas canonicas de die, nec psalmi familiares de nocte, dicantur.

Injunctum est etiam visitatoribus in virtute obedientiæ, et sub pœna suspensionis a celebratione divinorum, ut secundum formam concilii generalis et illius Decretalis, "Ea quæ propter religionis honestatem, etc." visitent, corrigant, et reforment ea quæ fuerint corrigenda. Et qui visitationem admittere noluerint, per visitatores suspendantur; et si petie-

Decret. Gregorii IX. lib. iii. tit. 35, cap. 8.

rint, per eosdem absolvantur; data cautione de pa- A.D. 1249.
rendo judicio capituli generalis, et quod in posterum visitationem admittent. De monachis transmarinis, si visitari noluerint a visitatoribus, injungatur eisdem, ut ad proximum capitulum generale apud Oxoniam celebrandum veniant, quare a visitatoribus visitari non debeant ostensuri.

Caveant etiam ipsi visitatores, ne occasione ipsorum monasteria visitanda superfluis graventur expensis, sed omnia mensurate fiant; et taliter officium suum exequi studeant, ut a Deo dignam recipiant pro labore mercedem, ne si negligentes fuerint, sanguinem delinquentium de manibus ipsorum requirat Dominus ultionum. Erunt autem in proximo capitulo præsidentes de Sancto Edmundo et de Glovernia abbates, apud Oxoniam in ecclesia de Osenee.

Statutum est insuper ut in singulis monasteriis, singulis diebus in Missa Beatæ Mariæ Virginis, pro domino rege et regina et eorum liberis fiat memoria specialis, cum illa oratione, *Deus in Cujus manu*, etc.

Et ut præmissa statuta melius observentur et nihil de contingentibus omittatur, provisum est ut statuta ipsa una cum statutis concilii Lateranensis, et constitutionibus Gregorii Papæ noni, ordinem nostrum contingentibus, singulis annis in singulis recitentur conventibus, certis diebus ad hoc assignatis.

Item cum singula monasteria de beneficiis et elemosinis defunctorum habeant sustentamenta, ne animæ benefactorum defunctorum per omissionem et negligentiam Missis debitis priventur, statutum est, ut quicunque in conventu existens quatuor dies se a celebratione Divinorum subtraxerit, die quinto per abbatem vel priorem super hoc secretius corripiatur; et si non emendaverit, nec causam rationabilem ostenderit, die sequenti in capitulo super hoc publice proclametur.

92.

f. 94. *Item aliæ*[1] *litteræ ubi verbum lugubre continetur, scilicet*[2] *"quod duxerit acceptandum."*

Letter of the official of archbishop Boniface to bishop Grosseteste, enclosing the

Reverendo in Christo patri et domino Dei gratia episcopo Lincolniensi magister Hugo de Mortuo Mari, officialis domini Cantuariensis archiepiscopi, salutem cum reverentia et honore.

Literas domini Cantuariensis suscepimus in hæc verba:

B[onefacius] Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, dilecto officiali suo magistro Hugoni de Mortuo Mari salutem in Domino.

Mandatum Apostolicum suscepimus sub hac forma:

Letter of Pope Innocent IV. to archbishop Boniface in favour of his chaplain Albert, parish priest of Campilio, a relation of the queen. A.D. 1249.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Cantuariensi salutem et Apostolicam benedictionem.

Etsi sedis Apostolicæ benignitas consueta nonnullis extraneis et ignotis se in gratiarum exhibitionibus exhibeat liberalem, hos tamen libentius promotionis gratia reficit, congruis effert honoribus, et beneficiis potioris largitionis attollit, quos habet per rerum experientiam comprobatos. Cum igitur dilectus filius Albertus plebanus[3] de Campilio, capellanus noster, consanguineus carissimæ in Christo filiæ nostræ illustris reginæ Angliæ, quem experta familiaritas et familiaris experientia nobis et fratribus nostris reddunt carum plurimum et acceptum, sic probitatis suæ meritis honestatem vitæ decoret quod dignus Apostolicæ sedis gratia merito habeatur, nos volentes ipsum ob hoc et considerationem reginæ prædictæ specialis prosequi prærogativa favoris, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus quatinus eidem capellano in regno *Notandum.* Angliæ in ecclesiastico beneficio quod duxerit acceptandum, etiam si curam habeat animarum, auctoritate

[1] This follows No. 75. in the MS.

[2] *Scilicet . . . . . acceptandum*] Added afterwards to the heading, and written in black. See below, l. 32.

[3] *plebanus*] blebanus, MS.

vestra provideas vel facias provideri; non obstantibus si pro aliis in ecclesia in qua sibi provisum fuerit direximus scripta nostra, quibus auctoritate præsentium nolumus præjudicium generari; et statuto de certo canonicorum numero juramento vel confirmatione sedis Apostolicæ seu quacunque firmitate alia roborato aut indulgentia qua ejusdem regni prælatis et capitulis ab Apostolica sede dicitur esse concessum, quod ad receptionem seu provisionem alicujus compelli aut excommunicari vel interdici non possint per literas Apostolicas quæ de ipsa indulgentia non fecerint mentionem, sive aliqua contraria consuetudine, privilegio, seu aliqua alia indulgentia a sede Apostolica impetratis, per quæ posset super provisione ipsius nostra gratia impediri, vel quod idem alias beneficiatus existat; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum, etc. A.D. 1249.

Cum igitur his exequendis non possumus ad præsens personaliter interesse, vobis in hac parte committimus vices nostras donec eas duxerimus revocandas, mandantes vobis auctoritate præmissa qua fungimur, quatinus juxta prædicti mandati tenorem ea fideliter exequi procuretis, tantum inde facientes quod super hoc non possitis de negligentia reprehendi. Datum, etc.

Auctoritate igitur prædicti mandati vobis præcipiendo mandamus, quatinus si quid beneficium quod idem Albertus duxerit acceptandum in civitate aut diocesi vestra vacet ad præsens vel quam citius vacare contigerit, quod ad vestram collationem seu ad virorum religiosorum spectet præsentationem, conferatis eidem. Inhibemus etiam vobis et vos ab omni collatione seu confirmatione beneficiorum ecclesiasticorum suspendimus, ut alicui alii beneficium aliquod conferatis, donec eidem A[lberto] juxta mandatum Apostolicum sit provisum; auctoritate prædicta decernentes irritum et inane quicquid contra hæc fuerit attemptatum. Datum, etc.

93.

f. 98. *Decretales novæ Innocentii quarti, quarum auctoritate archiepiscopus Cantuariensis B[onefacius] intendebat visitare in sua provincia visitandos.*

Decretal of Innocent IV. on visitations. A.D. 1250. v. vol. v. p. 127.

Romana, *et infra.* Statuimus ut quilibet archiepiscopus, suam volens visitare provinciam, prius ecclesiæ suæ capitulum ac civitatem ac diocesim propriam plene visitare procuret. Nec sit solum erga majorum sed etiam minorum ecclesiarum, nec circa clericorum tantum sed etiam populorum, visitationem intentus. Et si commode vel absque difficultate accedere ad unamquamque non poterit, de pluribus locis ad unam congregationem clericos et alios studeat evocare, ne in illis visitatio postponatur. Deinde liceat ei per totam provinciam vel ejus partem visitationis officium exercere, civitates et dioceses, suffraganeos et eorum subditos cathedralium et aliarum ecclesiarum, monasteria et ecclesias, et alia religiosa et pia loca, cleros et populos, libere visitando, ac procurationes a locis tantum recipere visitatis. Ex quo tamen aliquam de ipsis diocesibus visitare ceperit, nunquam postea, sive totam sive partem ejus visitaverit, revertatur causa visitationis ad illam, priusquam omnes reliquæ ipsius provinciæ dioceses, in toto vel in parte, quam scilicet secreto secure poterit, et suæ denuo fuerint ab eo visitatæ. Quod si forte eadem diocesis, vel aliqua ibi ecclesia plus aliis indigeat visitari, tunc aliarum visitatione intermissa redeat ad eandem, si a loci diocesano requisitus extiterit, vel de omnium aut majoris partis episcoporum ejusdem provinciæ processerit consilio et assensu. Ad quod idem se pronos exhibeant, ne animarum profectus aliquatenus negligatur. Si vero maliciose in his difficultatem quamlibet adhibuerint, archiepiscopus super hoc licentiam postulet confidenter. Postquam autem semel omnes provinciæ

suæ dioceses visitaverit, licitum sit ei postea, prius A.D. 1250.
tamen suffraganeorum suorum requisito consilio, ipsius diffinitione super hoc habita coram eis quæ in scriptis redigi volumus, ut possint esse aliis nota, visitationem per eandem provinciam recitare, juxta modum superius annotatum. Et si non interveniat in hoc suffraganeorum ipsorum assensus, illam semper providentiam adhibendo, ut in posterioribus visitationibus illis, illas ecclesias illosque cleros et populos prius visitet qui non fuerant ab eo in prioribus visitati; nisi magis sit aliis visitationis officium oportunum. Sane hujusmodi impensurus officium pro[po]sito verbo Dei quærat de vita et conversatione ministrantium in ecclesiis, et Divino cultui deputatis; ac cæteris quæ ad officium ipsum spectant, absque contradictione et exactione qualibet juramenti, ad ipsorum emendationem per salubria monita, nunc levia, nunc aspera, juxta datam a Deo sibi prudentiam diligenter intendens. Quod si de aliquibus orta fuerit infamia contra eos, ordinariis ipsarum, ut super his solempniter inquirant, denuntiet, si viderit expedire. Notoria vero crimina, quæ examinatione non egeant, cum super his merito notari possit ordinariorum negligentia eorundem, libere corrigat, pœnam de illis debitam infligendo. Procurationes autem recipiat; nullam autem pecuniam, ipse vel aliquis de familia sua, occasione alicujus officii vel consuetudinis, seu quolibet alio modo earum nomine; sed in victualibus tantum recipiat moderatas. Caveant insuper, ne ipse vel quisquam suorum munus, quodcunque sic vel qualitercunque offeratur præsumat recipere; ut non *quæ sua sunt videantur* Philipp. ii. 21.
quærere, sed[1] *quæ Jesu Christi.* Quod si fuerit contra præsumptum, recipiens maledictionem inveniat; a qua nunquam nisi duplum restituat liberetur. Volumus enim in his fraudem quamlibet penitus evitari. Hanc autem visitandi formam ab universis etiam episcopis

[1] *sed*] si, MS.

A.D. 1250. aliisque prælatis, ordinario jure suos subditos visitantibus, plene observari præcipimus; salvis super hoc rationabilibus et approbatis religiosorum consuetudinibus et regularibus institutis.

94.

f. 98. *Responsiones episcopi.*

Answer of the bishop of London to this. Ad hoc quod dominus archiepiscopus monet dominum Londoniensem,[1] ut mandatum suum directum priori Sanctæ Trinitatis revocet; petit dominus Londoniensis, ut exhibeatur ei illud mandatum, in quo si fuerit aliquid corrigendum vel revocandum, paratus est illud facere quatenus fuerit de jure faciendum.

Petit dominus Londoniensis, ut idem una cum ipso eligant quatuor viros probos, fide dignos et jurisperitos, et ipse una cum quinto communiter electo audiant rationes domini episcopi pro se et subditis suæ ecclesiæ, et rationes domini Cantuariensis circa factum visitationis, et terminent negotium, si fieri possit, cum pace. Et si non conveniant in unam sententiam, consulant dominum Papam, et expectetur ejus diffinitio.

Aliter. Petit dominus episcopus, quod dominus archiepiscopus de facto revocet quod de facto fecit, circa sententias suas, per legitimas appellationes præventas; et medio tempore quiescat ab executione visitationis insolitæ; et faciat convocationem de fratribus et coepiscopis, et habito consilio eorum et deliberatione cum ipsis, fiat provisio quid faciendum sit, cum justitia, pace, et honestate ipsius archiepiscopi et subditorum. Et ipse episcopus cum subditis suis formam providendam recipiet et observabit uniformiter cum fratribus coepiscopis suis; et si fuerit dissensio inter episcopos, promittit pro se, quod majori et saniori parti adhærebit.

Aliter. Petit dominus Londoniensis, quod facta revocatione sententiarum suarum, sicut superius petitum

[1] Fulk Basset.

est, dominus archiepiscopus procedat ad visitationem reliquorum episcoporum provinciæ, sicut fecit in visitatione personæ; et subdito[s] suos dimittat in pace, donec dominus Papa consultus post audita et intellecta gravamina ecclesiarum ordinet expresse quid sit in talibus finaliter agendum. A.D. 1250. f. 98 *b*.

Notandum quoque, quod præcise denegavit archiepiscopus tam episcopo quam canonicis copiam sui autentici.

95.

Eventus infortunii transmarini secundum Templariorum[1] *mandatum.* f. 102.

Felices eventus, qui nuper domino regi Franciæ successerunt de hostibus fidei Christianæ, dilectioni vestræ declarare cupientes, significamus quod post adquisitionem terræ et civitatis Damiatæ dominus rex per totam æstatem in castris moram faciens, Nili inundatione elapsa, consilio prudentum experientiam regionis habentium, vicesimo secundo mensis Novembris castra movit cum exercitu suo et stolio magno navium victualia sursum per flumen deferentium. Versus Babiloniam procedens citra flumen quod versus Staneos labitur castra fixit, profundum non valens fluminis pertransire, ad obturandum alveum fluminis quod erat ex magno Nili fluvio derivatum, et construendum pontes per quos posset habere aditus ad hostes; efficaciter operari continuo faciens, quia hostes Sarraceni, in opposita parte fluminis collecti,[2] erectis fundibulis et machinis pluribus opus destruere et prohibere conabantur, non modi temporis ibidem operam amisit et labores. Mutato igitur consilio ac proposito, domi- Account of the battle of Mansourah, and the capture of S. Louis, A.D. 1250.

---

[1] *Templariorum*] Sic, but this letter, as may be seen in p. 196, 197, evidently was written by one of the Hospitallers.

[2] *collecti*] collecta, MS.

A.D. 1250. nus rex cum fratribus suis Atrabatensi, Pictavensi, et Andegavensi comitibus, Hospitalariis, Templariis, et aliis pluribus baronibus militibus secum assumptis, per locum sibi a quodam Sarraceno revelatum, relicta nostris et Hospitali Theutonicorum, duci Burgundiæ et comiti Britanniæ ac aliis custodia castrorum, octavo die mensis Februarii media nocte aquam fluminis pertransivit. Inde juxta deliberationem præhabitam ad castrum Babiloniæ plane procedens, ipsa castra cum maxima strage perfidorum adhuc in lectis jacentium occupavit. Porro dominus comes Atrabatensis cum Templariis, baronibus, et militibus pluribus, inter quos erat Willelmus Longa Spata, quasi præpollens probitate et animositate, licet dictus comes de convitiis et præsumptione ab ipsis, qui in bellicis negotiis sensus haberent exercitatos, civiliter satis corriperetur, et per festinum nuntium a rege destinatum instanter revocaretur, tamen major sibi se, versus casale quod Mansora dicitur currentes obviam habuerunt ibi omnem paganorum fortitudinem, cum quibus valido conflictu armorum præliantes per totam diem laborarunt. Tandem prævalente hostium fortitudine, adeo oppressi et afflicti fuerunt graviter, quod in illo bello comite elapso plures ex baronibus ac militibus et Templariis miserabiliter ceciderunt, immo fere omnes. Willelmus quoque Longa Spata, qui in illo certamine nomen æternæ benedictionis sibi adquisivit, cum suis migravit ab hoc mundo, præmia martirii in cælis adepturus. Ipse etiam rex interim in castris optentis subsistens cum suis crudeles impetus et læsiones non modicas ipsa die [sustulit], quia elevatum est cor Soldani et sui alacres ex successibus suis et victoria audaciores effecti sunt.

Proxima autem sequenti die, scilicet Veneris, undecima mensis, de sua læti sospitate sed de suorum casu tristes, amiserant enim de suis præstantioribus multitudinem magnam, convocato omni potentatu suo et

exhortationibus mutuis iterum fortiores convenerunt, A.D. 1250.
et undique, scilicet per terram et aquam, insultus terribiles fecerunt in exercitum Christianum. Et cum lanceis et gladiis ac telis variis accedentes, undique a mane usque ad vesperam velut pluviam sagittas mittendo, non cessaverunt persequi resistentes Christianos, usque ad liceas cominus impetuose nimis accedentes et ipsa regis castra impetentes. Divino tamen juvante auxilio hostes dampnificati de suis majoribus et melioribus gladio peremptis ultra quatuor milia amiserunt. In die vero quando istos rumores audivimus, gavisi sumus quam plurimum super victoria et regis successibus. Veruntamen ex aliis casibus qui a latere evenerunt non potuimus non dolere. Fames enim consequenter invaluit intolerabilis, quia mare nondum aptum fuerat ad navigandum, nec poterant cibaria deferri vel ad Damiatam per mare, vel ad exercitum per Nilum, qui ab hostibus diligenter sagittariis nocte dieque custodiebatur et viriliter defendebatur. In montibus et convallibus latentes inimici omnes vias et semitas observabant, qui iccirco nostris formidabiliores extiterant, quia tela habebant venenata cum igne Græco. Unde nostrates penuriam cibariorum non modicam in exercitu sustinebant; contabuerunt igitur fame et defecerunt tam equi quam homines; et qui prius fortes et audaces fuerant, jam debiles effecti miserabiliter languerunt.

Tandem vero peccatis nostris exigentibus cithara spei nostræ versa est in luctum, gaudiumque quod dolore permixtum gerebamus in lamentabilem exitum est consummatum. Conturbari merito tenentur viscera fidelium hoc audientium et oculi lacrimis inundare; Dominus enim quasi hostis ipse Deus confregit et præcipitavit coronam ecclesiæ universalis, robur scilicet et prosperitatem Franciæ; contrivitque fundamentum et gloriam legis Christianæ et fidei. O Deus, Cujus *investigabiles viæ sunt* et *abissus multa judicia*, nonne Rom. xi. 33. Ps. xxxv. 6.

A.D. 1250. venerunt fideles Tui ut hostes Tuos repellerent in natalem terram et propriam Tuam liberandam ab eisdem, vestigia pedum Tuorum ibidem adoraturi? Sed in hac re mortalibus manifeste ostendisti quam suspecta est hujus mundi lætitia. Sane in amaritudine et gemitu deplorare debet universitas Christiana horribilem casum qui die pestifera, sexta scilicet mensis Aprilis, contigit regi Franciæ et exercitui Christiano contra infideles militanti. Nec est hoc visum vel auditum hactenus evenisse. Veniens siquidem rex pro expugnatione perfidorum in villam quæ Mansora dicitur, per tres circiter dietas a Damiata distantem, fuit subito ibidem ab infinita infidelium multitudine undique, quasi insula vasto mari, circumdatus, qui vias terræ et aquarum ita artanter undique præcluserunt ut victualium solatio jam nostri penitus caruerunt. Cumque fere per quatuor menses angustiam maximam pabuli et duras invasiones ac crebras læsiones sæpius sustinuissent, miseros spiritus pro victualium inopia exhalarunt.
f. 102 b. Nec poterant homines in seipsis deficientes jumentis debilitatis aliud remedium reperire, nisi quod mortis aut martis se ancipitis discrimini committerent universi. Die igitur statuta versus Damiatam per flumen retrocedentes imbelles et imbecilles ab hostibus, qui custodes fluminis constituebantur, tela et ignem Græcum jaculantibus confodiebantur, comburebantur, et a bellatoribus trucidabantur aut submergebantur. Reliqui autem cum hostibus quamdiu poterant prælium conseruerunt. Sed quid poterant pauci contra tantam hostium multitudinem, jejuni et famelici contra alacres et refectos, locorum ignari contra indigenas? Steterunt tamen in agone certaminis cum inexplicabili sanguinis effusione, donec prævalente multitudine impiorum fuerunt, proh dolor! miserabiliter superati. Quod videntes quamplures de nostris, pro necis horrore, quam etiam perfecti sancti dicuntur formidasse, sese hostibus, porrectis per capulos ensibus, reddiderunt, se sperantes quandoque

redimendos. Veruntamen fere omnes usque ad anima- A.D. 1250.
rum exhalationem dimicabant; veram caritatem ad invicem conservantes in vita sua, in morte pretiosa veri martires non sunt separati, quia[1] omnes simul cum rege religiosi ac sæculares pœnam mortis vel carceris subierunt, ita quod nec unus ex ipsis qui prælio interfuerunt evasit. Et quis hæc sine lacrimarum profluvio enarrare potest vel reminisci, quando quidem tam nobiles, tam elegantes, tam spectabiles Franci trucidabantur, conculcabantur, vel ut latrunculi ab ignobilibus rapti trahebantur ad carceres, et arbitrio inimicorum Dei tractabantur et frend[ent]ibus dentibus irridebantur? Hinc dilacerabatur oloflamma, subpeditabatur balcanum, quod nunquam se meminit aliquis prævidisse. Illinc magnatum vexilla, ab antiquis temporibus infidelibus semper formidabilia, sanguine humano et equino imbuta sub pedibus hostium triumphantium, in Christum blasphemantium et in nostros subsannantium, vilissime pessundata contempnebantur. O quanta præmia expectare digni sunt qui pro Christo talia tolerarunt cum morte discrimina! Sed hæc secreto Dei judicio potius quam humano sunt commendanda. Legatus[2] vero cum patriarcha Jerusalem et quibusdam prælatis ac duce Burgundiæ ægritudine laborante in recessu regis a castris per galeas ascendentes, per flumen cum magno periculo et labore Damiatam pervenerunt. Aliud vero stolium navium in quibus recepti fuerant pedites inermes, debiles, et infirmi exercitus in magna quantitate sicut prius igne Græco, qui potius dici potest infernalis quam Græcus, combustum est et submersum cum instaurationibus, armis, equis, et divitiis. Et sciatis quod illud dampnum nobis illatum fuit per navigium Egiptiorum.

[1] In the margin is *Dolor.* Numerus captivorum xxv. milia militum nobilium; trucidatorum xv. milia. Commorantium in civitate Damiatæ v. milia, excepto populo constante ex mercennariis, garcionibus, mulieribus, et parvulis.

[2] Eudes de Chateau-Roux.

A.D. 1250. Noveritisque quod in ultimo bello fratres nostri conventus omnes perempti sunt, excepto vicemagistro et fratre Johanne de Bonay. Quatuor capti sunt et unus præter eos captus erat cum rege. Et tantummodo tres fratres domus militiæ Templi, prout apud Achon in confectione præsentium nobis fuerat intimatum, vix evaserunt, horribiliter tamen sauciati. Exploratores nostri nondum redierunt quos in Babiloniam miseramus. Primo bello quo cecidit comes Atrabatensis, Willelmus Longa Spata laudabiliter peremptus avolavit, de cujus societate nullus evasit, excepto domino Alexandro Giffard, quinque vulneribus vulnerato, qui tandem ut credimus in extremo bello cum rege aut captus est aut cum aliis interfectus. Et post præsentium confectionem [postquam] dominus rex esset captus, una cum Soldano ad decem annos treugam fecit tali conditione, quod ipse rex centum milia marcas argenti daret Soldano, et captivi a tempore belli Gazaras hinc inde redderentur. In qua treuga magister noster et captivi fratres nostri liberati sunt. Damiata vero restitueretur cum tota munitione tam armorum quam victualium inventa in ea quando rex cepit Damiatam. Christiani autem tenuerunt Jopen, Azothum, Cæsaream, Castrum Peregrinum, Cayfas, Caymotum, Nazareth, Saphotum, Beelford, Tyrum, et Canan Turoriis, quam Sarraceni occupaverunt quando rex fuit Damiatæ, et Sydonem cum pertinentiis eorundem, quæ in adventu regis Christiani antea tenebant. Et si orandum est pro animabus occisorum pro Christo, mementote animarum fratrum nostrorum qui occubuerunt, scituri quod ad centum et quadraginta de electis fratribus peremptis Deo animas, prout certe credendum est, reddiderunt.

Antequam rex captus fuisset, ipso adhuc ante Mansoram commorante et castra tenente, Soldanus optulit ei adhuc treugas comitis Ricardi, et Jerusalem, Askalonem, Tyberiadem firmatas; quæ omnia consilio quorundam prælatorum, maxime cujusdam fratris Prædi-

catoris, infeliciter sunt impedita. Et licet antea dixeri- A.D. 1250.
mus quod vicemagister Hospitalis captus fuisset vivus, audivimus postea quod occubuit cum drapario Hospitalis in conflictu ultimo. Hæ autem omnes lugubres adversitates, omnibus temporibus deplorandæ, dicuntur per superbiam domini Papæ et odium inexorabile quod habet contra dominum Frethericum Christianis evenisse. Immo etiam Sarraceni hoc idem affirmant. Optulerat enim ipse F[retherico] quicquid terræ Christianorum quandoque extiterat sine prælio et sanguinis effusione ; insuper Constantinopolitanam sedaret rebellionem, ita scilicet ut gratiam et pacem consequeretur. Quo oblato infortunato omine adhuc Papa recalcitravit. Veruntamen in dicti F[retherici] sinu reposita est spes nostra ut quandoque respiremus, sed valeret quomodolibet Papalis iracundia temporari.

Hanc epistolam, sed in aliquibus abbreviatam, transmisimus fratribus in Francia commorantibus, sed pleniorem vobis eam duximus transmittendam ; quia novi eventus qui emergunt stilum variant et materiam. Et si quid novi contigerit, vobis, quam maturius poterimus, intimabimus.

96.

Littera[1] *Apostolica contra sententiam prolatam in canonicos Sancti Pauli Londoniæ ab archiepiscopo Cantuariensi, eos volente visitare.* f. 101.

Letter of Innocent IV. in favour of the dean and canons of S.Paul's. 27 Sept. A.D. 1250. v. vol. v. p. 190.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis de Sancto Albano et de Wautham abbatibus, et archidiacono Sancti Albani, Lincolniensis et Londoniensis diocesum, salutem et Apostolicam benedictionem.

Ex parte dilectorum filiorum Henrici decani, Petri archidiaconi, Roberti cantoris, magistri Willelmi de Lichefeld, Guillelmi dicti[2] Lafaite, et Roberti dicti Monachi, canonicorum Londoniensium, fuit propositum

[1] A copy of this is in the Vatican Regesta Innocentii IV. t. ii. f. 21. It is there preceded by the letter addressed Henrico decano (ii. f. 20 *b*, No. 116), and the parts common to both are not repeated in the above.

[2] *dicti*] From Vat.

A.D. 1250. coram nobis, quod cum venerabilis frater noster Cantuariensis archiepiscopus ad Londoniensem ecclesiam impensurus in ea visitationis officium accessisset, capitulo ejusdem proponente ecclesiæ se ac ecclesiam suam ab ipsius jurisdictione liberos et immunes, ac ideo eundem archiepiscopum ad visitandum admittere sibique procurationis præstare obsequium recusante; idem archiepiscopus in personas eorum ob hujusmodi ejusdem capituli delictum excommunicationis sententiam auctoritate propria promulgavit, quam ipsi nuntiari nullam[1] humiliter petierunt. Ad quod memoratus archiepiscopus ex adverso respondit, quod non ob capituli, sed prædictorum decani et aliorum, delictum eandem in eos sententiam protulisset. Ipsius autem sententiæ forma in nostra et fratrum nostrorum audientia lecta fuit, cujus tenorem præsentibus inseri fecimus ad cautelam. Qui talis est:

Noverint universi, quod cum nos B[onefacius], Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, Cantuariensi et Rofensi civitatibus et diocesibus visitatis, venerabilem fratrem nostrum Londoniæ episcopum visitassemus, descendimus ad visitandum capitulum cathedralis ecclesiæ Sancti Pauli Londoniæ. Et monuimus viva voce, ac per alios fecimus sæpius ammoneri, decanum et capitulum prædictæ cathedralis ecclesiæ Sancti Pauli, ut nos tanquam metropolitanum suum, secundum formam a jure traditam, ad exercendum visitationis officium in eorum ecclesia admitterent reverenter. Quod ipsi decanus et capitulum facere inhumaniter denegarunt, affirmantes viva voce coram nobis, quod nullatenus nos reciperent ad prædictum
Notandum. visitationis officium exercendum; et tenentes clausa ostia chori atque capituli, ubi volebamus proponere verbum Dei, manifeste impediverunt[2] nos verbo et facto, ne possemus ibidem officii nostri debitum exer-

[1] *nullam*] So Vat., missam, MS.
[2] *impediverunt*] So Vat., impediverant, MS.

cere. Et quamdiu in corpore ipsius ecclesiæ Sancti Pauli fuimus præsentes, divinæ laudis organa pro suæ voluntatis libitu suspenderunt, in manifestam injuriam et grave præjudicium Cantuariensis ecclesiæ, ac animarum periculum, et scandalum plurimorum. Nos igitur offensam hujusmodi manifestam nolumus, sicut nec debemus, relinquere impunitam, ne cæteri exemplo similem assumant audaciam resistendi; præmissa com petenti monitione, quia nos ab exercendo visitationis officio tam temere et inhumaniter repulerunt, nec nobis super hoc parere et satisfacere curaverunt, Henricum decanum, Petrum archidiaconum, Robertum cantorem Londoniensem,[1] magistrum Guillelmum de Lichefelde, Willelmum Lafeite, et Robertum dictum Monachum, canonicos Londonienses, qui irreverenter se opponebant et præsentes aderant, et quos in hujusmodi contumaci[2] rebellione et contradictione evidenter nobis constabat esse culpabiles, auctoritate omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli et beatissimi patroni nostri Sancti Thomæ martiris gloriosi, in scriptis excommunicamus et excommunicatos fore publice nuntiamus. Actum Londoniis in prædicta ecclesia Sancti Pauli, die Martis post Ascensionem Domini, anno Ejusdem MCCL. A.D. 1250.

Auditis igitur et plenius intellectis, quæ a partibus fuere proposita hinc inde, nos præmissæ verba sententiæ perspicaci discretionis examine ponderantes, ac volentes super hoc prolixæ concertationis materiam, quæ in utriusque partis protelaretur dispendium, remedio salubris compendii removere; de prædictorum fratrum consilio pronuntiando decrevimus, prædictam sententiam, quatenus in prædictos Henricum decanum, Petrum archidiaconum, Robertum cantorem, et alios canonicos Londonienses propter delictum memorati capituli noscitur promulgata, nullam penitus extitisse; ipsosque per eam aliquo vinculo non teneri, nec per

[1] *Londoniensem*] om. Vat.

[2] *contumaci*] So Vat., contumacie, MS.

denuntiationem ipsius notandos esse aliquatenus vel vitandos. Super eo vero, quod idem proponit archiepiscopus, se in eos propter delictum ipsorum dictam sententiam protulisse, ipsum sicut de jure fuerit audiemus. Ideoque discrescioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus prædictæ sententiæ denuntiationes, quas ut dicitur contra præfatos decanum et alios fieri facit archiepiscopus supradictus, quatenus in prædictos canonicos Londonienses ob delictum capituli est prolata, faciatis omnino cassare,[1] contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Quod si non omnes his exequendis poteritis interesse, duo vestrum nihilominus exequantur. Datum Lugduni, quinto kalendas Octobris, pontificatus nostri anno octavo.

97.

f. 101 *b*. *Mandatum domini Papæ de negotio crucis mutato.*

Letter of Innocent IV. to the bishops of Lincoln and Chichester respecting the starting of the cruce signati, 10 June 1250.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Lincolniæ et Cicestriæ episcopis, salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum super agendis crucesignatis Angliæ, Iberniæ, et Walliæ ad transfretandum in Terram Sanctam in hoc instanti festo Sancti Johannis Baptistæ vobis super certa forma direximus scripta nostra, fraternitati vestræ per iterata scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatinus crucesignatos ipsos, illis duntaxat exceptis quos, a tempore quo carissimus in Christo filius noster rex Angliæ illustris crucem assumpsit, recepisse signum crucis constiterit, ad transfretandum in succursum terræ præfatæ juxta prioris mandati nostri tenorem, per vos et alios per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis, non obstantibus aliquibus literis optentis vel[2] optinendis, per quas revocare mandatum hujusmodi vel ei derogare in aliquo videretur, et de quibus

[1] *cassare*] cessare, Vat. | [2] *vel*] vel et, in the margin.

specialem in præsentibus oporteat facere mentionem, et constitutione[1] *de duabus dietis* edita in concilio generali. Quod si non ambo his exequendis poteritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur. A.D. 1250.

Datum Lugduni, quinto idus Junii, Pontificatus nostri anno septimo.

Hujus igitur auctoritate mandati universi episcopi per Cantuariæ provinciam constituti ad mandatum domini Cicestrensis illud sunt executi, sicut idem dominus episcopus apud Westmonasterium in festo Sancti Edwardi regis est testatus. Datum apud Lamhethe in octavis Sancti Martini anno Domini MCCL. The mandate carried out, Nov. 18, 1250.

98.

Item ut compellantur crucesignati transfretare. f. 101 *b*.

Viro venerabili domino S[imoni] Dei gratia abbati Sanctæ Crucis de Wal[t]ham, R[icardus] permissione divina Cicestrensis episcopus salutem in Christo Jesu. Letter of the bishop of Chichester enclosing a

Diligentiam vestram circa negotium crucis impensam in Domino commendantes, vobis tenore præsentium intimamus quod licet super agendis crucesignatis ad transfretandum in Terram Sanctam mandatum Apostolicum dudum receperimus, quod per Angliam fecimus publicari, veruntamen aliud postea supervenit mandatum quod quidem recepimus sub hac forma:

Innocentius, etc. venerabilibus fratribus Cicestriæ et Norwici episcopis salutem et Apostolicam benedictionem. Letter of Pope Innocent IV., sending a mandate to the cruce signati. f. 102. 16 Nov. 1250.

Quia propter miserabilem casum qui nuper, peccatis populi exigentibus, evenit in transmarinis partibus exercitui Christiano, non particulari sed generali subsidio indiget Terra Sancta, nos nolentes ut crucesignati regni Angliæ divisim et successive in dispen-

[1] *constitutione*] constitutionem, MS.

A.D. 1250. dium illius terræ transfretent, fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus quatinus ipsos, si necesse fuerit quod super hoc expectent nostræ beneplacitum voluntatis,[1] per censuram ecclesiasticam compellatis, non obstantibus aliquibus indulgentiis vel literis Apostolicis per quas id impediri vel differri possit, et de quibus specialem oporteat in præsentibus facere mentionem, excommunicationis sententiam relaxantes, si qua propter hoc in eos vel eorum aliquem est prolata. Quod si non ambo, etc.

Datum Lugduni, xvi. kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno octavo.

Hujus igitur auctoritate mandati vobis mandamus quatinus mandato priori si quid recepistis omnino supersedentes, præsens mandatum in forma prædicta per parrochiam vestram publicari faciatis.

Hoc idem domino abbati de Sancto Albano per vos duximus significandum.

99.

f. 185. *Opera Ricardi Pictoris usque ad annum Domini* MCCL. *infra ix. annos et dimidium.*

Catalogue of the works of Richard the Painter. [These are rough notes, partly effaced, and very difficult to decipher.]

Deauratio magnæ crucis et Mariæ et Johannis supra magnum altare.

Crista feretri cum quodam aurifabro.

Almariolum in ecclesia positum contra tumulos[2] . . . . . .

Superaltare ad Sanctum Johannem.

Pictura[3] aulæ et thalami, cum uno adjutore, scilicet patre suo, in aula.

Tabula in[4] infirmaria per fratrem Johannem de Walingeforde.

---

[1] Some words seem to be omitted here, probably *ad transfretandum in succursum terræ præfatæ.*

[2] The words following are illegible.

[3] See the account of this work in the Gesta Abbatum, i. p. 314.

[4] *in . . . Walingeforde*] Written over an erasure.

Tabula apud Walingeforde. A.D. 1250.

Vexillum deauratum; iterum alium.

Transtrum apud Hertford, et pictura Mariolæ cum tabernaculo præter tabulas quas fecit abbati.

Capitulum.

Tabula de Hertford.

Laterna Sancti Albani[1] . . . .

Comodabatur[2] Walthomiæ.

Tabula et superaltare in capella Sancti Edmundi et Sancti Oswini.

Magnum candelabrum.

Comodabatur[2] Rogeri de Turkeby.

Comodabatur[2] Bel . . .

100.

Mandatum magistri Hospitalis. f. 121.

Letter of William de Chateau Neuf, master of the Hospitallers, to Walter de S. Martino, with an account of the delivery of S. Louis. A.D. 1251. v. vol. v. pp. 202, 211.

Religioso, egregio, et prudenti amico præcipuo et specialissimo, fratri Gualtero de Sancto Martino Prædicatori, frater Guillelmus de Castro Novo, sanctæ domus Hospitalis Jerusalem Dei gratia magister humilis, salutem et se totum ad ejus voluntatem.

Sperantes quod de Terra Sancta vos delectet nova qualia sunt audire, de ipsis significandum duximus; quia post ruinam illam inexplicabilem, quam dominus rex Francorum et totus exercitus Christianus, superatus et captus ab hostibus, passus est in Ægypto, divina clementia operante, præfatus rex miraculose liberatus venit in civitatem Acconiam, cum fratribus suis et aliquibus nobilibus principibus, quibus Dominus in confusione vitam de interitu conservavit. Et quia sine derogatione sullimitatis regiæ absque treuga terram Syriæ in casu amissionis relinquere non poterat, fratres suos et alios nobiles omnes remisit in Fran-

[1] The words following are illegible.

[2] Sic.

A.D. 1251. ciam pro succursu, deliberans moram facere, donec per subsidium gentis suæ et aliorum Christi fidelium posset superbiam perfidorum conterere, aut treugis mediantibus Terram Sanctam in statu prospero ordinare. Licet autem in præsentium confectione inter Alapensium et Babiloniorum Soldanos discordia magna esset, per quam sperari poterat quod compositio treugæ competentis intervenire deberet, non tamen nobis apparebat, quia experti sumus versutias paganorum, quod incentivo aliquorum et plurium ad hoc concordantium speratum veniret ad effectum. Processu vero temporis, cum res clarius patebunt, de eventu ipsarum prudentiam vestram reddere curabimus certiorem. Vale.

101.

Idem eidem W[altero].

Second letter of William de Chateau Neuf to Walter de S. Martino on the release of the Hospitallers and their arrival at Acre.

Religioso et honesto viro, amico carissimo et speciali Hospitalis, fratri Gualtero de Sancto Martino Prædicatori, frater Guillelmus de Castro Novo, Dei gratia sanctæ domus Hospitalis Jerusalem magister humilis, et pauperum Christi custos, salutem et paratam ad beneplacita voluntatem.

Quia intelleximus quod vestri gratia domum Hospitalis et fratres semper sincere dilexistis, et ad ejus voluntates fideliter aspirastis, liberalitati vestræ grates inde referimus copiosas, significantes, quod ex hoc nos et fratres omnes Hospitalis vobis debitores constituistis, et habebitis ad quælibet beneplacita perpetuo obligatos. De nobis, si audire delectat, notificantes, quod per Dei gratiam cum triginta de fratribus nostris et aliis religiosis et sæcularibus multis, domini regis Franciæ interventu de carcere Babiloniorum liberati, decimo septimo die mensis Octobris civitatem intravimus Acconiam, multitudinem maximam fidelium in captivitate Ægipti relinquendo, quam speramus cum

Dei auxilio in proximo liberandam. Inter Soldanos Babiloniorum et Alapensium discordia magna viget, per quam confidimus, quod si succursus militiæ de transmarinis partibus venerit, conditio Terræ Sanctæ prosperabitur et hostium superbia conteretur. Vale.[1] A.D. 1251.

102.



Hi rumores de statu Terræ Sanctæ ad nos venerunt anno Domini MCCLII. *in festo Natalis sancti Johannis.* f. 121.

Letter of Joseph de Caucy, treasurer of the Hospitallers at Acre, to Walter de S. Martino, with an account of the state of things in Palestine, 6 May 1252. v. vol. v. p. 305.

Venerabili ac dilecto sibi in Christo fratri Galtero de Sancto Martino frater Joseph de Caucy, sanctæ domus Hospitalis Jerusalem humilis Achon thesaurarius, salutem et prosperos ad vota successus.

De rumoribus Terræ sanctæ vestra dilectio non ignoret, quod illustris rex Franciæ, qui moram per annum apud Cæsaream Palestinæ jam explevit, eam faciendo murorum et fossatorum ambitu circumcingi, quod opus in confectione præsentium fere fuerat adimpletum, (nuntiis iterum tam ex parte Soldani Halapiæ, quam eorum qui videntur in præsenti habere dominium Babiloniæ [et] potestatem, ad dominum regem prædictum causa tractandi super treugarum fœdere ad invicem confirmando sæpius destinatis, tandem dictum Soldanum Halapiæ ad treugam aliquam dictus rex non admittens,)[2] cum Babiloniis in hebdomada Paschali ultimo præterita usque ad quindecim annos firmavit treugas, juramento præstito corporali, hinc inde, tali forma: " Quod dicti Babilonii cum residuo captivorum " Christianorum superstitum, quos in alia forma treu- " garum, quando dominum regem tenebant, se spopondе- " runt reddituros, totam terram citra flumen Jordanis,

[1] At the foot of the page the two sides of the " Bulla plumbea " magistri Hospitalis " are drawn.

[2] *admittens*] admittentem, MS.

A.D. 1252. " a quolibet Sarraceno detentam, domino regi restitue-
" runt; exceptis videlicet Gazara, Gibilino, Grandigerino,
" et Darone, quæ circa treugam Babiloniis remanebunt."
Fuit insuper ordinatum, quod nisi Babilonii exercitum suum haberent apud Gazaram, infra mensis Maii medium post præsentium datam literarum, ac rex infra idem tempus exercitum suum ad partes Joppenses de Cæsarea conduxisset, dictæ treugæ confœderatio nulla foret. Cum vero Soldanus Halapiæ, dictorum Babiloniorum adversarius manifestus, in confectione præsentium in Damasco moraretur, totam terram detinens occupatam ad quendam locum qui Cascy nuncupatur inter Gazaram et Daronem, contra dictos Babilonios duodecim milibus bellatorum, aliis tribus milibus expectatis futuris ac venturis in proximo dictis duodecim milibus adjungendis, licet dictorum Babiloniorum totum posse sex vel septem milibus armatorum, quorum partem optinebant dimittere in partibus Babiloniæ pro defensione dictæ terræ contra Beddewinos et alios indigenas, minime numerum excedebant; nec dicti regis exercitus tantæ fortitudinis est, qui posset ipsis Babiloniis, si opus ingrueret, ad oportunitatem subvenire, cum nondum haberet inter religiosos et sæculares, computatis centum militibus quos rex sperabatur se-
f. 121 *b.* cum noviter adducere, nisi tantum ducentos milites et quater centum Turcopulos equites bellatores; unde nos et alii quamplures eramus in dubio, quod dictis Babiloniis non pateret aditus veniendi, et sic treugæ dictæ nullum robur habuerunt. Insuper volumus vos non latere, totam terram cismarinam a Christianis habitatam, præter Armeniam gratia treugarum quas rex ejusdem terræ iniit cum Soldano Yconii in tolerabili statu esse, nunc in pejori conditione et statu esse quam unquam viderimus. Nam terra Anthiochiæ, quorundam perfidorum nomine Fercomannorum sævitia in ea diutius debaccante, est penitus devastata, unde ipsius civitatis Antiochiæ perditionis

periculum in proximo formidatur, suis eam habitatoribus deserentibus et fugientibus præ timore. De qua sceleratа gente decem milium multitudo, ad quendam locum quæ Cæsarea Magna dicitur jam progressa, et ibi causa morandi fixis tentoriis suis, terram nostram Crecti ac aliorum versus Tripolim percurrens, multis casalibus combustis, ac quatuor milibus grandium de nostris secum adductis, et plurium hominum strage facta, et multitudinem captivorum secum trahens, ad dictum locum Magnæ Cæsareæ est reversa; moram ibi faciens, donec totam terram destruxerint nisi Dominus propitietur. Creditur etiam in auxilium Soldani Halapiæ contra nos profectura, cujus exhortatione prædicta omnia sunt patrata. A.D. 1252.

Datum secundo nonas Maii.

Hi rumores divulgabantur, in Assumptione beatæ Mariæ.

103.

Henricus Dei gratia, etc. rex, vicecomiti tali vel tali salutem. Sciatis quod ad pacem nostram firmiter observandam provisum est de consilio nostro, quod vigiliæ fiant in singulis civitatibus, burgis, et omnibus aliis villis comitatus tui, a die Ascensionis Domini usque ad festum Sancti Michaelis; scilicet in singulis civitatibus ad singulas portas [1] per sex homines armis munitos, et in singulis burgis per duodecim homines, et in singulis villis integris per sex homines vel quatuor ad minus, similiter armis munitos, secundum numerum inhabitantium. Et vigilent continuo per totam noctem ab occasu solis usque ad ortum; ita quod si aliquis extraneus transitum per ipsos faciat, arestent usque mane; et tunc si fidelis sit dimittatur, et si suspectus sit vicecomiti liberetur, qui ipsum sine omni difficultate et dilatione recipiat et salvo custodiat. f. 111. Writ of Henry III. respecting those sworn to bear arms. 20 May 1252.

[1] *portas*] partes, MS.

A.D. 1252. Si vero hujusmodi extranei transitum facientes se non permiserint arestari, tunc prædicti vigiles uthesium levent super eos undique, et eum insequantur cum tota villata et vicinis villatis, cum clamore et uthesio de villa in villam, donec capiantur; et tunc liberentur vicecomiti, sicut prædictum est. Ita quod nullus occasione hujusmodi arestationis vel captionis extraneorum per vicecomitem vel per ballivos suos occasionetur. Et singulæ civitates, burgi, et villæ præmuniantur ad singulas prædictas vigilias et sectas ita diligenter faciendum, ne defectum illorum graviter punire debeamus. Provisum est etiam quod singuli vicecomites una cum duobus militibus ad hoc specialiter assignatis circumeant comitatus suos de hundredo in hundredum et civitates et burgos, et convenire faciant coram eis in singulis hundredis, civitatibus, et burgis, cives, burgenses, libere tenentes, villanos, et alios ætatis quindecim annorum usque ad ætatem sexaginta annorum; et eosdem faciant omnes jurare ad arma, secundum quantitatem terrarum et catallorum suorum; scilicet ad quindecim libratas terræ unam loricam, capellum ferreum, gladium, cultellum, et equum; ad decem libratas terræ unum habergetum, capellum ferreum, gladium, et cultellum; ad centum solidatas terræ unum purpunctum, capellum ferreum, gladium, lanceam, et cultellum; ad quadraginta solidatas terræ et eo amplius usque ad centum solidatas terræ, gladium, arcum, sagittas,[1] et cultellum; qui minus habent quam quadraginta solidatas terræ, jurati sint ad falces, gisarmas, cultellos, et alia arma minuta; ad[2] catalla sexaginta marcarum unam loricam, capellum ferreum, gladium, cultellum, et equum; ad catalla quadraginta[3] marcarum unum haubercum, capellum ferreum, gladium, et cultellum; ad catalla viginti marcarum unum purpunctum, capellum ferreum, gladium, et cultellum; ad

f. 111 *b*.

[1] *sagittas*] Inserted in the margin.

[2] *Ad . . . equum*] Inserted in the margin.

[3] *quadraginta*] lx[a], MS.

catalla decem marcarum gladium, cultellum, arcum et sagittas; ad catalla quadraginta solidorum et eo amplius usque ad decem marcas, falces, gisarmas, et alia arma minuta. Omnes enim alii qui possunt habere arcus et sagittas extra forestam habeant; qui vero in foresta, habeant arcus et pilatos. In singulis civitatibus et burgis jurati ad arma sint coram majoribus civitatis et præpositis, et ballivis burgorum ubi non sunt majores. In singulis vero villatis aliis constituatur unus constabularius vel duo, secundum numerum inhabitantium et provisionem prædictorum. In singulis vero hundredis constituatur unus capitalis constabularius, ad cujus mandatum omnes jurati ad arma de hundredis suis conveniant, et eis sint intendentes ad faciendum ea quæ spectant ad conservationem pacis nostræ. Clamare etiam faciant singuli vicecomites per civitates et burgos et omnia mercata ballivorum suorum, quod nulli conveniant ad turniandum vel burdandum, nec ad alias quascunque aventuras. Nec etiam aliqui incedant armati, nisi specialiter fuerint ad custodiam pacis nostræ deputati. Et si aliqui fuerint inventi, sive incedentes armati, contra hanc provisionem nostram, arestentur et vicecomiti liberentur. Et si se non permiserint arestari, tunc constabularii singulorum hundredorum et villatarum, et alii quicunque sint, uthesium levent super eos undique et cum vicinis villis, et de villa in villam ipsos insequantur, donec capiantur et vicecomiti liberentur, sicut prædictum est. Quotiens autem contigerit hutesium levari super quoscunque perturbatores pacis nostræ, prædones, et malefactores in parcis vel vivariis, statim super eos fiat uthesium, et ipsos insequantur, donec capiantur et vicecomiti liberentur, sicut de aliis prædictum est. Et omnes vicecomites, et eorum ballivi, constabularii, jurati ad arma, cives, burgenses, libere tenentes, et villani, talem sectam faciant propter prædictos malefactores, ne ipsi malefactores evadant; et ne, si pro A.D. 1252.

A.D. 1252. eorum defectu evadant hi in quibus defectus inventus fuerit, graviter puniri debeant; et sic per consilium nostrum puniantur, quod pœna illorum aliis metum incutiat et auferat materiam delinquendi. Suspectos[1] autem de die per quascunque arestationes recipiant, arestatos vicecomites sine dilatione et difficultate salvo custodiant, donec per legem terræ deliberentur. Et ideo tibi præcipimus, quod sicut corpus tuum et omnia tua diligis, una cum dilectis et fidelibus nostris Henrico filio Bernardi, Petro de Godlintuna, quos tibi ad hoc assignavimus, omnia prædicta sub forma præscripta cum diligentia exequaris, ne pro defectu tui et prædictorum H[enrici] et P[etri] ad te et ad ipsos nos graviter capere debeamus.

Teste archiepiscopo Eboracensi apud Westmonasterium, vigesimo die Maii, anno regni nostri, scilicet Henrici filii regis Johannis, tricesimo sexto.

Item signum columbæ.

104.

f. 103 *b*. Letter of Innocent IV. granting power of free election and ordination to churches. 23 May 1252. v. vol. v. p. 428.

Innocentius[2] quartus, episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, universis patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, et aliis prælatis, necnon capitulis, conventibus, et collegiis ecclesiarum, salutem et Apostolicam benedictionem.

Et qualitas temporis, quod diebus istis potissimum fuit ob eorum malitiam modis variis redimendum, et nonnullorum instantia importuna extorsit, quod de archiepiscopatibus vel episcopatibus seu abbatiis et prioratibus mandavimus per nostras literas in diversis partibus provideri; sed sanius reputantes provideri ecclesiis, præsertim cum de ipsarum regimine agatur, quam personis, providendi et ordinandi canonice de præmissis omnibus liberam illis ad quos prædictorum Cf. Eph v. 16.

[1] *suspectos*] suspectus, MS.

[2] This letter is given in the Regesta Innocentii IV. (Vat.), Regist. ii. f. 172. It is repeated below, f. 108 *b*.

electio, ordinatio, seu collatio sive provisio pertinet, A.D. 1252.
concedimus auctoritate præsentium potestatem; non obstantibus quibuslibet literis generalibus vel specialibus, sub quacunque forma verborum, super quorumcunque promotionibus vel provisionibus, impetratis a sede Apostolica vel legatis ipsius aut etiam impetrandis; seu reservationibus, vel prohibitionibus, aut nominationibus, earundem litterarum auctoritate factis vel faciendis, aut processibus per eas habitis vel habendis in posterum. Quæ omnia volumus viribus omnino[1] carere; nos enim quicquid contra[2] hujusmodi concessionis nostræ tenorem et libertatem juris, seu potestatis nostræ, in hac parte a quoquam hujusmodi literarum occasione factum est vel fuerit, vel præsumptum,[3] decernimus irritum et inane; interdicti, suspensionis, et excommunicationis sententias, si quæ literarum nostrarum[4] prætextu latæ sunt, hactenus relaxantes, et quas deinceps promulgari contigerit, censentes penitus nullas esse; inhibitionibus per nos et legatos nostros super non eligendis prælatis in ecclesiis civitatum et diocesum ecclesiæ Romanæ rebellium, cum eas vacare contigerit, generaliter factis, nihilominus in suo robore duraturis.

Datum Perusii, decimo kalendas Junii, pontificatus nostri anno nono.

Hæ literæ publicatæ fuerunt eodem anno infra octavas decollationis Sancti Johannis.

105.

Item pro appellationibus dilatoriis et injuriosis. f. 107 *b.*

Letter of Innocent IV. on behalf of

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Sancti Albani, Sancti Edmundi, et de Waltham,[5]

[1] *omnino*] from Vat. The copy in f. 108 *b.* has *omnibus.*

[2] *contra*] from Vat.

[3] *præsumptum*] so Vat. præusurpatum, MS.

[4] *nostrarum*] ipsarum, Vat.

[5] This letter is also in the Vatican Regesta Innocentii IV. ii. f. 185.

the suffragans of Canterbury on the matter of prolonged and injurious appeals. 1 June 1252.

Lincolniensis, Norwicensis, et Londoniensis diocesum, abbatibus, salutem et Apostolicam benedictionem.

Ex parte venerabilium fratrum nostrorum Elyensis, Lincolniensis, Wigorniensis, Londoniensis, Norwicensis, Cicestrensis, Exoniensis, Conventrensis et Lichefeldensis, Saresberiensis, Bathoniensis et Wellensis, Menevensis, de Sancto Asaph, et Rofensis episcoporum, et dilecti filii Wintoniensis electi, provinciæ Cantuariensis, nobis extitit intimatum, quod si quando ab eis pro aliqua causa a suis subditis ad sedem Apostolicam necnon et ad metropolitanum appellari contingat, idem metropolitanus, ut eosdem subditos [in][1] interpositis ad sedem eandem appellationibus foveat secundum ipsius provinciæ consuetudinem, suum officium interponit pro ipsis subditis contra eosdem episcopos prætextu defensionis hujusmodi, sive legitime sive illegitime appellatum existat, indifferenter eisdem episcopis ne post appellationes subditorum ipsorum procedant pro suo libito prohibendo; quocirca discretioni[2] vestræ per Apostolica scripta mandamus quatinus metropolitano ipsi auctoritate nostra inhibere curetis, ne jurisdictionem episcoporum et electi eorundem aliquatenus impediat, [aut][3] ad hujusmodi prohibitionem procedat, prius quam constiterit fore a prædicta sede tales appellationes admissas, eum si qua præsumpserit ab hac præsumptione monitione præmissa auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, salva eidem metropolitano taliter appellationum tuitione; ne in personis vel rebus capiantur fidejussoribus, aut pignoribus seu quibuslibet aliis obligationibus aggraventur, quia secundum formam juris suas valeant appellationes prosequi ad sedem Apostolicam interjectas. Non obstante si ei ab Apostolica sede indultum existat, quod per literas Apostolicas interdici

[1] *in*] From Vat.
[2] *discretioni . . . scripta*] om. Vat.
[3] *aut*] From Vat.

aut excommunicari nequeat aut suspendi, nisi in eisdem literis de indulto hujusmodi et toto tenore ejus [1] de verbo ad verbum plena et expressa mentio habeatur. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. A.D. 1252.

Datum Perusii, kalendis Junii, Pontificatus nostri anno nono.

106.

Mandatum Papæ de sex milibus marcis solvendis. f. 107 *b*.

Letter of bishop Grosseteste, enclosing

R[obertus] Dei gratia Lincolniensis episcopus dilectis in Christo filiis, omnibus archidiaconis per Lincolniensem diocesim constitutis salutem, gratiam, et benedictionem.

from the bishops of Worcester and London

Venerabilium patrum W[alteri] Wigorniensis et F[ulconis] Londoniensis episcoporum literas recepimus in hæc verba:

Venerabili in Christo domino R[oberto] Dei gratia Lincolniensi episcopo W[alterus] divina permissione Wigorniensis et F[ulco] Londoniensis episcopi salutem et sinceræ caritatis in Domino semper aucmentum. Domini Papæ mandata suscepimus sub hac forma:

two letters of Pope Innocent IV. demanding payment of 2,000 marks to the proctor of the province of Canterbury. 5 June 1252.

Innocentius episcopus, etc., venerabilibus fratribus Lincolniensi, Wigorniensi, et Londoniensi episcopis salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum dilectus filius Johannes, vester et aliorum prælatorum et clericorum provinciæ Cantuariensis procurator, commune omnium vestrum persequendo negotium, gravia subierit onera expensarum, ac ob hoc multis debitis obligatus duo milia marcarum præter illa quatuor milia, in quibus nobis ex parte vestra servivit et pro quibus colligendis alia scripta dirigimus, receperit mutuo de nostra licentia speciali;

[1] *ejus*] ipsius, Vat.

A.D. 1252. fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus quatinus prædicta duo milia per omnes ecclesias non exemptas ejusdem provinciæ, civitatis, et diocesis Cantuariensis, ecclesiis ac proventibus archiepiscopalibus duntaxat exceptis, æqualiter consideratis singularum facultatibus, partientes, ipsas earumque personas ad solvendum quod eis imposueritis per vos et alios, quos ad id colligendum deputandos duxeritis, per censuram ecclesiasticam appellationibus postpositis compellatis ; non obstante si aliquibus de partibus illis quod excommunicari, suspendi, interdici, aut compelli ad aliquam provisionem non valeant a sede Apostolica sibi [sit] indultum, et universis privilegiis, indulgentiis, vel literis Apostolicis generalibus vel specialibus sub quacunque verborum forma optentis et optinendis, et quibuslibet aliis per quæ id impediri vel differri valeat, et de quibus specialem et expressam fieri oporteat in præsentibus mentionem, et constitutione *de duabus dietis* edita in concilio generali.

Datum Perusii, nonis Junii, Pontificatus nostri anno nono.

Item Innocentius episcopus, etc., venerabilibus fratribus Lincolniensi, Wigorniensi, et Londoniensi episcopis salutem et Apostolicam benedictionem.

Gratum gerimus et acceptum, vestram et venerabilium fratrum coepiscoporum vestrorum devotionem dignis in Domino laudibus commendantes, ex eo quod vos et iidem episcopi nominati, compatientes ecclesiæ Romanæ, sibi nuper quatuor milia marcarum spontanei, quod nobis est acceptius, contulistis. Quia vero absque gravamine vestro non posset ut asseritur hoc de vestris propriis fieri, sic de levi placuit nobis ut ad conferendum vobiscum omnes viros ecclesiasticos provinciæ Cantuariensis non exemptos, civitate ac diocesi Cantuariensi exceptis, compelli paterna sollicitudine

faceremus; attendentes igitur quod favoris prosecutione A.D. 1252.
dignum est votum vestrum adimplere, ac gerentes de
circumspectione vestra fiduciam in Domino pleniorem,
fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus,
quatinus prædictum subsidium per omnes ecclesias f. 108.
ejusdem provinciæ non exemptas prædictarum civitatis
et diocesis, ecclesiis ac proventibus archiepiscopalibus
scilicet duntaxat exceptis, æqualiter consideratis sin-
gularum facultatibus, partientes, ipsas earumque per-
sonas ad solvendum quod eis imposueritis per vos vel
per alios, quos ad id colligendum deputandos duxeritis,
per censuram ecclesiasticam auctoritate Apostolica com-
pellatis; non obstante si aliquibus de partibus illis
quod excommunicari, suspendi, vel interdici, aut com-
pelli ad aliquam provisionem non valeant[1] a sede Apo-
stolica sit indultum, et universis privilegiis, indulgen-
tiis, vel literis Apostolicis generalibus vel specialibus
sub quacunque forma verborum optentis et optinendis,
et quibuslibet aliis per quæ id impediri vel differri
valeat, et de quibus specialem fieri oporteat mentionem,
et constitutione *de duabus dietis* edita in concilio
generali.

Datum Perusii, nonis Junii, pontificatus nostri anno 5 June
nono. 1252.

Horum igitur auctoritate mandatorum vobis manda-
mus in virtute obedientiæ qua sedi Apostolicæ tene-
mini, quatinus singularum ecclesiarum et præbendarum
taxationem antiquam et ecclesiarum quæ sunt appro-
priatæ quibuscunque, item omnium abbatiarum, prio-
ratuum, et aliorum locorum religiosorum, æstimatione
habita quantum ad bona temporalia eorum et omnium
beneficiorum ecclesiasticorum vestræ diocesis, per ali-
quos fideles viros citra festum beatæ Luciæ virginis

[1] *valeant*] valeat, MS.

A.D. 1252. inquiri faciatis diligenter. Omnium et singularum portionum summam cum particulis aggregantibus summam totalem nobis vel vices nostras gerentibus citra festum Sanctæ Luciæ patenter et distincte cum suis particulis in scripto sigillis vestris sigillato ad ecclesiam Sancti Pauli Londoniæ transmittere procuretis.

17 Oct. 1252. Datum Londoniæ, xvi. kal. Novembris, anno Domini MCCLII.

Hujus igitur auctoritate mandati vobis mandamus in virtute obedientiæ, firmiter injungentes quod singularum ecclesiarum taxationem antiquam et ecclesiarum quæ sunt approbatæ quibuscunque, item omnium abbatiarum, priorātuum, et aliorum locorum non exemptorum, æstimatione habita quantum ad bona temporalia eorum, necnon et omnium beneficiorum ecclesiasticorum vestræ diocesis, per vos citra festum Sancti Nicholai inquiri faciatis diligenter, et omnium et singularum portionum summam cum particulis suis aggregantibus summam totalem nobis die beati Nicholai ad ultimum aperte et discrete cum suis particulis in scripto per vos in singulis archidiaconatibus vestris redactis sigillatim sub sigillis vestris signato ad nos, ubicunque fuerimus in nostra diocesi vel extra, transmittere faciatis ; præterea omnium bonorum temporalium magistri ordinis de Simplingham,[1] priorum, et monialium ejusdem ordinis in ecclesiis eorundem parrochialibus non existentium quia cum aliis taxabuntur, separatim et sigillatim ab aliis æstimationibus. De his quæ in vestris archidiaconatibus optinent simili modo ad prædictum diem summam transmittatis totalem.

Henfield, 30 Oct. 1252. Datum apud Henefeld,[2] tertio kal. Novembris, pontificatus nostri anno xviii. Valete.

[1] *i.e.*, Sempringham.

[2] The only place that seems to be known of this name is in Sussex.

Unusquisque vestrum rescribat nobis ad eundem terminum quantum sit apud ipsum de residuo contributionis factæ anno præterito, quando de qualibet marca collecti fuerunt duo denarii pro nuntiis ad curiam destinandis.

107.

f. 111. Letter of the abbats of Gloucester and Westminster to the monasteries in the province of Canterbury on the chapter held at Osney abbey. 21 Sept. 1252.

J[ohannes] Dei gratia abbas Gloucestriensis, præsidens capitulo generali, et R[icardus] eadem gratia abbas de Westmonasterio subrogatus loco abbatis de Sancto Edmundo de consensu totius capituli, in festo Sancti Mathæi anno Domini MCCLII., apud Oxonias in ecclesia de Osenee, universis abbatibus et prioribus proprios abbates non habentibus per Cantuariensem diocesim constitutis, salutem in Domino sempiternam.

Crucis Christi fideles Christicolæ crucem fideliter obsequuntur, cum in crucis suspendio universorum Christum colentium delicti veteris tollatur suspendium. Monet etiam ipsa Veritas crucem confidenter obsequi, ut crucis caractere insigniti insignis ejusdem signi sui sint singuli portitores. Scriptum est enim, *Exeamus ergo extra castra, portantes improperium Crucifixi.* Heb. xiii. 13. Nos autem sequaces Crucifixi Qui peccatum non fecit, jugum Domini suave sponte humeris nostris imponentes, sanctæ sumpsimus habitum religionis, ut sub eo tanquam incliti bellatores Christo militantes, terrestria deprimamus, cælestia capiamus; juxta quod dicitur, *quæ sursum sunt sapite, non quæ sunt terrena.* Col. iii. 2. Sic igitur sanctæ religionis misterium confitentes, sanctorum institutiones patrum necnon et regulares observantias astringimur observare, et ad observandum subditos exemplariter invitare, et etiam ultra compellere si qui fuerint resistentes. Inter quas observantias non inconsulte sancitum est, ut nostri ordinis abbates uni-

A.D. 1252. versi et priores proprios abbates non habentes de triennio in triennium convenire debeamus, ut si qua in ordine nostro fuerint reformanda, per omnes sicut decet salubriter reformentur, ut quod omnes tangit ab omnibus approbetur. Nos autem, prædicto capitulo de communi abbatum et omnium procuratorum qui præsentes aderant consensu præsidentes, juxta morem solitum de quibusdam articulis honorem nostri ordinis contingentibus tractavimus diligenter; de quibus disserere nolebamus, præsertim cum majorem partem abbatum nostri ordinis necnon et priorum proprios abbates non habentium abesse contigisset; sed potius distulimus ut vestro et nostro communi consilio simul singulos articulos, secundum quod Spiritus Sanctus dignabitur inspirare, disseramus. Ut igitur prædictorum articulorum plene habeatur discussio et hæc res secundum sui naturam celeritatem desideret, vestram caritatem monemus et exhortamur in Domino, ac etiam sub pœna suspensionis vobis injungimus auctoritate
March 30, 1253. domini Papæ qua fungimur, quatinus Dominica qua cantatur *Lætare Jerusalem* proximo ventura apud Oxonias loco quo prius nobiscum conveniatis, personaliter de prædictis negotiis universitatem nostram specialiter contingentibus tractaturi; prospicientes ut decet ne cadat nostri honor ordinis, sed potius crescat in nobis devotorum devotio; scientes quod si prædicta die non veneritis vel legitimas excusationes non prætenderitis, quas quidem necessario admittere debeamus, ex tunc sciatis vos fore suspensos a celebratione divinorum.

Valete in Domino.

108.

Pro domino Willelmo de Sancto Edmundo, monacho Sancti Albani.

Domino Papæ ex parte abbatis et conventus Sancti Albani.

A.D. 1252.

f. 70 *b*.

Letter of the abbat and convent of St. Alban's to Pope Innocent IV. on behalf of their proctors.

Sanctissimo[1] patri in Christo et domino reverendo Innocentio, Dei gratia sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ pontifici summo, devoti filii sui abbas et conventus de Sancto Albano, cum omni obedientia et reverentia, devota pedum oscula beatorum.

Ad impetrandum et contradicendum et in judices conveniendum, et etiam specialem gratiam a vestra sanctitate petendam et optinendam, dilectos nobis in Christo fratrem Willelmum de Sancto Eadmundo commonachum nostrum et dominum Willelmum de Sancto Edwardo clericum procuratores nostros constituimus; ratum habituri et gratum, quicquid iidem sive eorum alter, qui pro tempore præsens fuerit, nomine nostro fecerit seu fecerint. Conservet Altissimus ecclesiæ Suæ sanctæ per tempora longiora.

109.

Nuntiorum literæ.

f. 71

Letters of credit given by the convent, Sept. 1252. v. vol. v. p. 312.

Universis præsentes litteras inspecturis, J[ohannes] permissione divina abbas de Sancto Albano et ejusdem loci humilis conventus, Lincolniensis diocesis, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, nos fecisse, constituisse, et ordinasse nostros nuntios et procuratores, ad impetrandum et contradicendum et judices eligendos in curia domini Papæ, et specialem gratiam ab eodem domino Papa impetrandam, dilectum fratrem nostrum et commonachum W[illelmum] de Sancto Eadmundo,

[1] This is on a separate piece of parchment gummed on to the foot of the pages. It is repeated less correctly in f. 107.

A.D. 1252. et dominum Willelmum de Sancto Eadwardo clericum. Damus etiam eis ambobus vel uni eorum plenam et liberam potestatem contrahendi mutuum, pro nostris et ecclesiæ nostræ negotiis, in dicta curia utiliter expediendis, a quibuscunque voluerint mercatoribus, usque ad summam quinquaginta marcarum bonorum novorum et legalium sterlingorum. Ad majorem autem hujus rei securitatem, promittimus et tenemur dictam pecuniam mutuo receptam reddere et solvere illis a quibus ipsa fuerit mutuo recepta, cum omnibus pactis et conventionibus secundum quod conveniet inter ipsos; promittentes nos secundum quod in omnibus et per omnia nomine nostro et ecclesiæ nostræ dicti procuratores nostri promittent aut unus eorum promittet. Obligamus etiam nos et renuntiamus et juramus, secundum formam quam ipsi nomine nostro et ecclesiæ nostræ promittent, obligabunt, et renuntiabunt, et jurabunt, aut unus eorum promittet, obligabit, et renuntiabit, et jurabit, observare et adimplere; ratum et gratum habituri, quicquid ambo vel unus eorum duxerint seu duxerit in præmissis faciendum. In cujus testimonium has litteras nostris sigillis signavimus.

Datum publice in capitulo nostro, mense Septembris anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo.

110.

f. 196 *b*. Charter of the abbat and convent of St. Alban's attesting that they had borrowed 115 marks at London from certain Florentine

Universis præsentes literas inspecturis, J[ohannes] Dei gratia abbas Sancti Albani et ejusdem loci conventus, Lincolniensis diocesis, ordinis Sancti Benedicti, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra nos, pro nostris et ecclesiæ monasterii et conventus nostri negotiis et necessariis utilitatibus fideliter peragendis, apud Londoniam mutuo recepisse a Maneto Spyne et Girardo Riccobaldi mutuantibus pro seipsis et Hyspiliato Camby et Aringer Abadinger et cæteris eorundem sociis, mercatoribus

Florentinis, centum et quindecim marcas bonorum novorum et legalium sterlingorum, tresdecim solidis et quatuor sterlingis pro marca qualibet computatis, de quibus nos nostro et ecclesiæ nostræ nomine bene pacatos notamus, exceptioni non receptæ et non numeratæ pecuniæ renuntiando. Quas prætaxatas centum et quindecim marcas prædictorum sterlingorum prædicto modo et numero computandas eisdem mercatoribus per legittimam stipulationem et bona fide promittimus in solidis eis vel alteri eorum aut ipsorum socio aut procuratori, has literas in solutione reddenti, in crastino Sancti Lucæ Ewangelistæ, quod erit in anno Domini MCCLIII., apud Novum Templum Londoniæ nos plene soluturos[1] et integre reddituros. Quam si non reddimus pecuniam, ut dictum est, eisdem mercatoribus, reddere promittimus infra quindenam dicti festi Sancti Lucæ Parisius ad domum Sanctæ Genovefæ; quod si, ut dictum est, eisdem mercatoribus prædicta pecunia restituta non fuerit in altero dictorum locorum terminis constitutis, ex tunc inantea eisdem mercatoribus per eandem stipulationem et bona fide promittimus pro dampnorum et interesse recompensatione per singulos duos menses pro singulis decem marcis unam marcam prædictorum sterlingorum prædicto modo et numero computandam, et expensis unius mercatoris cum equo et serviente, ubicumque fuerit, usque ad solutionem totius pecuniæ memoratæ. Super quibus expensis stare et credere promittimus et debemus eorundem mercatorum vel alterius eorum socii aut procuratoris simplici verbo sine alia probatione, causæ cognitione, aut judicis taxatione. Quas damnorum et interesse recompensatione[s] et expensas eisdem promittimus in sortem dicti debiti nullatenus computare, ac non detinere prætaxatum debitum sub prætextu recompensationis prædicto, contra eorum

merchants, and entering into engagements for the repayment. Sept. 1252.

[1] *soluturos*] solituros, MS.

A.D. 1252. voluntatem ultra terminum prælibatum. Et pro his observandis nos et successores nostros et bona nostra ecclesiæ nostræ omnia, mobilia et immobilia, præsentia et futura, ecclesiastica et mundana, ubicumque sunt vel erunt, eisdem mercatoribus principales debitores et pacatores constituentes, in solidis obligamus nostrosque proventus et redditus universos, donec eis fuerit satisfactum. Et renuntiamus in his exceptioni doli mali, actioni in factum, conditioni sine causa, consuetudini et statuto privilegio clericatus et fori beneficio restitutionis in integrum appellationis remedio, constitutioni *de duabus dietis* editæ in concilio generali, omnibus litteris et indulgentiis a sede Apostolica impetratis et impetrandis, tam cruce signatis quam cruce signandis concessis et concedendis, neque excipiendo proponere dictam pecuniam non esse conversam in utilitatem nostram et ecclesiæ nostræ, indulgentiæ regi Angliæ concessæ, ne homines regni sui extra ipsum regnum trahantur per litteras Apostolicas non facientes de ipsa indulgentia mentionem, cunctisque constitutionibus in Lugdunensi concilio factis, et omni exceptioni et rei quæ possent obici in prædictis, quibus non obstantibus dicti mercatores nos a termino inantea in solutione deficientes possint in causam trahere et ubilibet per Apostolicas litteras convenire. Promittimus etiam in verbo veritatis et sacerdotii hæc omnia inviolabiliter observare. In cujus rei testimonium præsentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda.

Datum apud Sanctum Albanum mense Septembris et publice in capitulo nostro, anno Domini MCCLII.

111.

f. 108. *Literæ de injuria illata archiepiscopo Cantuariensi, et magistro Eustachio de Len officiali ejus apud Lamhethiam.*

Account by archbishop Boniface

Humani generis inimicus modernis non cessat temporibus subtiliter indagare modos, quibus in Dei eccle-

siam seminet zizaniam, ut, ea pullulante, in ipsius densitate pacis tranquillitas et virtutum suavitas in agro Domini suffocentur. Cujus tortuosæ calliditati est remedio celeri obviandum; ut sic principiis occurratur, morbo ne in immensum aucmentato "sero medicina "paretur."[1] Ut igitur per nostram prudentiam error corrigatur et excessus emendetur, fraternitati vestræ dolentes referimus, quæ in ignominiam Jesu Christi, in vituperium ecclesiæ Dei, in scandalum cleri, necnon et pacis regni fracturam, temera crudelitate sunt atrocius perpetrata. Quidam filii Belial suæ salutis immemores, famæ prodigi, malignitatis cupidi, videlicet Philippus de Foresta senescallus domus electi Wintoniensis, Guido Peverel, Walterus de Rale, Willelmus de Sancto Earmundo, Oliverus de familia domini Galfridi de Lizinnun, Willelmus de Sancto Leodegario, Robertus Agoillun, milites, prior de Lizinni cum monacho suo, Martinus balistarius et frater ejus, Johannes Picard, Willelmus Gaucer, Stephanus de Croindene, præfati electi clerici, Willelmus de Neuwerc, clericus, ballivus ipsius electi, et alii quamplures quorum nomina ignoramus, die Dominica post festum Omnium Sanctorum proximo præteritum, de die ante horam prandii ad manerium nostrum de Lambethia juxta Londoniam cum equis et armis in furoris spiritu accesserunt, nobis agentibus in partibus transmarinis; et ostia domorum et capellæ frangentes ibidem in magistrum Eustachium de Len officialem nostrum qui nostram personam repræsentat, ac in presbiterum nostrum qui in capella beatorum Stephani et Thomæ martirum deserviebat, insuper in quosdam homines nostros qui in dicti loci ecclesia parrochiali se receperant, atque in res sacras et alias, quæ in prædicta ecclesia et dicti manerii cameris existebant, manus sacrilegas extenderunt, et dictum officialem ceperunt et alios qui erant in ec-

of the injuries done to Lambeth and to his official Eustace of Lynn on Nov. 6, 1252. v. vol. v. p. 353.

[1] Ovid Rem. Amor. 91.

A.D. 1252. clesia, a cornu altaris ad quod confugerant violenter extrahentes, ipsum officialem in Dei contumeliam, clericalis ordinis ignominiam, et nostri ac ecclesiæ nos-
f. 108 *b.* træ et etiam totius Angliæ dedecus et contemptum, sine capa in equo, demissis de collo habenis et insidenti non permissis, presbiterum vero peditem per lutum, et alios captos pulsando et verberando ad domum Wintoniensis electi in Suwerc in conspectu populi turpiter abduxerunt, captos detinentes ibidem. Postmodum vero ipsum officialem et laicos captos in ecclesia die et nocte ad loca remota prope Fernham, ad unum miliare in districtu dicti electi, inde viliter et violenter captivatos transtulerunt, quoad sibi placuit detinentes eosdem, et res ipsorum et nostras, apud Lamheth raptas, exinde asportantes. Cum igitur tot et tanta enormia, necnon et plura alia non solum contra nos et ecclesiam Cantuariensem, verum etiam contra universalem ecclesiam et clerum Cantuariensis provinciæ, evidenter appareant perpetrata; nos attendentes dictos malefactores, propter injectionem manuum in clericos violentam, in canonem latæ sententiæ incidisse, et, quia libertates et immunitates ecclesiæ violarunt, incurrisse excommunicationis sententiam, in concilio Oxoniæ contra malefactores hujusmodi promulgatam; insuper quia sacrilegia in his multipliciter commiserunt, ac pacem domini regis ac regni vi et armis, timore Dei postposito et abjecta principis reverentia, ausu temerario infregerunt; ipsos et omnes illos qui eis in dicto maleficio astiterunt, necnon et qui opem, auctoritatem, et consilium et assensum præbuerunt, auctoritate Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti et beatæ Dei genetricis Mariæ, beati Thomæ Martiris, Sancti Edmundi Confessoris, et omnium Sanctorum, excommunicatos denuntiamus; vobis mandantes in virtute obedientiæ qua tenemini ecclesiæ Cantuariensi, firmiter injungentes quatinus præfatos malefactores in vestra cathedrali ecclesia sollempniter ac publice ex-

communicatos denuntietis, ac per vestram diocesim excommunicatos denuntiari publice faciatis, pulsatis campanis, candelis accensis, singulis diebus Dominicis et festivis, et tanquam excommunicatos ab omnibus arctius evitari. Cæterum, quia vicini "res agitur "paries cum proximus" inflammatur, et merito timeatur, quod si hæc impune fiant *in viridi*, his deteriora perpetrentur *in arido*, cum impunitas delicti incentivum pariat delinquendi; fraternitatem vestram, de qua plenam in Domino gerimus fiduciam, rogamus, quatinus adversus malignantes pro domo Domini nobiscum viriliter assurgentes, nobis consulatis, et per literas vestras certificetis, qualiter in hoc negotio ulterius fuerit procedendum. Datum apud Croindene in crastino Sanctæ Katerinæ, anno Domini MCCLII.

A.D. 1252.

Hor. 1 Epist. xviii. 84.

S. Luc. xxiii. 31.

Croydon, 26 Nov. 1252.

Ab hac denuntiatione tamen excipimus dominum regem, dominam reginam, et[1] liberos eorundem, dominum Ricardum comitem Cornubiæ, et dominam comitissam[2] uxorem ejus.

Has quidem literas missas ab archiepiscopo transmittit episcopus Eliensis suo archidiacono.

112.

Anno gratiæ M. CC° L° secundo. Hæc est conventio facta inter Reginaldum filium Henrici de Trumpinton ex una parte et Cristianam relictam ejusdem Henrici prædicti ex altera; videlicet, quod prædictus Reginaldus dimisit et concessit prædictæ Cristianæ nomine dotis cunctis diebus vitæ suæ unam sopam cum suis pertinentiis in villa Sancti Albani in vico qui vocatur Chirchestrate, videlicet illam sopam quæ est inter sopam coquinarii Sancti Albani et mesuagium quod

f. 139 *b*.

Agreement between Reginald, son of Henry of Trumpington, and Christiana, widow of the same, respecting a shop in

[1] *et*] in, MS.

[2] *comitissam*] comitissimam, MS.

Church Street, St. Alban's. A.D. 1252.

quondam fuit Walteri de Bockmerk; reddendo inde annuatim capitalibus dominis feodi quantum ad prædictam sopam pertinet, una cum tribus solidis annuatim, quos ego prædictus Reginaldus vel attornatus meus pacare debemus prædictæ Cristianæ cunctis diebus vitæ suæ ad quatuor terminos anni, ad quemlibet terminum ix. denarios. Et sciendum quod prædicta Cristiana distringere debet totum tenementum meum in Daginhale cum suis pertinentiis, quod est inter mesuagium quod quondam fuit magistri Nicholai de Sancto Albano et mesuagium Petri Bacun, si in solutione alicujus termini desisto. Ut autem hæc conventio firma sit et stabilis, alter alteri scripto in modum cirografi confecto sigillum suum apposuit. His testibus: Johanne Astmar tunc præposito, Johanne Lanario, Willelmo le Noreys, Alexandro Cissore, Thoma Beneyt, Reginaldo Din, Johanne de Beaver, Johanne de Hampthne, Gaufrido Stabulario, et multis aliis.

113.

f. 103.

Decretalis Papæ Innocentii quarti.

Decretal of Pope Innocent IV. A.D.1252? v. vol. v. pp. 246, 254.

Volentes libertatem, quam nonnullis Apostolica sedes privilegium exemptionis indulsit, sic integram conservari, ut et illam alii non infringant, et ipsi ejus limites non excedant, declaratione irrefragabili diffinimus, quod quantacunque sic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti sive contractus aut rei de qua contra ipsos agitur, rite possunt coram ordinario conveniri, et illi quoad hoc in suam in ipsos jurationem, prout jus exigit, exercere. Nunquid ergo carent omnino in his commodo libertatis? Non utique; quia nec coram ordinariis ipsis, dum sit in loco exempto commissum delicti vel contractus initus

aut res litigiosa, nec ubi domicilium habent, si alibi A.D. 1252.
delinquant vel contrahant, aut res ipsa consistat, conveniri possunt aliquatenus super istis domiciliorum prætextu locorum diocesanorum. Si ubi deliquerunt vel contraxerunt aut res ipsa consistit, illi conveniantur, remittendi eos illuc, vel ipsis ut illuc respondeant injungendi, aliquam habent potestatem; salvis nihilominus casibus aliis, in quibus eos episcoporum jurisdictioni subesse canonica præcipiunt instituta. Et id ipsum decrevimus circa illos, quibus ut non nisi sub uno judice teneantur de se conquerentibus respondere, Apostolico privilegio est commissum in eos, quibus ne interdici, suspendi, vel excommunicari a quoquam valeant, a sede Apostolica est indultum. Sicut sunt religiosi quamplures, in quorum privilegiis continetur, ne quisquam episcopus vel archiepiscopus monasteriorum suorum monachos, pro ulla causa quantum ad ista, ubicunque illi fuerint, penitus exercere non possunt; nisi forsan ipsi monachi ad monasteriorum suorum prioratus eisdem ordinariis subjectos, ut vel gerant ipsorum regimen, vel in eis tanquam locorum ipsorum proprii monachi resideant, fuerint destinati. Tunc enim, etsi libere possint ad eadem monasteria revocari, ac tam illorum quam ipsorum prioratuum monachi recipi,[1] . . . cum non sit inconveniens aliquem utrobique locum habere monachi, cum unum alteri subesse monasterio vel ab alio noscitur dependere. Ratione tamen eorundem prioratuum dicti ordinarii sui jurisdictione in ipsis, quoad præmissa quamdiu morantur, in illos licite uti possunt.

[1] There is a blank after this word.

114.

f. 110. *Item signum columbæ descendentis.*

Inhibitio[1] *domini Papæ Innocentii IV. ne archiepiscopus visitet ecclesias sæcularium non collegiatas nec ab eisdem procurationes exigat nisi vocatus.*

Letter of Innocent IV. to the bishops of the province of Canterbury on visitations. A.D.1252?

Innocentius IV., etc., venerabilibus fratribus universis episcopis Cantuariensis provinciæ, etc.

Attendentes quod Cantuariensis provincia claris semper consuevit pollere prælatis, qui officii sui debitum laudabiliter exequentes diu studuerunt circa greges sibi creditos curam impendere vigilem et salubrem, visitando eos[2] oportune ac in aliis provide gubernando; considerantes[3] etiam quod ecclesiæ sæculares non collegiatæ vestrarum civitatum et diocesum, in quibus singulares rectores et vicarii et nonnulli[4] alii sunt clerici instituti, tum quia erga ipsas a suis prælatis sollicitudo debita in visitatione et aliis adhibetur, tum quia in eis clericorum collegia non existunt, a metropolitano vestro quasi nunquam indigeant visitari, et propter hoc ipsas ratione visitationis metropoliticæ in procurationibus aggravari nolentes, vobis et eisdem ecclesiis[5] de fratrum nostrorum consilio perpetuo auctoritate Apostolica indulgemus, ut idem metropolitanus ab eisdem ecclesiis procurationes quæ ratione visitationis debentur nullatenus de cætero exigere nec in exactionibus[6] peculiariis aggravare possit,[7] nec eædem ecclesiæ ad illarum exhibitionem aliquatenus teneantur; decernentes quascunque sententias talium occasione procurationum[8]

---

[1] This is also given in f. 103, where there is a title at the foot of the page, "Exemptio parochialium "ecclesiarum. De moderatione vi-"sitationis concessæ a Papa Can-"tuariensi archiepiscopo B[one-"facio]."

[2] *eos oportune*] eisdem optinere, f. 103.

[3] *considerantes*] considerando, f. 103.

[4] *nonnulli*] nulli, f. 103.

[5] f. 103 ins. *subvenire.*

[6] *exactionibus peculiariis*] aliquibus exactionibus p̃riis, f. 103.

[7] *possit*] Om. f. 103.

[8] f. 103 ins. *seu exactionum.*

contra easdem[1] ecclesias seu rectores vel vicarios[2] seu alios dictus metropolitanus seu quilibet alius auctoritate sua tulerit, vanas penitus et inanes, nisi forte ad singulorum vestrum requisitionem, vel de communi aut majoris partis vestrum consilio et assensu, illas duxerit visitandas. Et in his casibus ut eædem ecclesiæ non graventur secundum facultates earundem majoribus vel minoribus procurationibus secundum nostræ constitutionis tenorem nuper super his editæ, contentus existat; nulla sedis Apostolicæ indulgentia impetrata vel impetranda præmissis derogante. Nulli ergo, etc. Dati sunt conservatores[3] episcopi Lincolniensis, Londoniensis, Bathoniensis. A.D. 1252.

115.

Literæ de provisione facienda cuidam nepoti domini Papæ. f. 117.

Hæ literæ commoverunt episcopum Lincolniensem Robertum.[4]

Letter of Pope Innocent IV. to the archdeacon of Canterbury and the Pope's notary respecting a canonry in Lincoln cathedral to be conferred on

Innocentius, etc., dilectis filiis archidiacono Cantuariensi[5] et magistro Innocentio scriptori nostro in Anglia commoranti, salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum dilectus filius noster G[uillelmus] Sancti Eustachii diaconus cardinalis dilecto filio Fretherico de Lavania, clerico ac nepoti nostro, de speciali mandato nostro canonicum Lincolniæ cum plenitudine juris canoniæ duxerit conferendum, ipsum per suum anulum corporaliter et præsentialiter investiens de eodem, ut extunc canonicus Lincolniæ existat, et plenum nomen et jus canonici

---

[1] *easdem ecclesias*] eadem, f. 103.

[2] f. 103 ins. *ipsos*.

[3] *conservatores*] executores, f. 103.

[4] This is written over an effaced rubrick, of which the end *-ari* is left. At the foot is, "Literæ quæ episcopum Lincolniensem Robertum ad iram provocaverunt." Paris has inserted the answer of Grosseteste to the Papal commissioners in his text, vol. v. p. 389.

[5] Hugh Mortimer.

Frederick di Lavagna. 26 Jan. 1253.

consequatur ibidem, ac præbendam si qua vacaverit in ecclesia Lincolniæ, a tempore quo dudum literæ nostræ super receptione ac provisione facienda sibi in eadem ecclesia de præmissis venerabili fratri nostro Lincolniensi episcopo præsentatæ fuerunt, alioquin primo vacaturam conferendam sibi donationi Apostolicæ reservaret; decernendo irritum et inane si quid de præbenda hujusmodi a quoquam fuerit attemptatum, necnon in contradictores et rebelles excommunicationis sententiam nihilominus promulgando, prout in literis cardinalis ejusdem exinde confectis plenius continetur. Nos, ipsius F[retherici] devotis supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hoc factum est ratum et gratum habentes, illud auctoritate Apostolica duximus confirmandum. Quo circa discrescioni[1] vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus eundem F[rethericum] vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem, vel quasi, prædictorum canonicatus et præbendæ auctoritate nostra inducatis et defendatis inductum, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstantibus aliquibus consuetudinibus vel statutis, juramentis vel confirmationibus sedis Apostolicæ seu quacunque firmitate alia roboratis, vel quod dictus F[rethericus] præsens non fuerit ad præstandum juramentum de observandis consuetudinibus ejusdem ecclesiæ consuetis, sive si præfato episcopo vel capitulo ipsius ecclesiæ communiter vel singillatim seu aliis quibuscunque personis a dicta sede indultum existat, quod ad receptionem vel provisionem alicujus compelli [nequeant,] sive quod quivis alius in eorum ecclesia nemini provideri valeat, vel quod interdici aut suspendi aut excommunicari non possint per literas Apostolicas sub quacunque forma verborum optentas vel etiam optinendas, etiam si totus tenor indulgentiarum hujusmodi

[1] *discrescioni*] So the margin; the text has *dilectioni*.

de verbo ad verbum in eisdem literis [sit] insertus, A.D. 1253.
sive quibuslibet aliis indulgentiis quibuscunque personis, dignitati, vel loco sub quacunque forma verborum concessis a sede prædicta vel etiam concedendis, per quas effectus provisionis hujusmodi possit impediri aliquatinus vel differri, cum velimus eas de certa scientia quantum ad provisionem factam et faciendam prædicto F[retherico] in ecclesia Lincolniæ viribus omnino carere. Cæterum si aliqui prædicto F[retherico] vel procuratori suo super præmissis vel aliquo præmissorum se aliquatenus duxerint opponendos, illos ex parte nostra citare curetis peremptorie, ut compareant infra duorum mensium spatium post citationem vestram personaliter coram nobis, eidem F[retherico] super præmissis legitime responsuri, non obstantibus privilegiis sive quibuslibet indulgentiis personis regni Angliæ generaliter vel cuivis alii personæ, dignitati, vel loco specialiter a prædicta sede sub quacunque forma verborum concessis, quod non possint citra mare seu extra civitatem vel diocesim suam in judicium evocari per literas Apostolicas sub quacunque forma verborum optentas, quæ privilegia vel indulgentias eisdem personis de certa scientia nullatenus volumus suffragari, et constitutione *de duabus dietis* in concilio generali edita. Diem autem, citationem, et formam nobis vestris literis tenorem præsentium continentibus fideliter intimetis. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Datum Perusii, vii. kalendas Februarii, pontificatus nostri anno decimo.

116.

De procurationibus ecclesiarum parrochialium. f. 110 *b*.

W[alterus] Dei gratia Norwicensis episcopus, dilecto filio decano de Hengam, salutem, gratiam, et benedictionem. Letter of Walter bishop of Norwich

respecting procurations. 2 Feb. 1253. v. vol. v. p. 366.

Mandatum venerabilium patrum R[oberti] Lincolniensis, F[ulconis] Londoniensis, et W[illelmi] Wellensis et Bathoniensis episcoporum recepimus, quod vobis transmittimus inspiciendum et transcribendum; eadem auctoritate vobis et omnibus subditis vestris in virtute obedientiæ et sub pœna canonicæ districtionis mandantes et præcipientes, quod cum archidiaconi vel alii, ad quos officium visitationis pertinere dinoscitur, personaliter ad vos causa visitandi accesserint, ipsos cum numero equitaturarum in constitutione Lateranensi proviso honeste recipiatis, et victualia usque ad summam septem solidorum et sex denariorum, secundum communem æstimationem, vel ipsam numeratam pecuniam, prout maluerint, ministretis eisdem, pro certo scituri, quod si plus in pecunia vel victualibus persolveritis sive ipsi plus receperint, seu ipsis non visitantibus quid nomine visitationis præstiteritis, nos tam solventes quam recipientes, per nos vel per ipsos conservatores antedictos, secundum formam constitutionis antedictæ, puniemus. In ecclesiis autem minoribus, ubi propter bonorum insufficientiam minorem quantitatem percipere consueverunt, percipiant ut solebant, donec cum ipsis communiter aliter ordinaverimus. Nos autem, cum in locis quæ favente Domino in posterum visitabimus, in victualibus usque ad summam xxxi. solidorum et x. denariorum, secundum communem æstimationem, vel ipsa pecunia et minori secundum loci facultates, volumus esse contenti.

Datum Londoniæ, quarto nonas Februarii, pontificatus nostri anno octavo.

117.

f. 110 *b*.

De subsidio sex milium marcarum per episcopos Cantuariensis provinciæ facto.

Letter of Walter bishop of

W[alterus] Dei gratia Norwicensis episcopus dilecto filio decano de Hengam salutem.

Norwich respecting the payment to the Pope of 6,000 marks from the province of Canterbury. 3 Feb. 1253.

Cum dominus Papa nuper in procurationibus recipiendis, quæ quandoque absque modo et supra modum requirebantur, certum modum imposuerit, ut ecclesias parrochiales exemptorum et non exemptorum et sæcularium personarum a visitatione et procuratione archiepiscoporum perpetuis temporibus relevaverit; procuratores provinciæ Cantuariensis, attendentes ecclesiarum commodum in hac parte non modicum versari, et maxime quia si dominus Cantuariensis ab ecclesiis parrochialibus procurationes optinuisset, episcopi per se futuris temporibus procurationes consimiles cogerent, domino Papæ sex milia marcarum nomine cleri Cantuariensis provinciæ concesserunt et dederunt. Et quoniam portionem nobis impositam per omnes ecclesias secundum taxationes nobis transmissas proportionaliter fecimus imponi, vobis mandamus quatinus dictam summam fideliter colligatis, contradictores per censuram ecclesiasticam compellentes; proviso quod dictam pecuniam die Lunæ proxima ante mediam Quadragesimam apud Norwicum promptam habeatis et paratam, clericis nostris ad hoc specialiter deputatis persolvendam.

Datum Londoniis, tertio nonas Februarii, pontificatus nostri anno octavo.

118.

f. 111. Letters patent of Henry III. to give sentence in a cause between the abbat of St. Alban's and Geoffrey de Childewike,

H[enricus] Dei gratia, etc., dilectis et fidelibus suis Johanni de Scheldeford, Rogero de Dune, Willelmo de Sancto Leodegario, Henrico de Holewelle, et Willelmo de Gorhame salutem.

Suscepistis in vos, ut audivimus, de consensu abbatis de Sancto Albano et dilecti et fidelis nostri Galfridi de Childewike judicium proferendum et emendationem faciendam inter eos de pluribus contentionibus et disseisionibus de quibus ad invicem contendebant. Et quia vidistis et cognovistis, ut dicitur, de prædictis,

14 March 1253. See the Gesta Abbatum, i. pp. 315–318.

et nondum de his judicium protulistis nec emendationes fieri fecistis, utrumque secundum rerum contentarum qualitates vobis mandamus, quod in crastino Dominicæ mediæ Quadragesimæ loco quo volueritis conveniatis ad judicium inde proferendum et emendationem faciendam; et scire faciatis abbati prædicto et eidem Gaufrido quod tunc coram vobis compareant loco prædicto ad audiendum inde judicium et ad parendum considerationi vestræ super prædictis. In cujus rei testimonium has literas nostras vobis mittimus patentes.

Teste me ipso apud Westmonasterium decimo quarto die Martii, anno regni nostri trigesimo septimo.

119.

f. 113.

Letter of Innocent IV. confirming the statutes of the Benedictine order. 15 March 1253.

Innocentius quartus, episcopus, etc., salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum, sicut accepimus, abbates, priores, et monachi ordinis Sancti Benedicti tuæ civitatis et diocesis statuta pro reformatione ipsius ordinis a felicis recordationis Gregorio ix. prædecessore nostro edita, quæ tibi sub bulla nostra non retinenda sed transcribenda, ut exinde certior habearis, transmittimus, non observent; fraternitati tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandamus, quatinus, inquisita super hoc per te ac per alios diligentius veritate, statuta ipsa facias ab universis personis ejusdem ordinis prædictæ civitatis et diocesis, tam exemptis quam non exemptis, exacta diligentia observari; in transgressores eorum rigorem [exercens] ecclesiasticæ ultionis, non obstante si eisdem abbatibus, prioribus, aut monachis, vel eorum collegiis quod excommunicari, suspendi, aut interdici non valeant a sede Apostolica sit indultum, sive quibuscunque indulgentiis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, seu literis Apostolicis optentis vel etiam optinendis, et quibuslibet aliis per

quæ hoc impediri valeat vel differri, et de quibus vel quorumlibet ordinibus vel locis aut eorum nominibus in præsentibus specialem aut expressam oporteat fieri mentionem, renuntians dispensationes vel absolutiones super mitigatione vel transgressione statutorum ipsorum quibuscunque absque speciali sedis Apostolicæ auctoritate concessas vel in posterum concedendas nullius existere firmitatis. Per te quoque in tua civitate et diocesi volumus diligenter inquiri, si quæ dictarum personarum ipsa statuta hactenus non servarunt; et si quas istarum inveneris eadem non servasse, nobis tuis literis studeas fideliter intimare, contradicentes per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. A.D. 1253.

Data Perusii, idus Martii, Pontificatus nostri anno decimo.

120.

Innovatio[1] *statutorum Gregorii noni Papæ super reformatione Nigri Ordinis. Innocentius quartus.* f. 113.

1. Inprimis statuimus, quod omnes monachi constituti infra abbatiam, exceptis infirmis et custodibus eorundem, mox ut audierint signum, relictis agendis omnibus, cum nihil divino sit operi præponendum, ad ecclesiam cum debita maturitate festinent, et cum timore et reverentia Deo in ecclesia serviant; secundum regulam principium, medium, et finem horarum tenentes. Et ut in puritate conscientiæ et animi devotione Deo offerant sacrificium laudis fructum labiorum suorum. Reformed statutes for the Benedictines. *Ut omnes intersint divinis obsequiis in principio, medio, et fine, exceptis qui in textu excipiuntur.*

Singulis mensibus in monasteriis fiat omnium fratrum confessio generalis, ad quam omnes et singuli sine qualibet excusatione accedant; et in prima Dominica mensis Corpori et Sanguini Domini nostri Jesu Christi communicent. Quod si aliqua de causa duxerit *De confessionibus. De Communione Corporis et Sanguinis Christi.*

[1] See a different copy of this in Martene and Durand's *Thesaur. nov. Anecdotorum*, iv., col. 1205, from a Rouen MS.

A.D. 1253. aliquis abstinendum, causam abbati proprio vel priori, abbate absente, [seu pœnitentiariis ab abbate deputatis,][1] non differat intimare, ut ejus judicio vel abstineat vel ad Communionem accedat.

De rigore disciplinæ regularis.

Rigor disciplinæ servetur in capitulo; et silentium in ecclesia, claustro, refectorio, et dormitorio teneatur; pœna transgressoribus secundum statuta regularia imponenda.

Quo modo exponi habet regula omnibus ingressuris, cui tria sunt annexa.

2. Omnibus autem ad religionem ingredi volentibus exponantur sæpius et specialius ista tria; scilicet obedientia, continentia, et sine proprio vivere; et quod ad hæc conversi et monachi sunt astricti. Et expresse et specialiter dicatur, quod eis sub abbate vel priore ad[2] hunc ingressum nec ipsi obligentur monasteriis, nec monasterium ipsis; et usque ad finem anni poterunt ipsi recedere ab ipso monasterio liberi, et monasterium ab ipsis liberari, si mores eorum abbati et conventui non placent. Et admittendis novitiis dura prædicentur et aspera; et eisdem admissis legatur regula ter in anno probationis, terminis a beato Benedicto constitutis. Et novitiis fidelis deputetur instructor; et nulla eis omnino, donec professi fuerint, administratio committatur. Completo igitur probationis anno, novitii professionem statim faciant, et benedictionem recipiant. Quod si forte noluerint, mox recedant. Nullus autem qui ætatis suæ annum quintum decimum [octavum decimum, *in alio rotulo*] non attigerit admittatur; nec de talibus admittendis professio ulla fiat.

Dura ingredientibus et aspera prædicentur.

Ne pueri admittantur.

De prioratibus.

3. Prioratus, decanatus, præposituræ, et cæteræ omnes administrationes gratis et absque ulla venalitate et pactione non nisi bonis et industriis monachis conferantur; et prioratus conventuales non nisi sacerdotibus committantur, [vel talibus qui infra annum promoveantur, qui si infra annum promoti non fuerint, prioratus amittant].[3] Si quis autem monachus pro hujusmodi aliquid dedisse vel promisisse convictus

[1] Secundum rotulum de Thinemue.

[2] *ad*] quod, MS.

[3] In alio rotulo.

CROYDON CENTRAL LIBRARIES

fuerit, simoniacus habeatur, [et a sic optento amoveatur;][1] et nunquam in ordine ipso dignitatem habeat vel honorem. Et si contra aliquem super hoc, apud diocesanum sive visitatores vel diffinitores, vehemens habeatur præsumptio, ipsum removeant a prioratu vel administratione qualibet sic optenta. Abbas vero qui vendiderit tanquam simoniacus puniatur. Si quis autem per interventum sæcularium personarum committi sibi obedientiam vel prioratum exposcat, nunquam illum optineat; sed nec alium infra annum. A.D. 1253.

Ut non destituantur priores sine manifesta causa.

Conventuales quoque priores non destituantur sine causa rationabili; puta si domorum dilapidatores, inobedientes, et rebelles; si incontinentes extiterint vel infames; vel si ad majorem dignitatem fuerint promovendi; vel ex alia manifestæ utilitatis causa. Quod et de minoribus prioribus volumus observari. Nec ullus prior literas confirmationis habeat, quod de suo prioratu vel obedientia non debeat amoveri; [quod si ita optenta fuerit, sit irrita ipso jure.][1]

Ne aliquis habeat plures abbatias vel prioratus.

4. Illud quoque districtius inhibemus, ne quis monachus plures habeat abbatias, vel prioratus, vel abbatiam et prioratum, nec in pluribus monasteriis monachatum. Et qui administrationem habet in abbatia, exterius nullam habeat, nisi forte interiori administratio sit annexa.

Ne quis solus in loco monachus commoretur.

5. Nec in aliquo prioratu sive grangia unus solus monachus commoretur; sed illi, qui solus est, socius monachus adjungatur aut socii, si ipsius loci suppetunt facultates. Alioquin revocetur ad claustrum; proviso tamen, quod in eodem loco divina officia celebrentur honeste.

Ne balliva aliqua ad firmam committatur.

6. Cum autem abbas ballivam seu præposituram vel curam aliquorum reddituum alicui de fratribus committere voluerit, firmam cum ipso non faciat, nec plegios ab ipso recipiat vel requirat. Et abbas districte præcipiat his qui in administratione constituti fuerint,

[1] In alio rotulo

A.D. 1253. quod neminem concutiant vel calumpniam faciant, nec injuriis aut exactionibus indebitis opprimant, nec carius vendant ad terminum, nec contractus faciant inhonestos.

Ut cessuri vel decessuri resignent omnia abbati qui ballivi sunt.

7. De prioribus, obedientiariis, et monachis temporalem administrationem habentibus, ballivis seu præpositis, in infirmitate gravi decumbentibus, statuimus, ut administrationes suas et universa quæ habent de ipsis facta ratione sine mora confessione prævia resignent, et assignent abbati.

De conformitate vestium et ciborum.

8. Circa qualitatem ciborum et habitus præcipimus observari, ut omnes monachi habeant vestes de uno vestiario; et comestionibus quæ per cameras solent fieri penitus interdictis, in uno refectorio, de una coquina, de uno pane, et de uno potu regulariter reficiantur, salva pitantia quæ ad majorem mensam ex certa causa deferri consuevit; nisi forte in infirmitorio vel seorsum comedant cum abbate. [*In rotulo nostro.* Abbas tamen in refectorio comedat cum illis, nisi propter honestos hospites mutet locum.]

De ordinatis refectionibus.

Ab idibus Septembris usque ad caput Quadragesimæ secundum regulam beati Benedicti reficiantur ad nonam; et in aliis temporibus secundum regulam eandem et eo moderamine ciborum quod describit regula. Et ordinatis pitantiis, si quando eas fieri contigerit, sint contenti; nec aliquis sibi in cibo et potu delicatiora parari vel extra deferri faciat, aut recipiat præsentata. Sed quicquid fuerit præsentatum, coram eo qui conventui præest deferatur; et ipse taliter provideat sive de his sive de aliis pitantiis, quod illorum confortet naturam, qui delicati vel debiles commode communibus uti non possunt.

De ciphis et cultel ordinatis.

9. In infirmitorio et refectorio, ciphis argenteis vel aureis, seu etiam pedem vel argenteum circulum vel aureum habentibus, non utantur; nec zonam vel cultellum cum ornatu auri vel argenti deferre[1] licitum sit alicui vel habere.

[1] *deferre*] deferri, MS.

10. In infirmitorio nullus carnes comedat, nisi monachus vel conversus qui infirmus fuerit, aut propter debilitatem corporis ad infirmitorium missus. A.D. 1253. *De refectione in infirmitorio.*

Nullus monachus in quocunque loco, sive in domo sit ordinis sive extra, carnes comedat, nisi secundum quod in regula continetur. *De refectione in itinere.*

Illas autem carnium refectiones, quæ sanis in quibusdam monasteriis certis temporibus consueverunt hactenus exhiberi, penitus inhibemus; et sicut interdicimus usum carnium, ita farsaturas de tritis carnibus denegamus. [*In nostro rotulo.* Sane abbas vel monachus in itinere constitutus, si debilitatis necessitas compellat ipsum ad usum carnium, divertat ad domum religiosam si vicinam invenerit; alioquin sic suæ infirmitati consulat, quod in cibo suo non offendatur vel scandalizetur proximus, pro quo mortuus est Dominus Jesus Christus.] *De inhibitione carnium tritarum.* 1 Cor. viii. 13, 11.

Si quis comedere carnes contra prædicta præsumpserit, semel vel etiam secundo regulari subjaceat disciplinæ; si tertio, quarta et sexta feria proximis in pane et aqua jejunet. Quod si in consuetudinem duxerit, subjaceat gravi culpæ. Abbas autem si in hoc deliquerit, secunda, quarta, et sexta feria sit pane et aqua contentus. Si autem in consuetudinem duxerit, nec monitus a diocesano vel visitatoribus corrigere voluerit, administratione privetur. *De pœna transgressorum.*

11. Infirmis autem fratribus, in cibariis, in lectis, in servitoribus, et aliis necessariis, secundum quod eorum requirit infirmitas et continetur in regula, præcipimus provideri; et in his omnibus si infirmarius inventus fuerit in defectu, per proprium abbatem vel priorem corrigatur. Abbas autem vel prior per visitatores, cum ad locum accesserint, pœna puniatur condigna. *De refectione infirmorum.*

Illud etiam præcipimus observari, ut de vestimentis et calciamentis ordinatis tempore congruo provideatur tam monachis quam conversis. Et propter hæc ne detur alicui pecunia districtius inhibemus. *De vestimentis ordinatis.*

A.D. 1253. *De habitu itinerantium.*

12. Monachi communibus indumentis et religiosis, sicut in claustro, ita foris exeuntes, honeste se habeant. Nec recedant sine cuculla et habitu regulari. Nec capam habeant coloratam. Nec cum sella minus regulari sumptuosa, vel clavorum ornatu decorata superfluo, aliquis equitare præsumat. Calcarea deaurata vel deargentata non habeant, ferratura ad ornatum in frænis penitus amota. Nec cirotecis per digitos distinctis, nec ocreis rostratis. [*In nostro.* Sed calceis corrigiatis et rotundis, non acutis, equitans quis utatur.]

De inordinatis vestimentis.

Nullus in quocunque loco utatur tunica de burneto, vel coopertoriis, vel alio panno, vel pellibus silvaticis, vel lineis camisiis, vel lintheaminibus; sed vestiti dormiant et cincti, sicut in regula continetur; nec vestes scissas habeant, ante vel retro.

Ne quis propria habeat ad equitaturam.

13. Nullus prior claustralis vel alius monachus, cameram, equos, familiam, hernesium sibi appropriet, vel de ejus usu contendat. Sed si ex necessitate vel utilitate oporteat illum exire, per eum qui præest in necessariis provideatur eidem.

Quod habeatur in agendis commune consilium.

14. Præcipimus insuper, ut omnes abbates et priores consilio omnium fratrum quibus præsunt, vel majoris et sanioris partis ipsorum, cum faciendum est mutuum vel innovandum, hoc ita faciant, quod omnibus liqueat quanta summa, quibus creditoribus, quibus terminis debeatur, et in quos usus contractum mutuum sit conversum.

De compoto reddendo in omnibus.

Et ut domorum status certior habeatur, singulis tribus mensibus coram abbate seu priore, si ibi non sit abbas, et senioribus reddant officiales de suis officiis rationabilem computationem, de omnibus expensis et receptis fideliter facientes.

De statu domus monstrando.

Abbates et priores bis in anno, scilicet in kalendis Octobris, collectis annuis fructibus, et in kalendis Aprilis, statum domus suæ in capitulo vel coram senioribus, et etiam coram visitatoribus cum venerint,

plenarie manifestent. Abbas autem vel prior sive præpositus, qui in prædictis ratiociniis gravia debita suppresserit fraudulenter, ab amministratione quam optinet, penitus repellatur. A.D. 1253.

Ne teneat mutuum nisi probatum.

Si vero abbas vel prior sine consensu conventus contraxerit mutuum, non teneatur monasterium, nisi quatenus probatum fuerit in utilitate ecclesiæ fuisse conversum. [*In nostro.* Et per instrumentum super contracto mutuo confectum non compellatur monasterium, si capituli sigillo non fuerit communitum.]

Non detur pensio laicis personis.

15. Nullus quoque abbas vel prior prioratum vel grangiam, pensionem aut præbendam monachalem, personis sæcularibus donare audeat. Pensionem vel possessionem nullam vendat vel commutet vel alienet, nisi in casibus a jure concessis, nec etiam donet; sed sciat alienationem sibi penitus interdictam.

Proprietarii excommunicentur et ecclesiastica careant sepultura.

16. Monachi proprietarii excommunicentur ab abbatibus suis; et si in morte proprietarius inventus fuerit, ecclesiastica careat sepultura, vel sicut unus de vulgo sepeliatur.

Ne quis habeat sub clave clausuram aliquam.

Nullus prorsus nisi pro officio sibi commisso archam cum clave sine licentia habeat; et quotienscunque abbas petierit, clavis eidem tradatur. Et si aliter habet, eo ipso proprietarius reputetur.

De pœna infligenda proprietariis.

Excommunicationis sententiam in proprietarios, semel in anno, scilicet in Ramis palmarum, sollempniter in capitulo publicabit. Et si post aliquis inventus fuerit habere proprium, ballivam si quam habet amittat, nec infra annum sibi alia committatur; nec tunc, nisi proprio restituto et peracta pœnitentia competenti.

De negligentia abbatis proprietatem habere concedentis. Et pœna talis abbatis.

Abbas qui scienter proprium concesserit monacho, vel punire contempserit, suspendatur ad tempus. Proprium autem intelligimus, secundum beati Benedicti regulam; si nec accommodatum nec locatum nec depositum aliquis omnino monachus vel conversus nomine suo recipiat, nec etiam monasterii nomine;

A.D. 1253. nisi de abbatis vel conventus licentia speciali [et[1] in casibus a jure concessis.] Sed nec mutuum ultra illam quantitatem quam moderatam taxari volumus per capitulum et abbatem.

Ut non sit abbas personarum acceptor.[2]

Ipse autem abbas det singulis, prout cuique opus erit; ut non sit personarum acceptio, sed infirmantium consideratio habeatur.

Ne abbas consanguineis suis bona ecclesiæ distribuat.

17. Illud quoque districte præcipimus, ne quis abbas consanguineo suo egenti vel non egenti immobilia ecclesiæ suæ concedat, nec etiam mobilia donet; nisi aliquid modicum nomine elemosinæ largiatur. Et qui de immobilibus contra præsumpserit, ab eadem amoveatur ecclesia; prioribus et officialibus, si eos talia commisisse constiterit, ab administrationibus prorsus amotis, et alias prout pœnæ qualitas exegerit puniendis.

Ut arceantur mulieres ab introitu ubi conversantur monachi.

18. Claustri, refectorii, dormitorii, et chori custodia, quando cantatur officium, certis committatur personis. Et nulla mulier permittatur intrare prædicta loca, nec chorum quando cantatur ibidem, nisi forte in consecrationibus, et indulgentiis ecclesiarum, et festo principali ecclesiæ, et exequiis mortuorum, aliquas mulieres per claustrum vel chorum transire contigerit; exceptis nobilibus quæ patronæ sunt monasterii, et aliis nobilibus, quibus non possit introitus sine gravi scandalo denegari. Et eisdem certis horis et temporibus poterit ingressus ab abbate vel priore concedi; et salvis indulgentiis super hoc certis personis a sede Apostolica concessis vel etiam concedendis. Quod si contra præsumptum fuerit, officialis per cujus ostium mulier intraverit, abbas quoque vel prior si hoc fieri mandaverit, pro qualibet vice in pane et aqua die jejunet una.

19. Abbates vel priores si servientes sæculares secum habuerint equitantes de propria vel communi familia, non nisi maturos habeant et honestos in habitu non lascivo. [*In*[1] *nostro rotulo sic.* Non adolescentes, non

---

[1] This is in the margin. | [2] *acceptor*] acceptio, MS.

nobiles, non consanguineos, nec indutos vestibus virgatis, aut argenteis nodulis ornatis, vel partitis, vel viridibus, aut rubeis; nec habeant capellum de floribus vel foliis in domibus vel præsentia religiosorum, nec canes, vel aves venatitias, nec scaccos, nec aleas vel taxillos.] A.D. 1253.

De hospitalitate pro possibilitate sustinenda.

Volumus quoque et mandamus, ut in quolibet monasterio vel prioratu, abbas vel prior, aut, ipsis cessantibus, visitatores qui pro tempore fuerint, pro possibilitate locorum hospitalitatem ordinent ad elemosinas faciendas; certo hospitio ad recipiendos pauperes et alios pauperes hospites et ministro idoneo, qui eis deserviat, deputato. Et si alicui personæ religiosæ hospitium negatum fuerit, qui hospitio tunc deputatus fuerit tribus diebus jejunet in pane et aqua.

De elemosina sine diminutione fideliter eroganda.

20. Inhibemus insuper sub interminatione dampnationis æternæ, ne possessiones aut redditus ad elemosinam sive hospitalitatem vel infirmariam deputati vel collati ab eisdem usibus abstrahantur; si contra hoc præsumptum fuerit, non teneat, sed ad usus revocetur prædictos. Et si abbates contravenire præsumpserint, ab administratione per visitatores, monachi per abbates, suspendantur; et suspensi maneant secundum qualitatem delicti, quamdiu viderint expedire.

De reliquiis mensarum; et veteribus pannis pauperibus erogandis.

Et quia non est defraudanda pauperum elemosina, nullus quæ sibi ministrantur in mensa, vel de vestimentis veteribus vel calciamentis, cum receperit nova, defraudet elemosinam. Et hæc omnia ad manus elemosinarii perveniant, qui eadem pauperibus largiatur. Nec alicui dentur nova, qui vetera non resignet.

De honestate egredientium, et ut plene cantent horas canonicas.

Inhibemus quoque districtius, ne libera detur monachis egrediendi potestas, nec detur claustrabilibus licentia revisendi sæcularia, nisi forte rarissime, et ex causa rationabili, et ad tempus modicum, matura quoque societate eisdem ad custodiam deputata. Et ipsi horas dicant in via; et de libris provideatur eisdem.

A D. 1253. Et cuilibet monacho loquendi cum muliere sine honestis testibus duobus vel tribus licentia denegetur.

De pœna sine licentia egredientium. Monachus etiam qui in abbatia, sive qui in prioratu moram fecerit, si sine licentia superioris clausturas domus exire præsumpserit, regulari pœnæ subdatur.

De honestate dormientium. Illud quoque districte præcipimus, quod monachi, qui in prioratibus exterioribus commorantur, in divinis servitiis in honestate habitus et ciborum abstinentia suis abbatiis se conforment; et jaceant vestiti et cincti, sicut monachi in dormitorio abbatiæ; quod etiam ab omnibus qui jacent extra dormitorium, præcipimus servari. [*In nostro rotulo.* Nullus quoque abbas vel prior vel monachus, infra abbatiam vel extra, consanguineum sæcularem commorantem secum habere præsumat.]

Nec admittantur mulieres ad servitium monachorum. Nec mulieres in aliquo loco ad monachorum servitium personaliter[1] admittantur.

Quod prælati intersint quibusdam divinis obsequiis. 21. Denique cum abbates et priores discurrere vel vagari non debeant, volumus ut in claustro cum fratribus sedeant, et divinis intersint, maxime vigiliis capitulo, et collationi; et aliis divinis officiis cum eisdem, nisi causa necessaria et utili et honesta fuerint impediti.

Ne in locis proximis comedat quis vel bibat. Nullus abbas vel monachus prope monasterium suum vel cellam monasterii sui ad leucam unam in domo sæculari comedat vel pernoctet.

Ut crebro legantur omnia hæc. 22. Cæterum, quia in multis monasteriis a paucis intelligitur regula cum legitur, præcipimus ut lectio regulæ, quæ legitur in capitulo, propter juniores statim exponatur in vulgari ab illo qui capitulum tenet, vel ab alio cui ipse duxerit injungendum.

De moderamine equitaturæ. 23. Circa equitaturas abbatum, hoc moderamen volumus et præcipimus observari; ut nullus abbas de familia sua continua ultra decem habeat equitaturas.[2]

[1] *personaliter*] The margin has *præsentialiter*.

[2] *equitaturas*] Parishas *vel-tantes* in the margin, and below *vel-tantium*.

Et de his quilibet monachus aliquem pannum portet. Minores vero abbates, secundum facultates domorum, equitationum minori numero sint contenti. A.D. 1253.

De compotis reddendis.

24. Omnes autem redditus abbatiæ, tam capitis quam membrorum, redigantur in scriptis; et obventiones, quæ certæ non sunt, fideliter æstimentur; ut unum scriptum inde habeat abbas penes se, et prior aliud cum conventu. Et utrumque secreto apud se habeant.

Ut deoneretur domus gravatæ amotione monachorum aliquorum.

Decernimus etiam, quod si paupertas loci, vel defectus ordinis, seu pœna delicti hoc exegerit, ut de sedibus propriis monachi aliqui emittantur, abbates, ad quos missæ fuerint hujusmodi personæ, eas recipere non recusent, quamdiu visitatoribus visum fuerit expedire; nisi tales fuerint, quod eorum conversatio non possit sine gravi scandalo tolerari. Quod si illas recipere noluerint cum possint, per visitatores compellantur. Qualiter autem circa præmissas procedi debeat personas, in constitutione illa super hæc a nobis edita continetur, quam ad cautelam præsentibus duximus inserendam. Cujus tenor talis est:

Alias a Gregorio nono.

Tenor autentici de fugitivis revocandis.

"Ne[1] religiosi vagandi occasionem habentes salutis
" propriæ detrimentum incurrant, et sanguis eorum
" de prælatorum manibus requiratur; statuimus ut
" capitulis celebrandis præsidentes secundum statutum
" concilii generalis, seu patres abbates, sive priores,
" fugitivos et ejectos de ordine suo requirant sollicite
" annuatim. Qui si in monasteriis suis recipi possent
" secundum ordinem regularem, abbates sive priores
" eorum monitione præmissa ecclesiastica censura com-
" pellantur ad receptionem ipsorum, salva ordinis dis-
" ciplina. Quod si hoc regularis ordo[2] non patitur,
" auctoritate nostra provideant, ut apud eadem mo-
" nasteria in locis competentibus, si absque gravi scan-
" dalo fieri poterit, alioquin in aliis religiosis domibus

[1] This is cap. xxiv. of tit. 31 of the third book of the Decretals of Gregory IX.

[2] *ordo non*] ordinatio, MS.

A.D. 1253. " ejusdem ordinis ad agendam ibi pœnitentiam, talibus " vitæ necessaria ministrentur. Si vero hujusmodi " fugitivos vel ejectos inobedientes invenerint, eos ex- " communicent; et tam diu faciant ab ecclesiarum " prælatis [excommunicatos] publice denuntiari, donec " ad mandatum ipsorum humiliter revertantur."

Ut prædicta observentur.

25. Prædicta omnia volumus, quod abbates et priores, qui in suis ecclesiis proprium abbatem non habent, faciant in suis monasteriis, cellis, obedientiis, et aliis locis sibi subditis, inviolabiliter observari. Alioquin visitatores transgressores regulariter puniant, et prædicta faciant observari; salva nihilominus beati Benedicti regula, quem sciant præcipue ad correctionem et reformationem ordinis se habere magistrum.

Ut legantur hæc et exponantur.

Præcipimus etiam in virtute obedientiæ, quod abbas vel prior, si absens fuerit abbas, legi faciat et exponi diligenter supradicta omnia in capitulo ter in anno, videlicet infra octabas festivitatum Natalis Domini, Paschatis, Resurrectionis, et Assumptionis beatæ Virginis.

De gravi pœna transgressorum.

Abbas vero hæc omnia diligenter observet, et ab aliis faciat diligenter observari. Alioquin si super his negligens fuerit, secundum transgressionis suæ vel negligentiæ qualitatem, taliter puniatur, quod pœna illius sit aliis in exemplum. Et si forsan, culpis suis exigentibus, abbatem ab administratione contigerit amoveri, nulla ei aliquorum reddituum fiat provisio; sed in hoc potius ipsius animæ provideatur, ut salubrem agat pœnitentiam de commissis.

De annua visitatione.

Præcipimus autem sub interminatione divini judicii, ut abbates, qui capitulo provinciali pro tempore præfuerint, viros prudentes et providos et timentes Deum in ipso capitulo provinciali visitatores instituant, qui omnes abbatias et prioratus, abbates proprios non habentes, ejusdem provinciæ visitent infra annum; et secundum hanc ordinationem nostram in correctione et reformatione procedant; ut ea quæ emendari præ-

ceperint sub sigillis suis in singulis dimittant monasteriis. Et eadem reportent, ad sequentis anni capitulum tradenda substituendis visitatoribus; et sic omnium monasteriorum obedientia vel transgressio appareat. A.D. 1253. *Quod hæc consignentur.*

Cujuslibet autem provinciæ visitatores, de quinquennio in quinquennium, nobis rescribant ea quæ correxerint et statuerint observanda. *Rescriptio ad papam.*

Nulli igitur hominum, etc. Datum, etc.

121.

Responsiones Conventus ad ea quæ proposita fuerunt a domino Papa, statuta Gregorii Papæ innovante. f. 147.

1. Inprimis. Primum statutum observatur; omnes enim intersunt, excepto abbate cum capellanis suis et aliis obedientiariis, circa sua officia occupatis. Item, confessio generalis non tantummodo singulis mensibus, immo singulis diebus, cum necesse fuerit, fit. Omnia alia in eodem statuto contenta secundum ejus tenorem observantur. Answers of the convent to the proposed statutes. A.D. 1253.

2. *Omnibus*, etc. Secundum statutum observatur per omnia in ecclesia beati Albani; hoc adjecto, quod novitii ante probationis terminum, si velint, possunt profiteri.

3. *Prioratus.* Tertium observatur et conceditur ab omnibus observari.

4. Quartum similiter observatur.

5. Quintum; eo excepto quod in quadam insula parva dicta Koket[1] manet unus monachus qui pro heremita habetur, et locus pro heremitorio. Et alius in una silva solitarius. *Nota pro solitariis professionis nostræ.*

6. Sextum statutum, *Cum abbas.*

7. Septimum similiter, *De prioratibus.*

8. Octavum, *Circa qualitatem ciborum*, conceditur cum mitigatione in eodem contenta.

[1] Coquet, Northumberland.

A.D. 1253. 9. Nonum, *In infirmitorio,* sine dampno non potest observari per totum; eo quod multi legaverunt ciphos pretiosos circulatos et cum pedibus, causa religionis et honestatis, quos confringere foret dampnosum. Quidam etiam ciphi circulis circumligantur, non ad ornatum sed ad robur et commodum; ne scilicet margo ciphi circumquaque dissipetur. Et sciendum quod non permittitur ciphus cum pede in refectorio, nisi tantum in majori mensa, quam *deis* appellamus; nec ibi permitteretur, sed quia Papa Adrianus transmisit abbati et conventui Sancti Albani unum ciphum cum pede, quem adhuc in memoria ejus tenent reverenter, præcepitque ut ejus memores ipso cipho uterentur in refectorio. Præterea frequenter contingit quod episcopi et extranei abbates ad illam mensam epulantur, propter quos honestum est talem ciphum habere. Hoc quoque statuerunt pii patres nostri, tam honestatem quam utilitatem considerantes; videbaturque eis hoc licitum esse, cum dicat Sanctus Benedictus in regula, talia consistere, immo et majora, in dispositione abbatis. Similiter et de corrigiatis sotularibus, cum non sit de substantia regulæ quam professi sumus.

10. Decimum, scilicet *In infirmitorio,* observatur; scilicet ne tritæ carnes in refectorio comedantur; et hæc est antiqua consuetudo in eodem refectorio.

11. Undecimum, scilicet *Infirmis autem fratribus,* observatur, et observari conceditur.

12. Duodecimum observatur; excepto quod cirotecis utuntur monachi itinerantes, ne ex capis eorum, quæ nigræ sunt, manus eorum, quibus contractant quæ circa altare sunt, denigrentur; et non ad ornatum, immo ne algeant. Ex magna autem patrum consideratione mutantur sotulares corrigiati in sotulares expeditiores; tum propter honestatem, tum ut expeditius et festinantius pulsato signo perveniatur ad servitium divinum, sicut præcipit beatus Benedictus in regula sua. Et frequenter contigit in processionibus, maxime

ubi habet conventus necesse procedere ordinate et sine impedimento, ligamina alicujus casu soluta et denodata, sequentis fratris pedes illaqueavit; unde totus conventus substitit donec renodarentur impeditus. Item manus fœdabantur. A.D. 1253.

13. Decimum tertium, scilicet *Nullus prior*, observatur per omnia.

14. Quartum decimum, scilicet *præcipimus*, etc. Hoc statutum conservatur; excepto illo quod obedientiarii non nisi semel in anno, collectis scilicet frugibus, circa festum Sancti Michaelis, de obedientiis suis compotum reddunt. Et compertum est, quod hoc sufficit. Reliqui vero in minoribus curis constituti non tantum per annum vel mensem, immo de septimana in septimanam, et quandoque de die in diem.

15. *Nullus quoque abbas.* Observatur.

16. *Monachi quoque*, etc. Istud observatur secundum constitutionem Sancti Benedicti et domini Papæ et Patrum.

17. *Illud quoque.* Istud observamus.

18. *Claustri*, etc. Istud observari debet; viderit abbas.

19. *Abbates*, etc. Hic provideat sibi abbas.

20. *Inhibemus*, etc. Observatur.

21. *Denique.* Observetur.

22. *Cæterum.* Observatur.

23. *Circa equitaturas*; viderit abbas.

24. *Omnes redditus.* Concedimus ut observetur.

25. *Prædicta.* Concedimus. De monialibus idem concedimus.

122.

Carta regis quod concessit pristinas libertates. f. 112.

Rex archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, forestariis, vicecomi- Charter of Henry III. confirming

Magna Charta. May 1253.

tibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Noveritis nos ad instantiam prælatorum et magnatum regni nostri concessisse, quod magna carta nostra de libertatibus et alia carta nostra de legibus et consuetudinibus forestæ de cætero ratæ et stabiles perseverent. Et quod omnes articuli in eisdem cartis contenti et expressi inviolabiliter observentur, salvis tamen nobis et hæredibus nostris juribus et dignitatibus coronæ nostræ, et baronibus nostris et magnatibus et aliis nobis subjectis libertatibus et aliis consuetudinibus prius usitatis, non expressis vel concessis in cartis prædictis. Et ideo vobis mandamus, districte præcipientes, quod prædictas cartas in omnibus et singulis articulis diligenter observetis, et a singulis vestrorum faciatis firmiter observari super gravem forisfacturam nostram. In cujus rei, etc.

123.

f. 112. *Carta regis quod licentiam dedit ut a subjectis tantum levetur quantum dabunt de scutagio.*

Writ of Henry III. respecting scutage. A.D. 1253.

Henricus Dei gratia rex Angliæ, dominus Hiberniæ, dux Normanniæ, Aquitanniæ, et comes Andegaviæ, vicecomiti Suthantoniæ salutem. Sciatis quod archiepiscopi, episcopi, comites, barones, abbates, priores, et alii magnates de regno nostro concesserunt nobis rationabile auxilium ad primogenitum filium nostrum militem faciendum, scilicet quadraginta solidos de singulis feodis militum quæ tenentur a nobis in capite; unde reddent nobis unam medietatem ad scaccarium nostrum Sancti Michaelis, anno regni nostri tricesimo septimo, et aliam medietatem ad scaccarium Paschæ proximo sequens; nos concessimus eisdem archiepiscopis, episcopis, abbatibus, et prioribus, quod ipsi de tenentibus suis per servitium militare levare possint

tantum de eodem auxilio ad opus suum quantum nobis reddent de feodis quæ de nobis tenent in capite, et ideo tibi præcipimus quod distringas omnes tenentes de A[thelmaro] Wintoniensi electo in balliva tua per servitium militare ad reddendum eidem prædictum auxilium sicut prædictum est. Teste me ipso, etc. A.D. 1253.

124.

Literæ concessæ archiepiscopo Cantuariensi. f. 117.

Innocentius, etc. venerabili fratri archiepiscopo Cantuariensi salutem, etc.

Pro pace tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum nonnullis personis et locis religiosis de regno Angliæ quasdam Apostolicas indulgentias et literas concessisse dicamur, quæ in tuum et Cantuariensis ecclesiæ præjudicium redundare noscantur, providere tibi et eidem ecclesiæ super hoc Apostolica sollicitudine curaremus. Tuis itaque supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, ut per hujusmodi indulgentias et literas nullum tibi et ipsi ecclesiæ præjudicium generetur, nisi in eis de præjudicio hujusmodi contineatur expresse, auctoritate indulgemus. Nulli ergo homini, etc. Siquis autem, etc.

Letter of Pope Innocent IV. to archbishop Boniface that the indulgences granted to monasteries are not to prejudice the rights of Canterbury. 23 May. 1253.

Datum Assisii, decimo kalendas Junii, pontificatus nostri anno decimo.

Hujus rei conservator datus est abbas de Boxle.

125.

De negotiis procuratis per diligentiam domini Johannis de Bolun. f. 121 *b.*

Memorandum quod die Jovis proxima post festum Sanctæ Trinitatis, anno Domini MCCLIII., solverunt fratres Willelmus de Hortune et Johannes de Bolun centum marcas sterlingorum in warderobam domini Henrici iii. regis filii Johannis regis per testimonium magistri Willelmi de Kilkenni tunc cancellarii et

Payments made to the exchequer, 19 June 1253, and writs obtained from the king by

A.D. 1253. John de Bolun.

domini Albredi tunc subthesaurarii dictæ warderobæ; et de dictis centum marcis fuerunt sexaginta et decem marcæ datæ in subsidium dicti domini regis H[enrici] iii., illo tempore transfretaturi in Wasconiam, pro abbate Sancti Albani et cellis ad Sanctum Albanum spectantibus, residuæ vero triginta marcæ allocatæ fuerunt in dicta warderoba dicto abbati pro arreragiis quinquaginta marcarum, in quibus ammerciatus fuit dictus abbas erga dictum dominum regem pro pluribus transgressionibus versus Galfridum de Childewic.

Et tunc impetrata fuerunt a domino rege tria paria literarum, videlicet unum patens directum omnibus militibus et libere tenentibus de abbatia Sancti Albani et cellis ad ipsam spectantibus, ut subvenirent dicto abbati ad subsidium memoratum perficiendum; alia duo paria literarum portavit dictus Johannes de Bolun in octabis Sancti Johannis Baptistæ anno prænotato, Philippo Luvel thesaurario et aliis baronibus scaccarii. Et fuit tenor unius brevis ut omnia quæ clara fuerunt tam de amerciamentis quam aliis dicto abbati allocarentur, ita quod de cætero non venirent in submonitionem dicti scaccarii. Tenor alterius brevis fuit, ut allocarentur dicto abbati ad scaccarium viginti libræ, et ne aliquis aliquid amplius exigeret de dicto abbate per submonitionem scaccarii de dicto amerciamento quinquaginta marcarum.

126.

MCCLIII.

f. 197. Account of the battle at Walcheren in Zealand, 4 July 1253. v. vol. v. p. 382.

Hoc quoque tempore orta est contentio lamentabilis inter Flandrenses qui dicuntur de Avaltere et Francos, illis partibus conterminos, hoc modo: Willelmus de Holande, quem nuper dominus Papa promovit in regem Alemanniæ, vivente adhuc Fretherico quondam Romanorum imperatore, oderat comitissam Flandriæ Margaretam, meritis ejusdem comitissæ evidenter exigentibus, sororem videlicet ipsius comitissæ, quæ de

patricidio se infamem, sicut loco suo præscribitur, reddidit universis. Eodem quippe Willelmo jam rege Alemanniæ et ad altiora aspirante, (præstitit enim eidem cornua domini Papæ subsidium efficax et consilium,) reliquit hæreditatem suam, scilicet Holandiam et Selandiam, fratri suo juniori nomine Florentio, a quo dicta comitissa M[argareta] homagium petiit, debitum, ut dicebat, ratione utriusque terræ. Renuit ipse constanter homagium facere de Selandia. Propter quod idem Willelmus vocatus est in curiam Flandriæ, super hoc responsurus. Et cum ibidem pacifice veniret et homagium facere renuisset, captus est ibidem et retentus, per biennium incarceratus. Postea vero per Johannem de Avennis, primogenitum ipsius comitissæ, qui et sororem[1] ipsorum regis et Florentii duxerat in uxorem, a carcere solutus, confœderationem sibi fecit mediantibus consanguineis suis, duce[2] scilicet Braibantiæ, electo Leodiensi[3] et comite Gaelero,[4] cum archiepiscopo Coloniensi,[5] duce de Limburg,[6] comite Clevensi,[7] comite de Montibus,[8] genere[9] de Luceburg et aliis magnatibus Coloniæ. Hi omnes conglobati accinxerunt se ad prælium contra comitissam memoratam et vires suas. Quæ hoc comperto advocavit sibi in auxilium comitem Barensem,[10] comitem de Sancto Paulo,[11] comitem de Pertico,[12] comitem de Gisnes,[13] cum communiis suis. Et exercitu undique congregato forti et copioso, navigio[14] veniunt præliaturi contra adversarios memoratos in Selandia, ipsa tamen comitissa in partibus suis commorante. Dux autem eorum summus fuit filius ejus Baldewinus, vocatus comes Flan-

A.D. 1253. v. vol. v. p. 437.

Battle of Walcheren (West Kapell).

[1] Adelaide, daughter of Florence IV., count of Holland, v. vol. v. p. 436.
[2] Henry III.
[3] Henry of Gueldres.
[4] Otho III., count of Gueldres.
[5] Conrad of Hochenstadt.
[6] Waleran IV.
[7] Thierri V.
[8] Adolf VI. Count of Berg.
[9] Sic., probably in error for *comite*. Henry III. was Count of Luxembourg.
[10] Theobald II., Count of Bar.
[11] Guy III.
[12] Jacques de Chateau Gonthier.
[13] Arnulf III.
[14] Interlined is, "cum navibus "quas si numeratas in recitare," qu. "quasi innumeratis recitare."

A.D. 1253. driæ. Præsciverant autem eorum hostilem adventum prædicti magnates Alemanniæ, et insulam ipsam ante eorúm adventum caute præoccupaverant. Applicantibus autem Francis, et præpropere de navibus suis exeuntibus, et adhuc ipsis in fluctibus marinis jactatis et titubantibus, obviam occurrerunt hostes eorum subito, præmuniti et ad unguem optime armati, et in ipsos impetum facientes acerrimum, in ore gladii incautos et in mari fatigatos exceperunt. Et hostili ac horribili facto congressu, repressi ac repulsi sunt Franci; et facta cæde et fuso sanguine non modico, occubuerunt Franci pro majori parte, et aliquota pars Flandrensium. Et facta est strages maxima, toti Christianitati dampnosa et irrestaurabilis. Pepercit autem Flandrensibus, ut dicitur, Johannes de Avennis, sub spe recuperandæ hæreditatis, qua mater sua fecerat eum abjudicari in curia Francorum. Ceciderunt autem ibi casu lamentabili comes dictus de Pertico et comes Barensis, et, ut creditur, comes de Sancto Paulo. Et captus est ibidem comes de Gisnes, et, ut dicitur, Flandrensis,[1] et quidam frater[2] ejus junior. Nec evasit quispiam Francigenarum, nec aliquis qui linguam Flandrensem ignoraret. Quos captos examinaverunt sigillatim prædictus Johannes et sui in lingua prædicta, quin sententiam subirent capitalem, sine delectu conditionis miserabiliter trucidati. Dicuntur autem ibidem cecidisse tresdecim milia armatorum, præter vulgares et mersos, et præter captos qui forte mallent in prælio laudabilius occubuisse, scientes se in carcere tabescendos vel gravissime cum omnibus[3] amicis suis redimendos. Et quia Veneris petulantia et muliebris detestabilis luxuria hoc suscitavit infortunium, Deo ultore facta est hæc strages a sæculis deploranda die Veneris, scilicet sexta feria, quarta die Julii, anno Domini MCCLIII. Hujus autem lugubris eventus seminarium, per feminiam incontinentiam suscitatum,

[1] Guy de Dampierre.
[2] John de Dampierre.
[3] This word is doubtful, being nearly effaced.

licet tempore præcesserit per anticipationem, tamen, quia aliquot annis præteritis nuntiatum est, subscriptum rei factæ planius et plenius in hoc loco dilucidavimus. A.D. 1253.

127.

Mandatum regis de juratis ad arma. f. 112 *b*.

Writ of Henry III. concerning those sworn to arms. 18 July 1253. v. vol. v. p. 368.

H. de Hathelokestuna vicecomes Essexiæ et Hertfordiæ ballivis libertatum Sancti Albani salutem.

Mandatum domini regis in hæc verba suscepi:

H[enricus] Dei gratia rex, etc. vicecomiti Esexiæ et Hertfordiæ salutem. Summone per bonos submonitores omnes milites et omnes libere tenentes de comitatibus prædictis, et de qualibet villa quatuor homines et præpositum, et de quolibet burgo duodecim legales burgenses, qui sint coram dilecto et fideli nostro Henrico de Colevilla, ad dies et loca quos tibi scire faciet, ad audiendum et faciendum præceptum nostrum. Venire etiam facias coram eo ad eosdem dies et loca omnes eos qui jurati sunt ad arma et jurari debent, cum armis suis ad quæ jurati sunt et esse debent, audituri et facturi præceptum nostrum. Et interim diligenter inquiras qui fecerunt ultimo scrutinium de armis in comitatibus prædictis, et qui ultimo inde sacramentum ceperunt, et ubi rotuli de scrutinio illo et sacramento fuerunt. Et rotulos illos habeas coram præfato Henrico, prædictis diebus et locis, et tu ipse tunc ibi sis in propria persona tua, ad exequendum ea quæ idem Henricus tibi ex parte nostra præcipiet. Et si ballivi libertatum qui returnum habent brevium nostrorum, istud mandatum nostrum executi non fuerint, non omittas quin libertates illas ingrediaris ad idem mandatum exequendum.

Teste meipso apud Portesmuthe, xviii. die Julii, anno regni nostri XXXVII.

Quare tibi mando quod mandatum istud sub amissione libertatis domini tui diligenter exequaris.

f. 115.

128.

A similar writ with the articles to be observed. 20 July, 1253.

Henricus, Dei gratia, etc. dilecto et fideli suo Henrico de Colevilla salutem. Sciatis quod assignavimus vos ad exponendum militibus, liberis hominibus, et aliis de comitatibus Cantebrugiæ, Huntendoniæ, Hertfordiæ, et Esexiæ, quos coram nobis venire præcipimus ad dies et loca quos vicecomitibus eorundem comitatuum scire fecerimus, articulos quos vobis mittimus sub sigillo nostro, et ad providendum quod articuli illi firmiter observentur, ad pacis nostræ conservationem, et ad videndum quod singuli habeant arma ad quæ sunt jurati et jurari debent. Et ad ponendum modo debito omnes quos resistentes et rebelles seu negligentes in præmissis inveneritis. Et ideo vobis mandamus, quod ad dies et loca, quos duxeritis providenda, in comitatibus prædictis sitis ad prædicta facienda, prout magis videritis expedire. Mandamus enim singulis vicecomitibus prædictis, quod ad dies et loca, quos eis scire facietis, venire faciant coram vobis omnes milites, libere tenentes de comitatibus prædictis, de qualibet villa quatuor homines et præpositum, et de quolibet burgo xii. legales burgenses; et omnes illos qui jurati sunt ad arma et jurari debent, cum armis suis ad quæ jurati sunt et esse debent, ad audiendum et faciendum quæ eis ex parte nostra præceperitis. Et quod ipsi vicecomites in propriis personis suis tunc sint coram vobis cum rotulis de ultimo scrutinio armorum facto in eisdem comitatibus, ad exequendum quæ eis ex parte nostra præceperitis. Et si ballivi libertatum, qui habent returnum brevium nostrorum, mandatum nostrum in hac parte executi non fuerint, non omittatis quin libertates illas ingrediamini, ad prædictum mandatum nostrum exequendum. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste meipso apud Portesmuthe, vicesimo die Julii, anno regni nostri tricesimo septimo. A.D. 1253.

Articles to be observed.

Quod vigiliæ fiant per singulas villas sicut fieri consueverunt, et per viros probos et validos.[1]

Quod sectæ de vicesiis fiant secundum antiquum debitum modum, ita quod negligentes et vicesium sequi nolentes capiantur tanquam consentientes malefactoribus et liberentur vicecomiti. Et insuper in qualibet villa provideantur quatuor homines vel sex, secundum quantitatem villæ, ad vicesia promte et instanter prosequenda; et ad malefactores prosequendos, si supervenerint et necesse fuerit, cum arcubus et sagittis et aliis levibus armis quæ debent provideri ad custum totius villæ, et quæ semper remaneant ad opus prædictæ villæ. Et super illos provideantur de quolibet hundredo duo liberi et legales homines potentiores, qui sint superiores; et videant quod vigiliæ recte fiant et prosecutiones prædictæ.

Quod nullus extraneus hospitetur, nisi de die, et de die clara discedat.

Quod nullus extraneus receptetur in villis campestribus, ultra unum diem vel duos ad plus, extra tempus messium, nisi hospes pro eo velit respondere.

Quod si aliquis malefactor, vel aliquis de quo mala suspicio habeatur, capiatur per vigilatores vel alios domini regis fideles vicecomes vel ballivus de hundredo ipsum sine dilatione vel mercede aliqua recipiet.

Quod præcipiatur majori et ballivis singularum civitatum et burgorum, quod si aliquis mercator vel extraneus deferens pecuniam et illam eis ostendat et conductum petat, quod faciant ei conductum per malos passus et loca ambigua; quod si aliquid amiserit pro defectu conductus vel in eorum conductu, de villata[2] burgi illius vel civitatis ei restituatur.

[1] *validos*] vadidos, MS.

[2] *villata*] villeta, MS.

129.

f. 116. *Impetratio abbatis et conventus ecclesiæ Sancti Augustini Cantuariensis contra impetus archiepiscopi B[onefacii].*

Letter of Pope Innocent IV. to the abbats of Battle and Waltham in favour of St. Augustine's, Canterbury. 28 Aug. 1253. vide vol. v. p. 415.

Innocentius[1] etc. de Bello et de Waltham abbatibus, Cicestrensis et Londoniensis diocesum, salutem et Apostolicam benedictionem.

Olim ad nostram perlato audientiam quod abbates, priores, et monachi ordinis sancti Benedicti Cantuariensis provinciæ statuta, pro reformatione ipsius ordinis a felicis recordationis Gregorio Papa prædecessore nostro edita, non servabant, venerabili fratri nostro Cantuariensi archiepiscopo ejusque suffraganeis per nostras sub certa forma literas dedimus in præceptis, ut inquisita super hoc diligentius veritate, statuta ipsa facerent ab universis personis ejusdem ordinis, civitatum et diocesum suarum, tam exemptis [quam] non exemptis, exacta diligentia observari. Nos igitur, dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii Sancti Augustini Cantuariensis dicti ordinis precibus inclinati, præsentium vobis auctoritate mandamus quatinus, si quas excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias idem archiepiscopus in eundem abbatem vel personas alias ejusdem monasterii ipsumque[2] monasterium literarum auctoritate hujusmodi per se vel per alium promulgaverit,[3] vos ipsas vice nostra sine difficultate aliqua relaxantes, [dispensetis[4] cum eisdem abbate ac personis super irregularitatis macula, si qua exinde forsitan contraxerunt,] nec[5] permittatis eosdem literarum vel sententiarum ipsarum prætextu ab aliquibus

[1] This letter will be found in the Registrum Innocentii iv., vol. iii. f. 16, No. cxliii, vol. 23 of the Vatican Regesta.

[2] *ipsumque monasterium*] om. Vat.

[3] *promulgaverit*] promulgavit, Vat

[4] The words in brackets are from the Vat. Regesta.

[5] *nec*] non, MS.

molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante si aliqui ex indulto Apostolico excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per literas Apostolicas absque nostro speciali mandato faciente plenam et expressam de verbo ad verbum de indulto mentionem. Quod si non omnes,[1] etc. A.D. 1253.

Datum Assisii, quinto[2] kal. Septembris, Pontificatus nostri anno undecimo.

130.

Quomodo monachi Sancti Augustini Cantuariæ liberati sunt ab oppressione archiepiscopi in hac parte. f. 117.

Innocentius, etc. archiepiscopo Cantuariensi salutem et Apostolicam benedictionem. Letter of pope Innocent IV. to archbishop Boniface, in favour of S. Augustine's, Canterbury. 16 Sept. 1253. v. vol. v. p. 415.

Licet monasterium Sancti Augustini Cantuariæ ordinis Sancti Benedicti ex eo favorabiliter prosequi debeamus, quod ad Romanam ecclesiam nullo pertinet mediante, illud tamen specialiori amplectimur in Domino caritate, quod inter alia ejusdem ordinis monasteria et regularis observantia et hospitalitatis bonum, prout accepimus, præcipue locum obtinet in eodem. Sane olim sub certa forma per nostras tibi literas dedimus in præceptis, ut statuta pro reformatione dicti ordinis, a felicis recordationis Gregorio Papa prædecessore nostro edita, faceres ab universis personis ejusdem ordinis tuæ civitatis et diocesis exacta diligentia observari. Quarum literarum auctoritate, super hoc præceptum Apostolicum exequens, diligenter in præfato monasterio ut dicitur processisti. Cum igitur de ipsius monasterii personarum religione ac vita bonam habentes opinionem fidedignorum testimoniis informatam, sententias, si quas ob hoc in personas sæpe dicti monasterii promulgasti

[1] *omnes*] ambo, Vat.

[2] So the date in the Vat. Regesta. The date in MS. is "Sexto idus "Septembris."

A.D. 1253. relaxari mandamus; fraternitatem tuam rogandam duximus et hortandam, per Apostolica scripta tibi mandantes, quatinus prædictarum literarum occasione ipsius personas monasterii ulterius non molestes; sed habens ipsas cum eodem monasterio pro nostra et Apostolicæ sedis reverentia in suis juribus propensius commendatas, adversus aliorum molestias eisdem, quantum in te fuerit, favorabilem et benivolum [1] te impendens, ita quod tua devotio exinde merito debeat commendari.

Datum Assisii, decimo sexto kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno undecimo.

131.

f. 118. *Literæ Papales aliquantulum mitigatoriæ.*

Letter of Pope Innocent IV. to the abbat and convent of St. Alban's sending his general Letter of 3 Nov. 1253 on the collation to Benefices. v. vol. v. p. 318.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii Sancti Albani ordinis Sancti Benedicti, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lincolniensis diocesis, salutem et Apostolicam benedictionem.

Editum a nobis de novo statutum de verbo ad verbum præsentibus fecimus annotari. Cujus tenor talis est:

Innocentius [2] episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis, archipresbyteris, et aliis ecclesiarum prælatis, earumque capitulis et conventibus, seu collegiis, tam exemptis quam non exemptis, ac patronis, clericis ac laicis, præsentes literas inspecturis, salutem et Apostolicam benedictionem.

Postquam regimini generali ecclesiæ nos, licet im-

[1] *benivolum*] So the margin; the text has *benignum*.

[2] This letter is in the Vatican Regesta. Regist. Innocentii IV., t. iii. f. 30.

meritos, divina pietas voluit præsidere, cordi semper A.D. 1253.
habuimus, quod honestatem et ordinem in omnibus servaremus, ac in provisionibus faciendis haberemus illius providentiæ modum, per quem ecclesiis et monasteriis, sive aliis piis locis, honor et commodum perveniret. Quod autem quandoque contrarium accidisse dinoscitur, tum propter malitiam temporum, tum propter improbitatem nimiam petitorum, sæpe nobis dolorem intulit, et cordi nostro suspiria cumulavit. Maxime cum post multa diffugia et excogitatæ resistentiæ studium provisiones quasdam prorsus inviti fecerimus, quas potuisse vitare pro magno et sollempni gaudio duceremus, cum itaque dudum fuerimus mente vigiles, ut super his adhibere remedium possemus oportunum; nos pro quiete mentis nostræ, ac pro ecclesiarum, monasteriorum, et locorum prædictorum salute duximus statuendum, quod singuli vestrum canonias et præbendas ac beneficia seu personatus et dignitates, cum cura vel sine cura, redditus et etiam pensiones, ad collationem aut electionem seu præsentationem vestram spectantia, quæ optinentur a quibuscunque oriundis extra regna, in quibus habentur canonicatus et præbendæ, ac alia supradicta, seu apud sedem Apostolicam maneant, seu alibi commorentur, ex nunc[1] personis idoneis, Deum habendo præ oculis, conferre, vel eas ad illa eligere, ac electas confirmare seu præsentare, et præsentatas admittere, sublato cujuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, valeatis; et ex tunc personæ ipsæ in eisdem canoniis, et præbendis, ac beneficiis, seu dignitatibus et personatibus, redditibus et pensionibus, plenum jus et inconcussum optineant. Nec tamen de his priusquam vacent se aliquatinus intromittant, sed ea ipso jure quam citius vacaverint assequantur; et ipsa intrandi ac retinendi, nullius requisito consensu, libe-

[1] *nunc*] So Vat., *tunc*, MS.

A.D. 1253. ram habeant facultatem. Ita tamen, quod illi qui nunc ipsa optinent, ea quousque cesserint vel[1] decesserint pleno jure pacifice habeant et quiete, ac nullum omnino super his prætextu statuti ejusdem præjudicium patiantur. Volumus tamen, quod si sub expectatione præbendarum in ecclesiis, in quibus provisum fuerit dictis personis, prius aliqui sint recepti, vel si super provisione sua in eis literas Apostolicas impetrarunt, sicut in receptione vel impetratione, sic in præbendarum assecutione, personis præferantur eisdem. Si vero aliqua personarum ipsarum, cui obtentu ejusdem statuti provisum fuerit, vel ei[2] juxta modum inferius annotatum contigerit de vestra liberali gratia provideri, cedat interim vel decedat, licitum sit vobis tam cito loco sui aliam idoneam subrogare, ac successive hoc facere, in cujusvis earundem cessione vel obitu personarum. Sub divini tamen judicii obtestatione præcipimus, quod personæ ipsæ contra possessores dictorum canonicatuum et beneficiorum ac præbendarum, seu personatuum et dignitatum, reddituum seu pensionum, nullas insidias, aut fraudem vel molestias, sive quodcunque aliud inconveniens machinentur. Alias autem ipso facto cadant ab omni jure, eis super provisione hujusmodi adquisito, cum dignum sit, quod sicut gratia pro virtute tribuitur, ita pœna pro vitio compensetur. Pro malitiis autem[3] cohibendis, quæ hujusmodi forsan occasione statuti oriri possent in mentibus perversorum, volumus ut si aliquem cui subrogatio[4] ejusdem statuti facta fuerit, quod absit, perimi contigerit quoquo modo, taliter subrogatus possessionem suæ provisionis non habeat nec aliquatenus apprehendat, nisi prius Apostolicas vel ordinarii et aliquorum religiosorum virorum Deum timentium patentes literas optinuerit, quod de morte sic occisi suspectus nullate-

[1] *vel decesserint*] In the margin in Vat.
[2] Vat. ins. *per nos.*
[3] *autem*] etiam, Vat.
[4] Vat. ins. *ex beneficio.*

nus habeatur. Cæterum quia personis eisdem in grave posset redundare tædium, quod vacationem canonicatuum et præbendarum ac aliorum prædictorum per longa tempora expectarent, ad hoc nostra desudet intentio ut de canoniis et præbendis ac beneficiis, seu personatibus et dignitatibus, redditibus et pensionibus, ad vestram collationem aut electionem vel præsentationem spectantibus, quæ præter hujusmodi provisionem vestram vacant ad præsens seu vacare contigerit, dummodo nulli alii de jure competant, liberaliter ac sine mora provideatis eisdem, et postquam ipsarum loco alias personas idoneas quam citius subrogetis. Ad hæc statutum prædictum quamvis juri oppositum, quod pro causa legitima et salubri ad nullius requisitionem vel instantiam proprio motu fecimus, plenam et inviolabilem firmitatem volumus optinere. Sed tamen ad alias collationes et electiones seu præsentationes, quas a quocunque de cætero fieri contigerit, idem statutum nullatenus extendatur, nec sanctionibus canonicis propter ipsum in posterum aliquod præjudicium generetur. Præterea, nulla privilegia vel indulgentiæ seu literæ Apostolicæ sedis vel legatorum ejus, sub quacunque forma verborum de cætero impetranda, obsistant præfato statuto, cum jam plenum jus per hujusmodi collationem aut electionem seu præsentationem adquiratur personis eisdem, et illud eis tolli non possit absque divini offensa nominis et sedis Apostolicæ injuria manifesta. Nos enim nihilominus si aliquid super his contra præfatum statutum contigerit attemptari, non solum irritum ac inane decernimus, sed omnes qui contravenire præsumpserint divinæ maledictioni ac nostræ volumus subjacere. Licitumque sit vobis universis et singulis, tanquam nostris in hac parte ministris, nostras seu legatorum nostrorum lacerare literas, si quæ statuto ipsi contrariæ vobis aut alicui vestrum fuerint præsentatæ. Canonicatuum insuper et præbendarum ac beneficiorum et aliorum A.D. 1253.

A.D. 1253. prædictorum possessio, sicut prædictum est, nihilominus intretur, ac retineatur libere; non obstantibus literis memoratis. Sæpe[1] dictum vero statutum ad pontificatus et abbatias ac alias regulares extendi volumus dignitates. Vos itaque, filii abbas et conventus, statutum ipsum, prout expedire videritis, auctoritate nostra diligenter et fideliter exequi studeatis.

Datum Laterani, tertio nonas Novembris, Pontificatus nostri anno undecimo.

132.

f. 116 *b*.

Hæc est forma literarum directarum archidiacono Bedefordiæ et aliis archidiaconis Lincolniensis diocesis super controversis.

Letter of Henry of Lexinton, dean of Lincoln, to John de Crachale, archdeacon of Bedford, on the quarrel between the chapter of Lincoln and archbishop Boniface on bishop Grosseteste's death. A.D. 1253. v. vol. v. p. 412.

Venerabili in Christo fratri concanonico et amico præcordiali, domino J[ohanni][2] archidiacono Bedefordiæ, H[enricus] Lincolniensis ecclesiæ decanus salutem et fraternæ dilectionis sinceritatem.

Formam inter venerabilem patrem dominum Cantuariensem archiepiscopum et nos et capitulum nostrum Lincolniæ conceptam et hinc inde sigillatam, vobis præsentibus interclusam, per latorem præsentium destinamus cum transcripto relaxationis sententiarum a dicto domino archiepiscopo latarum. Ad hoc sciatis quod negotium prætactum domino Cantuariensi archidiacono[3] et magistro R[oberto] de Marisco examinandum et determinandum est commissum. Qui quidem præfixerunt partibus crastinum beati Mathiæ apostoli apud Stanes. Præterea provideatis vobis de probationibus, videlicet tam de testibus quam instrumentis, in dicta causa necessariis. Tenorem autem omnium infra præsentem cedulam contentorum domino archidiacono Huntendunensi per nuntium suum, latorem

[1] *Sæpe . . . . studeatis*] Not in Vat.

[2] John de Crachale.

[3] Hugh Mortimer.

præsentium, in scriptis redactum habere ex parte nostra mittatis si placet. A.D. 1253.

133.

Relaxatio sententiæ imperfecta. f. 116 *b*.

Relaxation by archbishop Boniface of the sentence of excommunication pronounced by him against the chapter of Lincoln. 18 Nov. 1253.

Bonefacius, permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, dilectis in Christo filiis subdecano Lincolniæ et priori de Thorkesee salutem æternam in Domino.

Sententias excommunicationis suspensionis, seu interdicti, quas tulimus generaliter seu specialiter vel alias auctoritate nostra contra illos qui se nobis opponerent, quominus per nos vel per officiales nostros jurisdictionem episcopalem in civitate et diocesi Lincolniæ exerceremus, episcopatu Lincolniæ vacante, duximus relaxandas quoad illos qui ad præsens in usu prædictæ jurisdictionis facto vel fraude se nobis non opponunt nec in posterum se opponent. Quocirca vobis mandamus quatinus quoad prædictos dictas sententias denuntietis auctoritate nostra relaxatas; sententiis memoratis quoad illos, qui nobis vel officialibus nostris contradicunt modo supradicto et in posterum contradicent in exercitio jurisdictionis memoratæ, in suo robore duraturis.

Datum apud Croidene in octavis Sancti Martini, anno Domini MCCLIII.

134.

Literæ decani Lincolniensis super præmissis. f. 116 *b*.

Letter of Henry of

Universis Christi fidelibus præsentes literas visuris vel audituris H[enricus] Lincolniensis ecclesiæ decanus salutem in Domino sempiternam.

Noveritis quod cum venerabilis pater dominus Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, vacante

Lexinton, dean of Lincoln, on the same subject. 17 Nov. 1253.

sede Lincolniensi per mortem bonæ memoriæ R[oberti] quondam Lincolniensis episcopi, exerceret jurisdictionem episcopalem in civitate et diocesi Lincolniæ, reclamantibus et contradicentibus nobis et capitulo nostro Lincolniæ, necnon et archidiacono [1] ecclesiæ nostræ Lincolniæ, providit dominus archiepiscopus prædictus, quod de consilio nostro et fratris A[dami] de Marisco daret duobus viris idoneis, nobis nec capitulo nostro suspectis nec dictis archidiaconis suspectis, jurisdictionem et potestatem, qui de plano et absque strepitu recipient probationes et instrumenta tam super possessione quam super proprietate quas vel quæ nos et capitulum nostrum et archidiaconi supradicti producere voluerimus. Insuper recipient probationes et audient defensiones quas præfatus dominus archiepiscopus voluerit proponere coram eis, ita quod prædicti viri, quibus supradicto modo hoc negotium committetur, infra festum beati Johannis Baptistæ proximo venturum pronuntient diffinitionem [2] tam super possessorio quam super petitorio secundum jura et rationes hinc inde allegatas et probatas. Voluit autem et concessit dominus archiepiscopus, quod si prædicti ordinatores pronuntiaverint pro nobis et capitulo nostro et archidiaconis ecclesiæ Lincolniæ in possessorio vel petitorio, non præjudicetur nobis vel capitulo nostro nec archidiaconis prædictis per exercitium jurisdictionis episcopalis, qua, nobis et capitulo nostro et archidiaconis prædictis reclamantibus, usus est dominus archiepiscopus in civitate et diocesi Lincolniæ, quoad articulos illos in quibus pro nobis pronuntiaverint ordinatores supradicti. Concessit etiam idem dominus archiepiscopus, quod si iidem ordinatores vel eorum alter sublati essent de medio vel causa peregrinationis abessent, vel aliquo alio legitimo impedimento detenti non pronuntiarent infra tempus supradictum, de con-

[1] William Lupus, v. vol. v. p. 412.

[2] Above this word is written *vel . . . tive*, i.e. *diffinitive*.

silio nostro et fratris A[dami] de Marisco alios idoneos neutri parti suspectos, qui in dicta forma prædictum decidant negotium, subrogabit. Si vero infra dictum festum beati Johannis Baptistæ non fuerit pronuntiatum, salvum erit et remaneat utrique parti jus suum tam in possessorio quam in petitorio, non obstante dictæ jurisdictionis episcopalis exercitio prænotato; ita videlicet quod pendente dicto negotio per nos seu capitulum nostrum vel dictos archidiaconos dictæ jurisdictionis exercitium quam exercebit dominus archiepiscopus, nobis reclamantibus ut supradictum est, interim facto non impedietur vel fraude. Voluit etiam et concessit dictus dominus archiepiscopus, quod nobis et capitulo nostro seu dictis archidiaconis nullo tempore possit obici ab ipso archiepiscopo vel successoribus suis, quod dictam jurisdictionem de nostro, capituli, seu archidiaconorum consensu seu conniventia in prædictis civitate et diocesi Lincolniæ exercuerit. In cujus rei testimonium et probationem nos decanus Lincolniæ, habentes mandatum speciale a Lincolniensi capitulo super ratihabitione, omnia prædicta et specialiter et expresse in supradicta forma approbantes, sigillum nostrum præsentibus literis apposuimus in testimonium veritatis. A.D. 1253.

Data apud Croidene in crastino Sancti Edmundi Confessoris, anno Domini MCCLIII. Croydon, 17 Nov. 1253.

135.

Carta concessa burgensibus Sancti Albani. f. 115 *b.*

Henricus III. Dei gratia, etc., omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Charter of Henry III. to the burgesses of St. Alban's.

Sciatis quod concessimus pro nobis et hæredibus nostris probis hominibus villæ Sancti Albani quod de cætero non implacitent vel implacitentur per breve nostrum de atincta de aliquo tenemento in prædicta A.D. 1253.

A.D. 1253. villa, nec quod hujusmodi breve currat de cætero in prædicta villa de aliquo tenemento ejusdem villæ, sicut nec in aliis burgis regni mei. In cujus rei testimonium has literas nostras eis fecimus patentes.

Teste meipso.

136.

f. 117. *Nota de controversia mota inter Alexandrum Scissorem et Johannem Lanarium, burgenses Sancti Albani, et de carta regis adquisita per eundem J[ohannem] quem finem sortita est.*[1]

Note of the suit between two burgesses of St. Alban's, Alexander 'Scissor' and John 'Lanarius.' A.D. 1253.

Anno Domini MCCLIII. coram domino Rogero de Wicestre, justitiario domini regis, capta fuit assisa novæ disseisinæ in villa Sancti Albani quam arramiavit Johannes Lanarius, ejusdem villæ burgensis, contra Alexandrum Scissorem, ejusdem villæ burgensem, super diversis querelis. Et tunc recuperavit dictus Johannes per recognitionem xii. juratorum, et ne sibi immineret periculum in posterum per aliquam attinctam, impetravit cartam domini regis in hæc verba (*Invenies in folio præcedenti proximo ad hoc signum*[2] ☞—) sine assensu et voluntate abbatis. Dictus vero Alexander, reclamatione abbatis adjutus et aliis jurisperitorum consiliis, impetravit breve de attincta; dicta carta habita pro nulla, arramiata fuit assisa per xxiv. liberos, tam de forinsecis qui habuerunt tenementa et redditus in villa Sancti Albani quam burgenses de eadem villa, apud Barnettum coram domino Henrico de Bathonia, assidentibus magistro Simone[3] de Wautona et dicto R[ogero] de Wicestre, die Jovis proxima ante festum Sancti Andreæ apostoli anno supradicto. Et eodem die ibi Rogerus de Meridene confessus est coram

[1] In the margin Paris has written, "de die inquire."

[2] See above, No. 135.

[3] Afterwards bishop of Norwich.

dictis justitiariis se nullum feodum neque redditum habere in villa Sancti Albani. Immo quicquid habuit abbati concessit. Similiter Walterus de Wauz. Similiter Alexander filius Ricardi. Similiter Johannes de Herpesfeld. Et antequam veredictum fuit prolatum, fuit pax inter dictos Johannem et Alexandrum per amicos reformata. Et dictus Alexander a brevi suo se retraxit, positus in misericordia regis. Dictis autem die Jovis et anno capta fuit assisa novæ disseisinæ coram prædictis justitiariis arramiata per dominum Johannem de Seldeford militem contra dominum Hugonem de Vivum et quosdam alios. Et recognitione xii. juratorum recuperavit dictus dominus Johannes. A.D. 1253.

137.

Ab anno gratiæ MCCXVI. *usque ad annum* [*decimum octavum*] *domini Johannis* ii. *abbatis tot fratres monachi Sancti Albani ab hoc sæculo migraverunt ad Dominum.* f. 165*b*. Obituary of St. Alban's from 1216 to 1253.

B ℨ[1].

iv. idus Augusti obiit Bartholomæus de Londoniis sacerdos. A.D. 1216.

xi. kalendas Septembris Henricus de Gorham subdiaconus.

v. kalendas Septembris Eustachius de Bellui sacerdos.

Kalendis Septembris Martinus Londoniarum sacerdos.

vii. idus Septembris Johannes de Norfolk sacerdos.

viii. kalendas Octobris Alexander de Appeltone.

ii. kalendas Novembris Adam de Walingford sacerdos de Hertford.

Kalendis Novembris Reginaldus de Potesgrave sacerdos.

xii. kalendas D[ecembris] . . . . . sacerdos.

iv. idus Januarii obiit Willelmus de Wimondham sacerdos. A. A.D. 1217.

---

[1] The Dominical letter of the year. The addition of ℨ marks a leap year.

Hoc anno ego frater Matheus Parisiensis habitum suscepi re-[ligiosum] die Sanc-[tæ] [Ag-]netis, qui hæc scripsi ut vivant nomina fratrum in æternum.

xv. kalendas Julii Johannes de Neuhenham sacerdos.
iii. nonas Septembris Johannes de Wittune sacerdos.
iii. idus Octobris Radulphus Simple archidiaconus sacerdos.
vii. idus Novembris Petrus de Bellui sacerdos.
x. kalendas Aprilis obiit David de Estuna sacerdos.
xvii. kalendas Julii Valerianus de Redburne sacerdos.
vii. idus Octobris Walterus Gos sacerdos.
ii. kalendas Januarii Alexander archidiaconus sacerdos.
viii. kalendas Aprilis obiit Gaufridus Bidun diaconus.

G. A.D. 1218. xvii. kalendas Junii Walterus de Wibessnade sacerdos.

F. A.D. 1219. xii. kalendas Martii obiit Nicholaus conversus.

v. idus Aprilis Absalon de Wimondham sacerdos.

D 3. A.D. 1220. vii. kalendas Maii Nicholaus de Witeby sacerdos de Binham.

ii. kalendas Octobris Robertus de Redburne sacerdos.
xiii. kalendas Novembris Gillebertus sacerdos.
x. kalendas Novembris Almarus sacerdos.
vii. kalendas Novembris Johannes de Muntpincun sacerdos de Bello Loco.
vi. kalendas Novembris magister Simon de Redburne sacerdos.
ii. kalendas Martii obiit Odo sacerdos.

C. A.D. 1221. iii. nonas Septembris Galfridus Le Cunte sacerdos.

xvii. kalendas Octobris Rogerus de Hertford sacerdos.
xvi. kalendas Octobris Bernardus de Hertford sacerdos.
Nonis Novembris Nicholaus conversus de Bello Loco.

B. A.D. 1222. x. kalendas Junii obiit Robertus de Bercamestude sacerdos.

viii. kalendas Julii Galfridus de Burham sacerdos.
vi. idus Junii Robertus de Brittewelle sacerdos.
ii. nonas Julii Willelmus de Sandruge, prior de Hertford.
v. idus Julii Herbertus de Wimondham de Sancto Albano sacerdos.
Idus Augusti Reinaldus Londoniarum conversus.

vi. kalendas Septembris Rogerus Londoniarum sacerdos. Obituary of St. Alban's.
x. kalendas Octobris Odo Londoniarum conversus.
xviii. kalendas Decembris Petrus Londoniarum sacerdos.
iii. nonas Decembris Radulphus Coc sacerdos.
iv. nonas Maii obiit Radulphus Gubiun sacerdos. A. A.D. 1223.
vi. kalendas Junii Ricardus de Len novicius.
xv. kalendas Julii Johannes de Wilemondesleia de Binham sacerdos.
viii. kalendas Septembris Radulphus de Wigemere conversus de Binham.
vi. kalendas Septembris Fabianus sacerdos.
iv. kalendas Martii obiit Walterus de Reims, prior, sacerdos. F. 3 A.D. 1224.
iv. idus Aprilis Ricardus de Snetesham conversus.
xvii. kalendas Maii Rogerus Martel sacerdos.
ii. nonas Julii Walterus de Sepehale sacerdos de Hertford.
ii. idus Julii Reimundus de Sancto Albano sacerdos.
vii. kalendas Januarii Alexander de Langeleia, Binham.
vii. idus Februarii obiit Gregorius sacerdos de Thinemue. E. A.D. 1225.
vi. kalendas Junii Matheus de Sancto Albano sacerdos de Thinemue.
ii. kalendas Junii Johannes de Sancto Albano sacerdos.
ix. kalendas Julii Johannes de Wintonia sacerdos.
xi. kalendas Januarii Ricardus le Bel sacerdos.
Kalendis Januarii obiit Radulphus de Witeby sacerdos. D. A.D. 1226.
viii. idus Maii Ricardus Coc conversus.
Kalendis Julii Hugo Londoniarum sacerdos.
viii. kalendas Augusti Willelmus Rufus de Waledene sacerdos de Thinemue.
Nonis Octobris Robertus de Walingeford sacerdos.
viii. idus Januarii obiit Gregorius de Dunestaple sacerdos. C. A.D. 1227.
iii. nonas Februarii Andreas Revel sacerdos.

Obituary of St. Alban's.

vii. idus Februarii Henricus de Walemund novicius subdiaconus apud Binham.

iv. nonas Martii Johannes Noth sacerdos apud Binham.

Kalendis Aprilis Ricardus de Kene sacerdos.

xv. kalendas Maii Willelmus de Gedding s[acerdos],[1] prior de Binham, apud Wimundham.

viii. idus Decembris Nicholaus de [Sis]severne[1] s[acerdos].

A 3. A.D. 1228. xii. kalendas Martii obiit Johannes de Mimmes sacerdos, prior.

viii. idus Aprilis Willelmus de Kneburthe conversus apud Thinemue.

x. kalendas Maii Mathæus Daiman sacerdos.

iv. kalendas Septembris Ricardus de Tidenhangre conversus.

iv. kalendas Novembris Johannes de Crou sacerdos.

Nonis Decembris Anketillus sacerdos apud Tinemue.

vii. kalendas Januarii Ricardus de Du[n]st[aple] sacerdos.

G. A.D. 1229. v. idus Januarii obiit Walterus de Standune sacerdos.

xiv. kalendas Februarii Ricardus Animal sacerdos.

v. kalendas Martii Augustus Cruste sacerdos.

xv. kalendas Maii Thomas sacerdos apud Thinemue.

iii. nonas Augusti Galfridus de Horwude sacerdos.

v. idus Decembris Galienus Gambun.

F. A.D. 1230. Nonis Februarii obiit Ricardus Campanarius conversus.

xvi. kalendas Aprilis Adam de Walingeford sacerdos.

iii. nonas Maii Johannes de Storteford sacerdos.

x. kalendas Decembris Willelmus sacerdos apud Thinemue.

E. A.D. 1231. iii. nonas Januarii obiit Ascelinus de Burc sacerdos.

iii. nonas Maii Thomas de Wimundham sacerdos.

xiii. kalendas Augusti Ricardus de Walemund sacerdos.

[1] The margin of the leaf has been clipped.

iii. nonas Septembris Johannes de Seldford sacerdos.
viii. kalendas Octobris Rogerus de Bedeford, prior, sacerdos.
vi. nonas Octobris Henricus Speciarius sacerdos.
v. nonas Octobris Reimundus de Sancto Albano sacerdos, Petrusque conversus.
xv. kalendas Decembris Willelmus de Fescamp.
xix. kalendas Januarii Petrus de Walingeford sacerdos.
xiii. kalendas Januarii Thomas sacerdos.
iii. idus Januarii obiit Johannes Ostiarius sacerdos Bello Loco. C 3. A.D. 1232.
ix. kalendas Martii Robertus de Salerno sacerdos, Wimundham.
vii. kalendas Martii Petrus Buteri sacerdos Bel[ver].
xvii. kalendas Aprilis Gervasius Normannus, sacerdos.
iii. nonas Aprilis Thomas de Berlingham.
ii. nonas Aprilis Warinus de Cantebruge sacerdos.
Kalendis Maii Robertus de Belver, Thinemue.
iv. idus[1] . . Galfridus cum Barba sacerdos, Thinemue.
iii. idus Septembris Johannes de Tinemue sacerdos, prædicator, Tinemue.
iii. kalendas Octobris Robertus de Chirton sacerdos, Tinemue.
vi. idus Decembris Willelmus de Balver, Tinemue.
vi. idus Decembris Willelmus Romanus.
ii. nonas Martii obiit Willelmus diaconus, Belver. B.
Idus Aprilis Walterus sacerdos, Binham. A.D. 1233.
xviii. kalendas Maii Johannes sacerdos, Binham.
xiii. kalendas Junii Johannes de Dunestaple sacerdos, Tinemue.
x. kalendas Septembris Umfridus sacerdos, Bello Loco.
xiv. kalendas Novembris Robertus de Kemet sacerdos, Wimundham.
ii. kalendas Januarii Hugo de Wimundham, Wimundham.

[1] The month is omitted.

A. A.D. 1234. xvi. kalendas Aprilis obiit Silvester sacerdos, Tinemue.
Kalendis Mai Robertus de Sandruge sacerdos.
v. kalendas Julii Johannes de Bancs.
Nonis Julii Galfridus de Welles sacerdos, Bel[ver].
xv. kalendas Decembris Petrus de Tinterne sacerdos, Tinemue.
vii. kalendas Octobris Jacobus de Walingeford sacerdos.
vii. kalendas Decembris Ricardus de Rikemawurthe sacerdos, Bel[ver].
vi. kalendas Decembris Willelmus Tredegold conversus.
vi. kalendas Januarii Walterus, Tinemue.
Kalendis Januarii Dominus Aluredus de Cantebruge.

G. A.D. 1235. vi. kalendas Martii obiit PIÆ[1] MEMORIÆ DOMINUS ABBAS WILLELMUS DE TRUMPINTUN.
vi. idus Maii Ricardus de Sepeshale sacerdos.
ii. nonas Junii Radulphus de Rokesdune sacerdos.
Kalendis Septembris Gilbertus de Bedlintun apud Thinemue.
iv. idus Novembris Thomas de Oxoniis sacerdos.
xix. kalendas Januarii Eborardus de Bedekesham sacerdos.

E ʒ. A.D. 1236. v. idus Januarii obiit Adam de Bubgedene sacerdos.
vii. kalendas Maii Robertus de Bleis sacerdos.
ii. nonas Maii Rogerus de Wendovre sacerdos.
iii. idus Maii Johannes de Walingeford sacerdos.
iii. kalendas Junii Engeramus de la Val, prior.
ii. kalendas Septembris Rogerus Samsonis sacerdos de Bello Loco.
iii. kalendas Novembris Robertus de Bulun sacerdos de Tinemue.
x. kalendas Januarii Ricardus de Parco apud Wa . .

D. A.D. 1237. xiv. kalendas Aprilis obiit Simon sacerdos, Tinemue.
xii. kalendas Aprilis Hubertus Ridel sacerdos.
iv. kalendas Julii Jacobus subdiaconus.
v. kalendas Septembris Alexander de Cotes sacerdos.
xiv. kalendas Novembris Ricardus de Burgo sacerdos.

[1] This is in red.

viii. kalendas Januarii Godefridus de Smelesho apud Wimundham.
ii. kalendas Junii obiit Nigellus de Merstuna sacerdos. C.
xiv. kalendas Octobris Ricardus Almaricus sacerdos. A.D. 1238.
vii. kalendas ejusdem Daniel Withe sacerdos.
xvi. kalendas Decembris Gaufridus diaconus de Tinemue.
iii. kalendas ejusdem Rogerus Porretanus sacerdos.
xv. kalendas Januarii Johannes Em sacerdos apud Binham.
xvi. kalendas Martii obiit Alexander de Burgo sacerdos. B.
Kalendis Martiis Johannes de Wintoniensi sacerdos, A.D. 1239.
Tinemue.
vii. idus ejusdem Robertus filius Baldewini sacerdos.
xiv. kalendas Maii Robertus de Westuna sacerdos.
iv. kalendas Junii Alanus Andegavensis.
xvi. kalendas Julii Andreas sacerdos.
ii. idus ejusdem Ricardus de Brantefeld, prior de Haetfeld, sacerdos.
vii. idus Novembris Anketillus apud Wimundham.
iii. idus ejusdem Rogerus Martel sacerdos.
x. kalendas Januarii Robertus Gambun sacerdos.
xviii. kalendas Julii obiit Radulphus de Eversolt G 3.
sacerdos. A.D. 1240.
iv. kalendas Septembris Eborardus de Seldfort sacerdos.
vi. idus ejusdem Willelmus de Neville miserimus, sacerdos.
xiv. kalendas Septembris obiit Willelmus de Haisse- F.
welle sacerdos. A.D. 1241.
vii. idus Novembris Ethelbertus sacerdos de Bello Loco.
xiv. kalendas Januarii Robertus de Ewersold sacerdos. E.
ii. idus Martii obiit Henricus de Westwic sacerdos, A.D. 1242
Walingeford.
v. kalendas Aprilis Bartholomæus de Croumers sacerdos apud Bellum Locum.

v. idus Junii Godofridus de Puncardun sacerdos apud Hertford.

xv. kalendas Decembris Willelmus Wantoen sacerdos apud Wimundham.

xiii. kalendas Octobris Willelmus de Oxaie sacerdos.

x. kalendas ejusdem Ricardus de Wimuntham apud Wimundham sacerdos.

iv. kalendas Novembris Willelmus[1] prior Wigorniæ.

D. A.D. 1243. xvi. kalendas Martii obiit Judocus de Londoniis sacerdos.

ii. idus Martii Ricardus de Hertford sacerdos.

vii. idus Aprilis Ricardus de Sancto Marco sacerdos, Thinemue.

xv. kalendas Maii Henricus de Brithewelle apud Tinemue sacerdos.

iv. nonas Octobris Germanus de Bedlintun sacerdos.

v. idus Novembris Laurentius de Sandruge sacerdos.

B3. A.D. 1244. iv. idus Januarii obiit Walterus de Bulun sacerdos apud Tinemue prior.

Octavo kalendas Januarii Johannes de Hertford diaconus.

vii. idus Martii Robertus Campiun sacerdos, Tinemue.

xvi. kalendas Aprilis Yvo de Wltthorp sacerdos, Wimundham.

xii. kalendas Junii Adam de Port sacerdos.

xii. kalendas Octobris Gregorius de Walingeford sacerdos, Wimundham.

iv. idus Novembris Benedictus de Walingeford subdiaconus.

xix. kalendas Januarii Willelmus Men, sacerdos.

A. A.D. 1245. vii. kalendas Aprilis obiit Willelmus de Husseburne senescallus, conversus.

iii. kalendas Maii Willelmus Blancfrunt sacerdos.

Idus Julii Johannes de Dunestaple sacerdos.

---

[1] William of Bedford. He had been prior of Tynemouth: v. Annales Monastici, i. 67; iv. 417, 434.

iv. kalendas Septembris Willelmus de Stodham diaconus.
Kalendis ejusdem Ricardus Speciarius apud Bellum Locum sacerdos.
v. idus Octobris Alanus Pictor conversus.
ii. idus Octobris Johannes de Bodekesham sacerdos apud Bealvair.
vii. kalendas Januarii Walterus Trutele de Apeltun sacerdos.
vi. kalendas ejusdem Walterus Daiman sacerdos.
iv. kalendas Februarii obiit Petrus de Bello Loco sacerdos. G. A.D. 1246.
Eodem die Willelmus de Maltuna sacerdos.
v. nonas Martii Willelmus de Wendene sacerdos apud Hætfeld.
iv. nonas ejusdem Gregorius de Walingeford sacerdos, Haetfeld.
ii. idus Martii Simon Adigan conversus.
xiii. kalendas Aprilis Johannes de Stodham sacerdos.
v. kalendas ejusdem Willelmus Purs Grossum Caput sacerdos.
xvii. kalendas Julii obiit Ricardus filius Nigelli conversus.
ix. kalendas ejusdem Paganus Norensis, diu præcentor.
Kalendis Februarii obiit Adam de Walingeford. F. A.D. 1247.
ii. nonas ejusdem Bartholomæus scriptor.
xi. kalendas Julii Gaufridus Hackesalt conversus.
iv. idus Septembris Simon dictus Prior apud Hertford.
ii. idus ejusdem Hugo de Hertteshewed.
ii. nonas Octobris Nicholaus de Cella Juvenis.
vii. idus Decembris Willelmus de Aldbire, magister.
v. kalendas Januarii Willelmus de Herpesfel[d], magister.
vi. kalendas Februarii obiit Vincentius prior de Redburne. D ȝ. A.D. 1248

xv. kalendas Martii Hugo de Faldho.
iii. idus Martii Adam fatuus de infirmaria.
viii. idus Aprilis Thomas prior de Wimundham.
xii. kalendas Maii Gilebertus de Sisseverne, cantor optimus.
iv. nonas Septembris magister Walterus,[1] pictor præelectus.
iii. kalendas Januarii Alexander de Dunestaple.

C. A.D. 1249. iii. nonas Januarii obiit Martinus sacerdos, prior de Belwers.

Idus Februarii Johannes de Throckele sacerdos apud Thinemue.
ix. kalendas Martii Hamo subdiaconus, camerarius et sacrista.
iii. idus Aprilis Simon Passeleue sacerdos apud Wimundham.
xii. kalendas Augusti Hugo de Kayso sacerdos.
vi. idus Octobris Johannes Agnellus sacerdos.
iv. idus Octobris Thomas de Rikemawurthe sacerdos.
vi. kalendas Novembris Robertus de Windrige sacerdos.
xiv. kalendas Januarii Johannes de Berkamestude sacerdos.

B. A D. 1250. xiv. kalendas Februarii Ranulfus de Cella sacerdos.
v. kalendas Februarii Radulfus sacerdos de Tinemue.
ii. kalendas ejusdem Hervius de Cantebruge sacerdos.
viii. idus Maii Rogerus de Egesfeld sacerdos.
xv. kalendas Augusti Rogerus Bulax sacerdos.
vi. idus Novembris Adam de Haselingfeld sacerdos.
vi. kalendas Januarii Simon Budde sacerdos.

A. A.D. 1251. ii. kalendas Octobris obiit Reginaldus phisicus, sacerdos.
iv. nonas . .[2] Ricardus de Hortuna sacerdos.

---

[1] Walter of Colchester, the sacrist. See vol. iii. p. 59; Hist. Anglor. ii. 242; "mirabilis artifex."

[2] The month is omitted.

Idus Decembris Adam de Haselingefeld sacerdos.
ii. nonas Februarii obiit Hugo Walensis sacerdos. F 3.
vii. kalendas Maii Ricardus Rufus de Winchelcumbe, A.D. 1252.
prior de Binham, post de Thinemue.
iii. nonas ejusdem Willelmus de Leihtone sacerdos.
iii. nonas Junii Nicholaus de Walingeford sacerdos.
x. kalendas Octobris Robertus de Mordune diaconus.
iv. idus Decembris Nicholaus de Len sacerdos.
iv.[1] nonas Januarii obiit Henricus de Westwiche E.
sacerdos. A.D. 1253.
iv. nonas
xvi. kalendas Februarii Ricardus de Rising. Januarii.
iv. nonas Aprilis Ricardus de Leicestria sacerdos.
xvi. kalendas Junii Adam de Gorham sacerdos.
Kalendis Augusti Walterus Walensis sacerdos.
ii. idus ejusdem Johannes Graffard apud Thinemue.
Nonis Decembris Thomas de Hertford sacerdos.
Anno[2] Domini MCCXLVIII. obiit Adam de Belwaire, qui condonavit ecclesiæ huic debitum cc. marcarum et xxxii. marcarum, et quia specialiter abbati hoc relaxavit, promisit facere anniversarium ejus, aliquid emendo perpetuum.
Anno Domini MCCLII. kalendis Maii obiit Laurentius clericus, qui condonavit debitum c. librarum et xv. marcarum ecclesiæ Sancti Albani, et unum anulum dedit cum carbunculo, id est, rubi, feretro; sepultus est in medio ostii ecclesiæ in tumulo nomine suo intitulato.
iv. nonas Martii dominus Ricardus de Wendene, prior de Hertford.[3]

---

[1] This and the following three lines, are repeated at the foot of the page.

[2] This and the two following entries are at the foot of f. 165 *b*.

[3] Below is, "lii. graduum clima "Angliæ est."

138.

f. 124. *Mandatum Papæ fratri Johanni de ordine Minorum.*

Letter of Pope Innocent IV. to John, a Franciscan, his nuncio in England, forbidding the sale of advowsons, 9 Jan. 1254.

Innocentius[1] episcopus, servus servorum, etc., dilecto filio fratri Johanni ordinis Minorum, nuntio nostro in Anglia, salutem et Apostolicam benedictionem.

Nostris est nuper auribus intimatum quod plerique ecclesiarum prælati regni Angliæ, non attendentes ad humanos usus non debere transferri quæ juribus sunt ascripta divinis, jura patronatus et advocationis, quæ in aliquibus ecclesiis optinebant, in personas laicas concessionis vel alienationis titulo, seu alias, pro suæ voluntatis arbitrio transtulerunt, capitulorum suorum aliquando interveniente consensu, et diocesanorum, quod vix credimus, accedente favore. Nonnulli quoque abbates et priores diversorum ordinum, tam exempti quam non exempti, regni præfati, propriis commodis per modos illicitos inhiantes, in ecclesiis parochialibus jus patronatus exemptionis titulo vel aliis perversis contractibus assequuntur; et sic easdem ecclesias quandoque de suorum diocesanorum consensu,[2] quandoque motu proprio, non verentur suis vel membrorum suorum contra Deum et canonicas sanctiones usibus applicare. Quidam vero executores super clericorum provisionibus dudum in eodem regno a sede Apostolica deputati, cum aliqua beneficia ecclesiastica, de quibus eisdem clericis provideri poterit, vacare contingit,[3] in alienis negotiis suæ fidei confidenter commissis privata commoda infideliter prosequuntur, dum abbates et priores aliosque ecclesiarum patronos, ad quorum præsentationem[4] noscuntur eadem bene-

---

[1] This will be found in the Vatican Regesta, Regist. Innocentii IV., t. iii. f. 133.

[2] *concensu*] accensu, Vat. From consensu to sacros is written there over an erasure.

[3] *contingit*] contigit, Vat.

[4] *præsentationem*] præsentationes, Vat.

ficia pertinere, excommunicant et suspendunt, ipsos- A.D. 1254.
que taliter impeditos ad ordinationes ecclesiarum suarum procedere non permittunt, donec sibi ipsis vel aliis suis consanguineis vel amicis, non autem illis quibus provideri mandavimus, a patronis eisdem, minis et dolis interdum inductis, eadem beneficia seu pensiones annuæ assignentur. Aliqui etiam executorum hujusmodi, se nuntios nostros in regno Angliæ asserentes, quamquam alium præter te in eodem regno nos habere nuntium nesciamus, mandati nostri prætextu (quo eis ut[1] aliquibus clericis in eodem regno de beneficiis ecclesiasticis quæ tanto tempore vacaverunt, quod ad nos est eorum[2] collatio secundum Lateranensis statutum[3] concilii devoluta, providere procurent, dicuntur[4] injunxisse), religiosos viros super ecclesiis, quas sibi concessas in usus proprios per longissima tempora pacifice possederunt, infestant, nec ab eorum super his infestatione desistunt, donec iidem religiosi aliqua summa pecuniæ vel assignatione annuæ pensionis vexationem suam redimere compellantur. Cum igitur f. 124 *b.*
hæc non sint sub dissimulationis silentio transeunda, discretioni tuæ in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatinus—inquisita[5] per te ac alios sæculares vel cujuscunque religionis vel professionis viros, quos ad hoc in diversis locis ejusdem regni vice nostra, quam tibi super hoc præsentium auctoritate concedimus, duxeris deputandos, super præmissis diligentius veritate—hujusmodi alienationes, venditiones, seu e[m]ptiones de patronatibus vel[6] advocatiis ecclesiarum, quæ cum spiritualibus sint annexæ, vendi vel emi taliter nequeunt, a quibuscunque præsumptas vel in posterum præsumendas, quas irritas esse decernimus, denuntians nullas esse eas, et

---

[1] *ut*] So Vat.; in, MS.
[2] *eorum*] From Vat. om. MS.
[3] *statutum*] statuta, Vat.
[4] *dicuntur*] dicimur, Vat.
[5] *inquisita*] From Vat.; erased in MS.
[6] *vel*] et, Vat.

CROYDON PUBLIC LIBRARY CENTRAL

A.D. 1254. quicquid ex ipsis vel ob eas circa ecclesiarum parrochialium statum[1] inveneris temere immutatum, in statum debitum de plano et absque judicii strepitu revocare procures. Executores vero prædictos ad resignanda et restituenda quæcunque ipsos inveneris de prædictarum concussionum scelere percepisse, auctoritate nostra per te ac alios quos ad hoc, ut prædiximus, deputabis, qua convenit districtione, compellas; redditurus nos nihilominus de illis, quos de[2] his deliquisse compereris, per tuas literas continentes meram et plenam rerum seriem certiores, ut circa eos, prout culpæ qualitas exegerit, procedamus, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstante si aliquibus sit ab Apostolica sede concessum, quod excommunicari, suspendi, vel interdici non possint per literas Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, seu quod ad susceptionem causarum vel executionum quæ sibi auctoritate sedis ejusdem[3] committi contingit minime teneantur, vel constitutione *de duabus dietis* edita in concilio generali.

Datum Laterani, v. idus Januarii, Pontificatus nostri anno undecimo.

139.

Literæ missæ regi in Wasconia a comite Ricardo.

f. 120 *b*. Letter of queen Alienora and Richard, earl of Cornwall, sent to the king in Gascony. A.D. 1254. v. vol. v. p. 425.

Domino[4] regi Angliæ, etc., regina et R[icardus] comes Cornubiæ salutem. Fœdera, i. 499.

Recepimus literas vestras ad Natale Domini proxime præteritum, quod in crastino Sancti Hillarii convocaremus archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, et barones regni Angliæ, ad ostendendum eis statum

---

[1] *statum*] statutum, Vat.
[2] *de*] in, Vat.
[3] *ejusdem*] Apostolicæ, Vat.
[4] Compare the letter in Shirley's *Royal and Historical letters of Henry III.* ii. p. 101.

vestrum et adventum regis Castellæ in Wasconiam contra vos. Et quia brevitas temporis non patiebatur quod dicti magnates ad dictum diem possent convenire, vocavimus eosdem apud Westmonasterium in quindena dicti festi Sancti Hillarii. Quibus congregatis, et expositis eis adventu dicti regis et statu vestro, responsum recepimus, quod comites et barones erunt Londoniæ a die Paschæ proximo futuri in tres septimanas, parati indilate tendere versus Portesmue, ascensuri naves ad veniendum potenter in succursum vestrum, contra dictum regem Castellæ, si dictus rex Castellæ contra vos in Wasconiam sit venturus. Et hoc promiserunt comes Gloverniæ et omnes alii magnates. Præterea archiepiscopus Cantuariensis, electus Wintoniensis, Londoniensis et Wigorniensis episcopi, promiserunt se personaliter ad vos accessuros in manu forti. Et alii episcopi et abbates Angliæ tunc præsentes promiserunt quod efforcialiter vobis subvenirent de pecunia sua contra dictum regem Castellæ; summam tamen tunc exprimere noluerunt; sed quilibet habebit summam quam daturus est Londoniæ, in termino prænotato, hoc est, a die Paschæ in tres septimanas, sicut constanter asseruerunt; si ita sit quod dictus rex Castellæ contra vos in Wasconia sit venturus. Sed de clericis suis nullam vobis voluerunt facere concessionem, propter decimam colligendam ad opus vestrum in subsidium Terræ Sanctæ, in proximum. Nos vero cum regina vestra ad vos veniemus juxta mandatum vestrum; et Edwardus filius vester et Beatrix filia vestra; et ego frater vester Ricardus comes Cornubiæ vobis non deficiam; sed ad vos veniam cum potestate, ad vestrum profectum et honorem meum; ita quod vos et hæredes vestri mihi scietis grates Deo dante in perpetuum; si dictus rex Castellæ contra vos in Wasconia sit venturus, sicut mihi mandastis. Et per consilium dominæ reginæ et aliorum benivolorum vestrorum, dimittam regnum vestrum Angliæ in bonis manibus et fidelibus, Deo

A.D. 1254.

Notandum.

Notandum.

Notandum.

A.D. 1254. dante, ad vestrum commodum et honorem. Et si vobis placeat et bonum videatur, quod domina regina veniat in communi passagio magnatum et baronum vestrorum Angliæ, hoc ei tempestive significetis si placet; ut sic ad vos cum Edwardo filio vestro et B[eatrice] filia vestra securius et decentius venire valeat. Volunt autem præfati prælati et magnates ante passagium suum et auxilium dandum habere literas vestras patentes sibi de Wasconia mittendas; quod ex præsenti subventione vobis persolvenda et in rebus facienda non fiat in posterum ipsis successoribus seu hæredibus suis præjudicium, tempore vestro vel hæredum vestrorum.

140.

f. 125. *Literæ de ratahabitione pacis inter reges Hispaniæ et Angliæ.*[1]

Letter of Henry III. accrediting ambassadors to the king of Castile to conclude a treaty with him. 8 Feb. 1254. v. vol. v. p. 585.

H[enricus][2] Dei gratia rex Angliæ, dux, etc.

Scias nos dedisse dilectis et fidelibus nostris venerabili patri P[etro] Herefordensi episcopo et Johanni Mansel, præposito Beverlaci, in solidum et utrique eorum separatim, quos ad præsentiam illustris regis Castellæ destinamus, liberam et plenam potestatem contrahendi nomine nostro pacem et fœdus amicitiæ cum prædicto rege, super articulis subscriptis. Videlicet, quod nos erimus imprisii ejusdem regis Castellæ contra omnes homines, et juvabimus eum cum toto posse nostro bona fide, excepta ecclesia Romana; et in facto et in guerra regis Navarræ, quia sumus cruce signati, mittemus Edwardum primogenitum et hæredem nostrum, cum ab ipso rege Castellæ fuerimus requisiti. Et si acciderit quod idem Edwardus venire non poterit, mittemus senescallum nostrum cum toto posse

[1] Before this letter in rubrick is, "Lege, sed lecta tege, quia prosum quicquid sequitur."

[2] Several documents similar to this may be seen in the Fœdera, i. pp. 295, 299, &c.

nostro ad guerram prædictam. Et prædictus Ed- A.D. 1254.
wardus accipiet in uxorem Alienoram sororem ipsius regis Castellæ, quam prædicti nuntii nostri recipere debent nomine ipsius E[dwardi] de manu prædicti regis Castellæ; et nos eam dotabimus, secundum quod aliqua regina Angliæ melius dotata fuerit vel honorata; et assignabimus eidem Edwardo ad suam et uxoris suæ sustentationem, computatis tam terris sibi jam datis quam etiam dandis, quindecim milia marcarum. Et prædictus Edwardus debet venire ad ipsum regem Castellæ, ad recipiendum ab eo cingulum militare. Et hoc debet fieri infra proximum festum Sancti Johannis Baptistæ, in castello apud Burres,[1] vel citra. Et nos dabimus Beatricem filiam nostram præfato regi, maritandam uni ex fratribus suis germanis, cui voluerit; dummodo idem rex Castellæ det eidem fratri suo tales divitias, ex quibus possit eam honorifice dotare et sustentare, secundum quod decebit filiam regis. Et nos dabimus operam bona fide erga dominum Papam quantum poterimus, ad convertendum crucesignatos ad partes Affricanas vel Marrochitanas. Et si hæc impetrare poterimus per nos, vel dictus rex Castellæ per se vel per alios, nos ibimus ad partes prænominatas cum exercitu nostro, scilicet quod ire debemus ad partes Jerosolimitanas in societate ipsius regis Castellæ. Et quicquid insimul lucrati fuerimus in prædictis terris, inter nos æqualiter dividetur. Et cum nos et prædictus rex Castellæ fuerimus amicitia conjuncti, omnia dampna quæ illata sunt Gastoni de Bierre, baronibus, militibus, et aliis de Wasconia causa prædicti regis Castellæ, a tempore quo idem Gasto recepit militiam ab ipso rege et fuit ejus vassallus, sive in hæreditatibus, sive in aliis rebus, omnia ad rogatum ipsius regis Castellæ debemus integrare et meliorare, et eis remittere de querimoniis, quas habemus contra

[1] Burgos.

A.D. 1254. eos. Ita tamen, quod si aliqui eorum aliquid habeant in manibus suis, sive de castris, sive de terris, sive de aliis rebus, quæ ad nos pertinent, statim nobis vel prædicto Edwardo filio nostro restituent, et in aliis causis subibunt judicium curiæ nostræ, secundum quod consuevit judicari in curia Wasconiæ. Et si ipsi noluerint vel [non] poterint judicium sustinere, præfatus rex Castellæ debet pro eis rogare, sicut amicus rogat amicum; et nos faciemus sicut pro amico. Et cum nos et dominus rex Castellæ facti fuerimus amici, nos cum consilio ipsius operabimur super facto Gastonis, quoad senescalciam Wasconiæ. Similiter et de facto vicecomitis Limocensis,[1] prout videbitur esse honestum. Et pro his omnibus supradictis complendis, idem rex Castellæ debet facere pro se et hæredibus suis imperpetuum plenam quietantiam totius juris et clamii, quod aliquo modo eis competit aut competere poterit in terra Wasconiæ, vel aliqua parte illius terræ, nobis et hæredibus nostris. Et dictus rex Castellæ debet esse imprisius noster, bona fide; et juvabit nos cum toto posse suo contra regem Navarræ, et contra omnes homines de mundo. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Bazas, 8 Feb. 1254. Teste meipso, Vesato, octavo die Februarii, anno regni nostri tricesimo octavo.

141.

f. 120. *Breve regis missum de Wasconia.*

Writ of Henry III. from Gascony to the sheriff of Herts to send four knights to H[enricus] Dei gratia, etc., vicecomiti Hertfordiæ salutem.

Cum comites et barones et cæteri magnates regni Angliæ nobis firmiter promiserint quod erunt Londoniis a die Paschæ proximo futuro in tres septimanas

[1] Of Limoges.

cum equis et armis bene armati, ad tendendum sine ulla dilatione versus Portesmue ad transfretandum ad nos in Wasconia contra regem Castellorum, qui terram nostram Wasconiam in manu forti in æstate proximo futura hostiliter est ingressurus, et tibi mandaverimus quod omnes illos de balliva tua qui tenent viginti libratas terræ de nobis in capite vel de illis qui sunt infra ætatem et in custodia nostra ad idem destringeres; tibi districte præcipimus quod præter omnes prædictos venire facias coram consilio nostro apud Westmonasterium in quindena Paschæ proximo futuri quatuor legales et discretos milites de comitibus prædictis, quos iidem comites ad hoc elegerint vice omnium et singulorum eorundem comitum, videlicet duos de uno comitatu et duos de alio, ad providendum una cum militibus aliorum comitatuum quos ad eundem diem vocari fecimus quale auxilium nobis in tanta necessitate impendere voluerint; et tu ipse[1] militibus et aliis de comitibus prædictis necessitatem nostram et tam urgens negotium nostrum diligenter exponas, et eos ad competens auxilium nobis ad præsens impendendum efficaciter inducas, ita quod prædicti quatuor milites præfato consilio nostro ad prædictum terminum præcise respondere possint super prædicto auxilio pro singulis comitum prædictorum.

Westminster to levy an aid for the king. 14 Feb. 1254. v. vol. v. p. 445.

Teste Alienora regina nostra apud Windsiure, xiv. die Februarii, anno regni nostri xxxviii°.

142.

Item mandatum regis de Wasconia, sed super fraudem fundatum et falsitatem. f. 120.

H[enricus] Dei gratia, etc., vicecomitibus Hertfordiæ et Esexiæ salutem. Writ of Henry III to the

[1] MS. repeats *ipse*.

sheriffs of Herts and Essex on the affairs of Gascony. 25 Feb. 1254.

Quia necesse habemus magna et bona gente vallari contra regem Castellorum, qui terram nostram Wasconiæ in æstate proximo futura hostiliter ingredi minatur, de fidelitate et probitate hominum[1] regni nostri plus quam alienorum, sicut debemus, confidentes, eorundem commodum magis quam aliorum affectantes, licet aliorum regnorum ad servitium nostrum pro denariis nostris ad sufficientiam in Wasconiam invenire possumus; tibi districte præcipimus quod, sicut nos et honorem nostrum diligis, diligenter cum quanta poteris festinatione provideas nobis de omnibus probis et validis militibus et servientibus ad arma idoneis, quos invenire poteris in balliva tua, qui ad denarios nostros nobis militabunt in Vasconia ad ejusdem terræ nostræ defensionem, et ipsos super hoc diligenter alloquaris, et eos ad hoc modis quibus poteris efficaciter inducas, exponendo eis statum nostrum et prædictæ terræ nostræ, et pericula nobis imminentia de hostili adventu regis prædicti. Clamare etiam facias publice per tota[m] ballivam tuam quod omnes tales milites et servientes de eadem balliva tua sint apud Westmonasterium a die Paschæ proximo futuro in tres septimanas coram dilectis regina nostra, R[icardo] comite Cornubiæ fratre nostro, et aliis de consilio nostro commorantibus in Anglia, cum equis et armis bene muniti et parati sine ulla dilatione ad transfretandum ad denarios nostros in servitio nostro ad nos in Wasconia. Et nos eos pro labore et obsequio suo nobis in hac parte impendendo taliter remunerabimus quod de jure debebunt esse inde contenti. Et tu sis ibi tunc in propria persona ad certificandum præfatum consilium nostrum quanta diligentia, de quo effectu prædictum mandatum nostrum fueris executus, et quot et quales inveneris idoneos in balliva tua ad servitium nostrum in hac parte, quos

[1] *hominum*] In the margin, correcting the text, which has *legitimi*.

tecum ad eosdem diem et locum, sicut dictum est, venire procures. A.D. 1254.

Teste, etc., apud Windelsoram, xxv. die Februarii, anno regni nostri xxxviii°.

143.

Signum Columbæ.

De[1] *majoribus procurationibus, ut non excedant summam quatuor marcarum.*

ff. 103, 110 *b*. Letter of Innocent IV. stating that procurations are not to exceed four marks. 28 Feb. 1254. v. vol. v. pp. 346, 428.

Innocentius[2] quartus, etc. *Ad memoriam et observationem perpetuam.*

Contra gravamina quæ in procurationibus ratione visitationis debitis[3] inferuntur[4] subditis a prælatis, providerunt salubriter canonica instituta circa evectionum et personarum multitudinem, epularum immoderantiam, aliasque superfluitates; statuendo modestiam debitam observari, ut nec in exigendo numerum excederent prælati, nec in exhibendo superflue subditi gravarentur, [fieretque[5] visitatio ad salutem animique lætitiam, et non ad afflictionem et tædium subjectorum;] verum quia nonnullæ adhuc de hujusmodi procurationibus querimoniæ audiuntur, nos volentes pastorali sollicitudine providere taliter in hac parte, quod tollatur omnis[6] occasio gravandi, et cesset prorsus materia murmurandi,[7] Apostolica auctoritate statuimus, ut archiepiscopis, episcopis, archidiaconis, aliisque prælatis personaliter visitantibus, ab ecclesiis et locis visitatis exhibeantur procurationes in victualibus et aliis necessariis moderate; ita quod hæc, secundum communem rerum æstimationem, singulorum locorum vel sumptuum qui super his fient, summam

---

[1] This title is in f. 110 *b*.

This will be found in the Vatican Regesta, Regist. Innocentii IV., t. iii. f. 61.

debitis] om. MS. in f. 103.

[4] *inferuntur*] inferebantur, f. 103, Vat.

[5] The words in brackets are from the Vat. Regist.

[6] *omnis*] omnino, Vat.

[7] *murmurandi*] injuriandi, MS.

A.D. 1254. seu valentiam quatuor marcarum argenti in nulla procuratione transcendant. Proviso tamen, quod secundum majorem vel minorem evectionum [1] et personarum numerum pro majoritate vel minoritate prælatorum in Lateranensi concilio taxatum,[2] fiant usque ad summam ipsam, vel infra, hujusmodi procurationum expensæ. Sed in locis in quibus major fertilitas vel copia rerum habentur, et ubi minores sunt redditus et [3] ecclesiasticæ facultates minus, secundum ampliorem necessariorum ubertatem et parvitatem proventuum in ipsis procurationibus expendatur. Si autem in hujusmodi procurationibus amplius fuerit expensum, prælati eas recipientes restituere in utilitatem ecclesiarum a quibus ipsas receperint, et illi qui eas exhibuerint erogare de suo proprio pauperibus [4] duplum ejus quod taliter ultra expensum extiterit, compellantur; et [5] alia nihilominus pœna puniantur,[6] si visum fuerit expedire, cæteris nihilominus, quæ pro talibus [7] visitationibus seu [8] procurationibus [9] generaliter statuta esse noscuntur, manentibus semper salvis. Nulli ergo [10] hominum, etc.

[Datum Laterani, ii. kal. Martii, anno undecimo.]

144.

f. 112 *b*. Letter of Thomas, abbat of Evesham, to the abbat of St. Alban's, reciting a

Reverendo patri in Christo, domino Dei gratia abbati de Sancto Albano, Thomas Ejusdem miseratione Eveshamensis ecclesiæ humilis minister, salutem et quicquid dilectionis possit et honoris.

Mandatum vestrum vestri gratia nuper recepimus, immensæ benivolentiæ ac specialissimæ dilectionis in-

[1] *evectionum*] evectionem, MS.
[2] *taxatum*] taxatorum, MS. f. 110 *b*; taxationem, f. 103.
[3] *et*] seu, Vat.
[4] f. 110 *b* has *in* in the margin to be inserted here.
[5] *et*] om. Vat.
[6] *puniantur*] mulctandi, Vat.
[7] *talibus*] hujusmodi, Vat.
[8] *seu*] et, Vat.
[9] *procurationibus*] exactionibus, f. 110 *b*.
[10] f. 110 *b* ins. *omnino*.

dicativum, pro quo dilectionem vestram prosequimur gratia[rum] actione speciali. Et secundum ejusdem tenorem mandati aliquem de nostris Londoniam ad diem illum Deo dante destinabimus, cum procuratoribus exemptorum pro nobis super illo negotio tractatum habiturum; et quoniam magister Willelmus de Marsilia, procurator noster in curia Romana, misit nobis transcriptum quarundem literarum[1] quas omnes abbates non exempti provinciæ Rothomagensis, scilicet numero triginta et unius, nuper pro se et suis monasteriis impetrarunt, datis domino Papæ pro impetratione earum quatuor milibus librarum Turonensium, et abbates exempti singuli pro se jam incipiunt consimiles literas impetrare, reverentissimæ paternitati vestræ dictæ impetrationis tenorem mittimus in hæc verba: A.D. 1254.

Hoc debet subsequi mandatum de statutis. [see above, No. 120.]

Innocentius,[2] etc., abbati Sancti Albani salutem, etc. Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum quod,[3] cum observantia tui ordinis ab ipsa sui institutione multum sit rigida et difficilis ad ferendum, fuerintque postmodum per felicis recordationis Gregorium Papam[4] prædecessorem nostrum[5] superaddita statuta gravia,[6] diversarum pœnarum adjectione vallata, ne contingat sub tantis oneribus deficere oneratos, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Attendentes igitur quod expedit *calamum quassatum non conteri* et in erasione æruginis vas non frangi, devotionis tuæ precibus inclinati, præsentium tibi auctoritate concedimus ut super observatione statutorum ipsorum[7] quæ

Letter of Pope Innocent IV. giving power to dispense with certain statutes of their order. [13 Jan. 1254.]

Isa. xlii. 3.

[1] A similar letter to 20 abbats of different dioceses is in the Registrum Innocentii IV., iii. No. 280, dated xi. kal. Decembris, a. 11, f. 34 *b*.

[2] Regist. Innocentii IV., t. iii. f. 44 *b*, No. 367, addressed *abbati mon. Sancti Eadmundi*, but with the address to the abbats of St. Alban's and Waltham at the end, with a slight variation.

[3] *quod*] ut, Vat.

[4] MS. has *Papæ predecessoris nostri*.

[5] Vat. ins. "et quosdam alios "tam auctoritate sedis Apostolicæ "quam legatorum ipsius."

[6] Vat. ins. *et præcepta*.

[7] Vat. ins. *et præceptorum*, but omits the next sentence from *quæ* to *tui*.

A.D. 1254. de tuæ substantia regulæ non existunt tu ac successores tui ejusque membrorum monachis [1] præsentibus et futuris libere dispensare possitis, his casibus duntaxat exceptis super quibus in eadem [2] regula est dispensatio interdicta, in quibus casibus dispensandi super pœnis adjectis et irregularitatibus quas tui subditi [3] hactenus incurrerunt vel incurrent de cætero, eosque [4] absolvendi ab [5] excommunicationis vinculo quo ipsos ob transgressionem prædictorum [6] statutorum involvi contigit vel continget, injuncta sic absolutionis pœnitentia salutari, libera sit tibi et [7] eisdem successoribus de nostra permissione facultas; Priori nihilominus monasterii [8] tui ac ipsis successoribus concedendi tibi tuisque successoribus,[9] hujusmodi dispensationis et absolutionis beneficium, si fuerit oportunum, indulgentes auctoritate præsentium potestatem; non obstantibus aliquibus literis ad venerabilem fratrem nostrum episcopum vel quemcunque alium ab Apostolica sede sub quocunque tenore directis et processibus [10] habitis per easdem de quibus forsitan oporteat [11] fieri mentionem et etiam optinendis. Nulli ergo, etc.

[Datum [12] Laterani, idus Januarii, anno xi.]

Hoc [13] privilegium insigne impetratum tempore Mathæi Parisiensis, horum scriptoris; absit quod in futurum abbates illo temere abutantur, sicut plerumque contingit.

---

[1] *etc. usque facultas*, Vat., referring to previous letters.

[2] *eadem*] ea, MS.

[3] Vat. ins. *ob hoc.*

[4] *eosque*] eos pro, MS.

[5] Vat. ins. *interdicti vel suspensionis aut.*

[6] *prædictorum statutorum*] eorundem statutorum et præceptorum, Vat.

[7] *et eisdem*] tuisque, Vat.

[8] *monasterii . . . ipsis*] tuo et ipsius, Vat.

[9] *etc. usque potestatem*, Vat.

[10] *processibus*] processionibus, MS.

[11] Vat. ins. *in præsentibus de verbo ad verbum.*

[12] From Vat.

[13] This sentence is in a different hand.

145.

De dono ejusdem J[ohannis] ii. abbatis in passagio ipsius reginæ eidem reginæ collato. f. 71.

Payments of abbat John of St. Alban's to the king and queen, 18 May 1254,

Item idem abbas J[ohannes] de Sancto Albano contulit domino regi et reginæ quinquaginta libras de mera voluntate sua; quas solvit domino Waltero de Bradeleia deferendas domino regi in Wasconiam, qui tunc fuit dominæ reginæ thesaurarius. Quod factum fuit apud Windeleshores decima octava die Maii, anno regni domini regis xxxviii. Et infra eundem mensem comiti Ricardo tantumdem, videlicet quinquaginta libras, quæ apud Berkamestude persolvebantur. Occultam autem causam et hujus rei misterium novit Qui nihil ignorat Deus Omnipotens; causa vero minima si aliqua fuit, pœna grandis. Quomodo rex cartam magnam, quam sæpe servare juraverat et pro qua nuper in præsentia ejus rex fecit omnes fere Angliæ episcopos excommunicare ejus violatores, servaverit, videat Deus Dominus ultionum.[1]

and to Richard of Cornwall at Berkhampstead.

146.

f. 123.

Letter of Innocent IV. forbidding professors of secular law to hold any

Innocentius[2] quartus omnibus prælatis in regno Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Walliæ, Hispaniæ, et Hungariæ constitutis.

Super specula *et infra.* Dolentes recolimus, qualiter quondam pia ac sancta clericorum plantatio,

[1] This is in the middle of the life of abbat John II., in the Gesta Abbatum, and follows the words "in perpetuum" at the end of the paragraph in vol. i. p. 349 (ed. Riley). In the margin in rubrick is, "Transi hoc folium et proximo sequens in quibus virosæ literæ "Papales scribuntur, et continua "historiam de abbatibus ad hoc "signum ."

Next comes, written later,

Optinuimus cartam pro hac injusta exactione, scilicet centum librarum, quam poteris reperire ad hoc signum in xviii° folio sequente.

[2] Two arms, the hands one on the other, are drawn in the margin.

ecclesiastical dignities or benefices, unless otherwise well educated and of good life. [A.D. 1254?] v. vol. v. p. 428.

suæ primæ honestatis oblita, a summo sanctitatis culmine ad ima descendit vitiorum. Crebris quippe relatis aures nostras abhorrenda fama circumstrepit et inculcat assidue, quod relictis quinimmo procul et abjectis philosophicis disciplinis, ut ad præsens de divina scientia taceamus, tota clericorum multitudo ad audiendas sæculares leges concurrit; et quod magis est divini animadversione dignum judicii, nunc in plerisque mundi climatibus ad ecclesiasticas dignitates, honores, vel præbendas nullus assumitur a prælatis, nisi qui vel sæcularis scientiæ professor vel advocatus existat, cum tales a talibus, nisi alia suffragarentur, eisdem essent potius repellendi. Maxime, cum philosophiæ alumpni, in ejusdem gremio tam tenerrime educati, tam diligentissime imbuti, tam excellentissime promti et edocti, præ victus et vestitus penuria conspectum hominum cogantur fugere; hic et illuc tanquam noctuæ latitantes, et advocati nostri, immo diaboli, equis faleratis purpurati insidentes, in fulgore auri, in candore argenti, in nitore gemmarum, in olosericis, stupentem reverberantes solem, se non Crucifixi vicarios sed hæredes Luciferi prætendentes, quocunque ingrediantur de se spectaculum facientes, laicorum indignationem et odium contra se, immo, quod magis est dolendum, contra totam Dei ecclesiam provocant et incurrunt. Dicunt enim laici, *Ecce homines qui non posuerunt Deum adjutorem suum, sed in multitudine divitiarum suarum gloriantur*, quod animorum elationes et gestus incompositi satis comprobant et ostendunt. Videtur siquidem adimpletum quod pagani præsagio oculi fuerat figuratum;

Ps. li. 7, xlviii. 6.

"Omnia naturæ præpostera legibus ibunt."

Ovid. Tristia, I. viii. 5.

Non sic habenda fides. Nec mirum. Servit enim Sara, et Agar imperat. Affliguntur liberi, et servi optinent principatum. Volentes igitur tantæ insolentiæ morbo necessariam adhibere medelam, ut plenius

et perfectius Theologiæ studio insistatur, quæ directæ iter ostendit salutis, vel saltem philosophicis disciplinis, quæ, etsi pietate careant, tamen dirigunt ad sciendum et cupiditatis reddunt extorrem, quæ et *omnium malorum radix* et *idolorum servitus* perhibetur, hac irrefragabili constitutione statuimus, ut nullus de cætero sæcularium legum professor seu advocatus, quocunque in legum facultate singularis gaudeat præeminentiæ privilegio speciali, ad ecclesiasticas dignitates, personatus, præbendas, seu etiam minora beneficia assumatur, nisi in aliis liberalibus disciplinis sit expertus et vita et moribus commendatus existat; cum per tales et ecclesiæ deturpetur honestas et sanctitas exulet, et fastus et cupiditas ita regnent, quod in cunctis sui lateribus gravem dolorem sentiat mater ecclesia, admirandis ulceribus sauciata. Si qui vero prælatorum contra hoc statutum salubre præsumptione dampnabili aliquid attemptaverint, factum suum noverint ipso jure et se illa vice potestate conferendi privatos. Et si præsumptionem iteraverint, pœnam divortii a prælaturis suis poterunt formidare. Præterea, cum in Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Walliæ, Hispaniæ, et Hungariæ regnis causæ laicorum non imperatoriis legibus sed laicorum consuetudinibus decidantur; et cum ecclesiasticæ sanctorum patrum constitutionibus valeant terminari, et tam canones quam consuetudines plus confundantur legibus quam juventur, præcipue propter nequitiam, fratrum nostrorum et aliorum religiosorum consilio et rogatu statuimus, quod in prædictis regnis leges sæculares de cætero non legantur, si tamen hoc de regum et principum processerit voluntate; primo tamen statuto semper et irrefragabiliter in suo ordine duraturo.

A.D. 1254.

1 Tim. vi. 10. Eph. v. 5.

Datum Romæ.[1]

[1] If the date of 1254 is correct, it must have been before April 25, when Innocent left Rome.

147.

f. 123 *b.* *Autenticum collectionis decimæ ad opus regis.*

Letter of the bishops of Norwich and Chichester and the abbat of Westminster, 4 July 1254, reciting the Letter of Pope Innocent IV. ordering them to collect a tax granted for three years to the king for the aid of the Holy Land. 12 Sept. 1253.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsentes literæ pervenerint, W[alterus] et J[ohannes] miseratione divina Norwicensis et Cicestrensis episcopi et R[icardus] abbas Westmonasteriensis, salutem in Domino.

Mandatum domini Papæ nobis directum, non cancellatum, non abolitum, non in aliqua sui parte vitiatum, suscepimus in hæc verba:

Innocentius[1] episcopus, etc., venerabilibus fratribus Norwicensi et Cicestrensi episcopis ac dilecto filio abbati Westmonasteriensi Londoniensis diocesis, salutem et Apostolicam benedictionem.

Pro parte carissimi in Christo filii nostri Angliæ regis illustris fuit propositum coram nobis, quod cum nos olim venerabiles fratres nostros, universos archiepiscopos [et] episcopos per regnum Angliæ constitutos, rogandos duxerimus attentius et monendos, nostris eis dantes literis in mandatis, ut—quod decima ecclesiasticorum proventuum ejusdem regni, quam ipsi regi pro Terræ Sanctæ subsidio duximus per triennium concedendam, ante suum passagium posset colligi—eidem[2] regi concederent liberaliter et libenter, ipsi preces, monita, et mandata nostra surdis auribus prætereuntes[3] hactenus id facere non curarunt. Cum igitur præfatus rex, sicut asseritur, proposuerit a festo beati Johannis Baptistæ proximo futuro usque ad biennium, juramento ad hoc præstito, transfretare, discrescioni[4] vestræ per

[1] This letter will be found in the Vatican Regesta of Pope Innocent IV., t. iii. f. 20, No. clxix. (vol. 23).

[2] *posset eolligi eidem*] Vat.; colligendam, MS.

[3] *prætereuntes*] transeuntes, Vat

[4] *discrescioni . . . . scripta*] om Vat.

Apostolica scripta mandamus, quatinus per vos vel A.D. 1254.
per alios dictos archiepiscopos et episcopos aliosque ecclesiarum prælatos et cæteras personas ecclesiasticas ejusdem regni et aliarum terrarum ipsius[1] regis ut eidem concedant quod ex nunc[2] hujusmodi decima colligatur monitione præmissa, auctoritate nostra, sublato cujuslibet appellationis obstaculo compellatis; non obstante si eis vel ipsorum aliquibus a sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non[3] possint [nisi] per literas Apostolicas plenam et expressam ac de verbo ad verbum facientes de indulto hujusmodi mentionem, et constitutione *de duabus dietis* edita in concilio generali. Volumus autem[4] quod in tutis locis dicta pecunia[5] fideliter deponatur, assignanda eidem regi pro præfatæ Terræ subventione, cum iter arripuerit[6] transmarinum, ita quod nihil interim sumatur vel extrahatur[7] exinde absque mandato sedis Apostolicæ speciali. Quod si non omnes his exequendis poteritis interesse, duo vestrum nihilominus exequantur.

Datum Asisii, ii.[8] idus Septembris, pontificatus nostri anno XI.

Nos igitur tenorem mandati prædicti fecimus solempniter publicari, et in testimonium hujus rei sigillis nostris præsentem scripturam duximus muniendam.

Datum Londoniis, iv. nonas Julii, anno gratiæ MCCLIV.

---

[1] *ipsius*] ejusdem, MS.
[2] *nunc*] tunc, MS.
[3] *non . . . hujusmodi*] etc. usque mentionem, Vat., referring to a previous similar letter.
[4] *autem*] om. MS.
[5] *pecunia*] decima, Vat.
[6] *arripuerit*] arripuit, Vat.
[7] *extrahatur*] subtrahatur, Vat.
[8] *ii.*] om. MS.

148.

f. 124. *Literæ*[1] *regis pro negotio suæ crucis.*

Letter of Henry III. requesting the prelates to aid the collection of the tax for the crusade. A.D. 1254.

H[enricus] Dei gratia rex Angliæ, dominus Hiberniæ, dux Normanniæ, Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, officiariis, decanis, et omnibus aliis ecclesiarum prælatis per Angliam constitutis, omnibus baronibus, justitiariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Cum venerabiles patres W[alterus] et J[ohannes] Norwicensis et Cicestrensis episcopi ac dilectus nobis in Christo abbas Westmonasterii ad instantiam nostram et de consensu nostro, auctoritate Apostolica, propter Deum et salutem animarum, Terræ Sanctæ subsidium, et honorem nostrum, onus et officium prædicationis crucis Christi, collectionem decimæ beneficiorum ecclesiasticorum in subsidium prædictæ terræ auctoritate præmissa nobis concessæ et alia quæ pertinent ad prædicta negotia per regnum nostrum per se et per alios idoneos, quibus vices suas super hoc duxerint committendas, assumpserint exequenda, vobis supplicamus, attentius rogantes et exhortantes in Domino in fide qua Deo tenemini, mandantes quatinus ob amorem Crucifixi, Cujus negotium geritur in hac parte, et ob reverentiam nostram ipsis et aliis, quos pro prædictis negotiis per literas suas ad vos contigerit destinari, favorabiliter assistentes in omnibus his quæ contingunt officia supradicta ad promotionem dictorum negotiorum, consilium, auxilium, et favorem benivolum præbere studeatis. Tantum inde facientes, etc.

Testibus A[lienora] regina nostra et R[icardo] comite Cornwalliæ.

---

[1] At the foot of the page is—*Literæ regis omnibus suis fidelibus pro negotio prædicto.*

There is a similar letter in the Fœdera, i. p. 288, dated by the king himself, "Merleberge, 13 die "Novembris 1252."

149.

Hæc est finalis concordia facta inter Robertum filium Nicholai et Feliciam uxorem ejus, petentes, et Ricardum priorem de Hertforde de advocatione ecclesiæ de Emwelle. f. 121 *b.*

Final concord between Robert Fitz-Nicholas and his wife and Richard prior of Hertford respecting the advowson of Amwell, Herts.

Inter dominum Robertum filium Nicholai et Feliciam uxorem ipsius, petentes, et Ricardum priorem Hertforde, deforciantem, de advocatione ecclesiæ de Emwelle, unde placitum fuit motum inter ipsos in curia domini regis apud Westmonasterium coram magistro Simone de Wautune et domino Alano de Watsant, tunc justitiariis, cum aliis sociis de Banco, facta est finalis concordia in hunc modum; scilicet quod prædictus Robertus et prædicta Felicia recognoverunt prædictam advocationem prædictæ ecclesiæ cum pertinentiis esse jus ipsius prioris et ecclesiæ suæ de Hertforde. Et illam remiserunt et quietam clamaverunt de se et heredibus ipsius Feliciæ prædicto priori et successoribus suis et ecclesiæ suæ in perpetuum. Et pro hac recognitione, remissione, et quieta clamatione, etc. idem prior pro se et successoribus suis et ecclesia sua prædicta concesserunt, quantum in eis fuit, quod prædicti Robertus et Felicia et hæredes ipsius Feliciæ habeant in perpetuum liberam capellam in curia ipsorum Roberti et Feliciæ et hæredum ipsius Feliciæ, salva indempnitate prædictæ ecclesiæ de Emwelle. Et prædictus prior recepit prædictos Robertum et Feliciam et hæredes ipsius Feliciæ in singulis beneficiis et orationibus, quæ de cætero fient in ecclesia sua prædicta in perpetuum.

150.

Responsio Conradi regis Siciliæ accusati ad Papam. f. 124 *b.*

Answers of Conrad, king of

Sic respondit procurator domini Conradi in præsentia domini Papæ et fratrum suorum, senatoris, et

Sicily, to the charges brought against him. A.D. 1254. v. vol. v. pp. 449, 460.

concilii, ad articulos datos contra ipsum, cum esset ad hoc specialiter vocatus. Hæc omnia proponunt citra formam judicii, cum nunquam fuerit dominus rex citatus; sed tanquam zelator[1] famæ suæ, ad solum rumorem miserit pro sua innocentia ostendenda.

Primum. Quod, regno Siciliæ interdicto supposito et rege anathematis vinculo innodato, facit sibi celebrari divina, et regni ipsius clericos ad celebrandum coercet, claves Ecclesiæ contempnendo. Quod cum non careat scrupulo hæreticæ pravitatis, de hæresi et hæresis suspicione, intendit inquirere contra eum.

Responsio ad hoc; quod dominus rex in contemptu clavium nunquam sibi vel aliis celebrari divina mandavit, vel immiscuit se divinis; sed cum ipsum in nullo conscientia remorderet nec remordeat, quod contra sanctam catholicam et Apostolicam Romanam ecclesiam matrem suam cogitasset aliquid vel egisset; posito quod aliquando divinis interfuit, quod non fatetur in contemptu clavium suæ fidei ut falso sibi impingitur, sed ob fervorem amoris fidei Christianæ, omni devotione, reverentia, et honore, ut verus Christianus et princeps catholicus, poterat interesse, pro cujus fidei orthodoxæ irrefragabili veritate et caritate, cum necesse fuerit, paratus est exponere se et sua. Addit etiam, quod eo in Germania existente, et postquam venit in regnum, per nuntios aut per literas de excommunicatione quæ lata proponitur contra eum, monitio, denuntiatio, aut citatio non pervenit ad eum. Nec obstat ei, quod dicitur fuisse anathematis vinculo innodatus; cum ante excommunicationem aliquam, si qua contra processit, quam ignorat, idem dominus rex Dei timore accensus, dubitans ne [factum sit] ad instantiam et falsam suggestionem proditorum et æmulorum suorum et etiam patris sui, qui ad summum Pontificem se contulerant post detectam proditionem et conjura-

[1] *zelator*] So the margin, the text has *relator*.

tionem, quam in necem contrectaverant patris sui, et A.D. 1254.
falsa contra ipsum dominum regem cotidie confingere [non] cessabant, coram suis proceribus tam in Germania quam in regno a quocunque gravamine legitime appellaverit, et appellatione[m] ipsa[m] per suos sollempnes nuntios fecit sollempniter publicari; sicut oportuno tempore probare poterit per legitima documenta. Unde post appellationem suam legitimam si processum fuit, processum fuit indebite contra ipsum; nec credit se in aliquo ligari.

Ad id autem quod sibi impingitur, videlicet quod regno interdicto, quod dominus [rex] non fatetur, compulerit clericos celebrare divina, taliter respondetur; quod eo veniente in regnum, invenit clericos celebrantes; et prout ipsos invenit, sic eos celebrare permisit, nullam alicui propter hoc correptionem vel violentiam inferendo. Posito tamen, quod super hoc aliquæ literæ contrariæ apparerent, dicit eas de sua conscientia minime emanasse; sicut apparet evidenter per literas missas justitiariis et officialibus omnibus regni, quam cito id ex fabuloso colloquio ad[1] ejus pervenit notitiam, quod idem probare vult tam per ipsas literas quam per legitima documenta, ut nullus eorum aliquem clericum compelleret celebrare divina contra voluntatem suam.

Ad aliud capitulum quod opponitur subsequenter, quod in terris Lombardiæ adhærentibus et faventibus sibi publice hæresis prædicatur, respondetur sic; quod semper persecutus est dominus rex hæreticos quarumlibet sectarum in Alemannia, quamdiu moratus est ibi, et postquam venit in regnum; et paratus eos persequi tam in Lombardia quam alibi, tanquam princeps catholicus et Christianissimus; dolens quamplurimum, quod non potest eos persequi cum effectu in partibus Lombardiæ; sed, ut constat publice toti mundo,

[1] *ad*] ex, MS.

A.D. 1254. Mediolani, Brissæ, et Mantuæ prædicatur publice hæresis; quia, salva reverentia præsidentis, dicuntur ecclesiæ filii speciales.

Ad aliud capitulum, quod dicit quia favet Eccelino[1]
f. 125. de Romano, quem dominus Papa pro hæretico reputat sicut ponit, respondetur sic; quod semper dominus [rex] hæreticos [odit], nec unquam novit eum hæreticum esse, nec fuit; nec favet ei tanquam hæreticus.

Ad aliud vero, quod nequissime et falsissime ponitur, quod sanguinis fœdere violato toxicari fecit Frethericum nepotem suum; licet non videretur necessarium respondere ad tam manifestissimam et apertissimam falsitatem, tamen ne simplices et vulgus quod de facili credere consuevit aliud crederet quam deberet; dicit dominus rex, quicquid super hoc per quemcunque sibi opponitur, penitus esse falsum rite probabit.

Ad aliud capitulum consimilis falsitatis, quod contra naturale amoris vinculum Henricum fratrem suum detinet captivatum, dominus rex respondet; quod nunquam dictum fratrem suum tenuit captivatum, immo tractavit eum honorifice, et dilexit ut fratrem, et si hodie viveret, faceret illud idem. Sed Dominus, in Cujus manu sunt omnium potestates et omnium corda regum, prout Sibi placuit, de hujus mundi ergastulo ipsum ad æternam patriam revocavit. In cujus obitu, partem sui corporis reputat diminutam.

Super eo vero, quod in ipsorum capitulorum serie subsequenter adjungitur, quod bona ecclesiarum vacantium et non vacantium, ac domus Templi, Hospitalis, et aliorum religiosorum in regno occupavit, et detinet occupata, prælatos et rectores in ecclesiis ipsis canonice institutos non permittens in ipsis ecclesiis residere, alios præficiens in eisdem, respondetur; quod bona ecclesiarum cathedralium, vacantium et non vacantium, in regno suo nec occupavit, nec detinet occupata; sed

---

[1] *Eccelino*] ecce, margin; Eost', text.

in ecclesiis ipsis vacantibus ipsius regni, ratione anti- A.D. 1254.
quæ dignitatis competentis sibi et prædecessoribus suis tantum utitur jure suo, faciens bona eadem per procuratores suos idoneos commode procurari. Quod si videtur absonum Apostolicæ sedi, contentus est dominus rex illo jure in prædictis ecclesiis vacantibus, quo nititur rex Franciæ et Angliæ in ecclesiis vacantibus regni sui.

Ad hoc autem quod dicitur, quod de bonis Hospitalis et Templi facit dissipationes, taliter respondetur; videlicet, quod bona prædictarum domuum nec occupavit nec detinet occupata; sed si aliquis de dictis domibus velit conqueri de domino rege, paratus est ei facere omne justitiæ complementum. Idem respondet de bonis aliorum religiosorum locorum.

Ad id vero quod subdit, quod prælatos et rectores institutos canonice in ecclesiis regni non permittit residere in ecclesiis ipsis, sed alios præficit in eisdem; taliter respondetur; quod nullum in ecclesiis ipsis institutum canonice abjecit, nec prohibuit in ipsis ecclesiis residere; dicit quod in ecclesiis ipsis nullum præfecit, sed in ecclesiis vacantibus, sicut dictum est, bona ipsarum facit per procuratores idoneos commode procurari; prout competit ex antiqua consuetudine dignitatis, quam habet in ecclesiis vacantibus regni sui.

Ad aliud autem quod dicit, quod cum regnum ipsum sit sedis Apostolicæ, dominus rex plura gravia præsumpsit contra Romanam ecclesiam, et præsumit, duras et abhominabiles exercens ibi sævitias, et alia pessima et enormia; propter quæ, si etiam dictum regnum pertineret ad eum, deberet inde illo privari; respondet dominus rex; quod in regno Siciliæ tanquam hæreditario regno suo, quod a prædecessoribus suis a tempore quo non extat memoria ad eum legitima successione et continuata possessione pervenit,

A.D. 1254. nulla gravia præsumpsit contra Romanam ecclesiam, nec præsumit, nec sævitias aliquas exercuit vel exercet. Sed cum regnum ipsum in bono et pacifico statu gubernans, omnibus indifferenter monstrat justitiæ complementum.

Ad hoc autem quod dicit, quod attemptat multa contra Romani imperii dignitatem, respondet dominus rex; quod contra Romani imperii dignitatem non attemptavit aliquid nec attemptat, sed cum sit in Romanum regem electus legitime, prout plene constat per legitima documenta, in eodem imperio utitur jure suo.

Ad aliud quod vult et petit dominus Papa, ut omnibus volentibus ire ad deponendum contra dominum regem inquisitionem quam intendit facere contra ipsum super capitulis supradictis, dominus rex respondet; quod cum nullo modo inquisitio super præmissis debeat de jure procedere contra ipsum, eo quod causa propter quam in talibus inquisitio debeat fieri non præcessit, videlicet fama publica quæ a bonis et gravibus ortum habuerit, et non semel, sed sæpius, nec ab æmulis et inimicis, prout jura canonica et civilia insinuant manifeste, non tenetur dominus rex securitatem petitam præstare; quia sic videretur annuere et consentire inquisitioni quæ de jure non debet fieri contra ipsum. Subest etiam alia causa, quæ juste movet et movere debet dominum regem, quod petitam securitatem præstare non debeat; quod cum angeli tenebrarum frequenter *in lucis angelos se* transforment, et sub prætextu liciti illicita committere non verentur, occasione hujusmodi possent alia tractare latenter, quæ domino regi essent onerosa plurimum et dampnosa.

2 Cor. xi. 14.

151.

Litteræ papales directæ ad omnes abbates et priores Angliæ Nigri Ordinis, super debitis quæ episcopus Herfordensis nomine eorum mutuavit apud curiam Romanam a mercatoribus subscriptis, anno Domini MCCLV., *primo anno Alexandri Papæ.* f. 119.

Letter of Pope Alexander IV. relative to the debts contracted by Peter d'Acqua Blanca, bishop of Hereford, on the security of certain Benedictine abbats and priors, 2 August 1255.

Alexander [1] episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis decano [2] ecclesiæ Sancti Stephani Trecensis et magistro N[icholao] de Senis capellano nostro, salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum dilecti filii Bonaventura Bernardini, Bartholomæus Gurdy,[3] Hogelinus Belmontis, Capitinus Buchy, Bonefacius Juncta, Aldebrandinus Ildebrandini, cives ac mercatores Senenses, pro se et cæteris eorum sociis, civibus et mercatoribus Senensibus, venerabili fratri nostro episcopo Herfordensi, nomine dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii Radingensis, ordinis Sancti Benedicti, Saresberiensis diocesis, renuntianti constitutioni *de duabus dietis* editæ in concilio generali et omnibus literis et indulgentiis a sede Apostolica impetratis ac etiam impetrandis, quadringentas marcas sterlingorum bonorum et novorum, tredecim solidis et quatuor sterlingis pro marca qualibet computatis, auctoritate literarum nostrarum apud sedem Apostolicam pro expediendis dictorum abbatis et conventus ac monasterii negotiis mutuaverint, certis eis loco et terminis persolvendas, prout in instrumento publico exinde confecto plenius continetur; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus si dicti abbas et conventus ac successores eorum in

[1] A similar letter, directed to the abbey of Osney, will be also found in the Osney Annals. *Annal. Monast.* iv. p. 107.

[2] Ralph de Rumiliaco.

[3] *Gurdy*] Sic, for Guidi.

A.D. 1255. statutis loco et terminis juxta instrumenti prædicti tenorem, ita quod nulla alia probatio vel certitudo super hujusmodi debito exigatur, mercatoribus ipsis,—quibus prætextu alicujus constitutionis canonicæ vel civilis aut cujuscunque[1] privilegii vel indulgentiæ, de quibus plenam et expressam oporteat in præsentibus fieri mentionem, probandi necessitatem incumbere nolumus quod pecunia ipsa in utilitatem præfatorum abbatis et conventus ac ecclesiæ sit conversa,—non satisfecerint de pecunia memorata; vos in dictum abbatem et successores ipsius qui erunt pro tempore excommunicationis sententiam proferentes, conventum ipsum sublato appellationis obstaculo subiciatis ecclesiastico interdicto, et tamdiu abbatem et successores ipsius excommunicatos publice faciatis nuntiari singulis diebus Dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, donec præfatis mercatoribus de prædicta pecunia cum justis et moderatis expensis ac debita restauratione dampnorum, super quibus juramento alicujus mercatorum ipsorum sine aliqua alia probatione dicti abbas et conventus credere teneantur, usuris omnino cessantibus, fuerit satisfactum. Si vero dicti abbas et conventus in hujusmodi sententiis per duos menses permanserint, ab amministratione spiritualium et temporalium suspendatis eosdem, præfigentes ipsis terminum peremptorium competentem, quo[2] abbas personaliter, conventus vero per procuratores idoneos, nostro se conspectui præsentent, pœnam debitam pro meritis recepturi, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstante si dictis abbati et conventui aut aliquibus aliis ex eisdem quod excommunicari, suspendi, vel interdici aut conveniri extra certas dioceses, seu extra vel ultra certa loca, vel ad solutionem aliquorum debitorum, nisi creditores legittime

[1] *cujuscunque*] quibuscunque, MS.

[2] *quo*] quod, MS.

probaverint ea in utilitatem prædictorum abbatis et conventus seu ecclesiæ fuisse conversa, compelli non valeant, a sede Apostolica sit indultum; aut quod Anglicis ab eadem sede concessum esse dicitur ne per literas sedis ipsius extra regnum Angliæ valeant ad judicium evocari, et universis privilegiis vel literis Apostolicis generalibus et specialibus, sub quacumque forma verborum optentis et optinendis, et quibuslibet aliis per quæ id impediri vel differri valeat, et de quibus et eorum totis tenoribus de verbo ad verbum plenam et expressam fieri oporteat in præsentibus mentionem, et constitutione *de duabus dietis* edita in concilio generali; vel si dicti abbas et conventus cruce signati sint vel cruce signari eos contigerit, et indulgentiis [quæ] a prædicta sede cruce signatis generaliter vel eorum aliquibus specialiter sint concessæ vel in posterum concedentur. Quod si non ambo his interfueritis, alter vestrum ea nihilominus exequatur. A.D. 1255.

Datum Ana[g]niæ, quarto nonas Augusti, pontificatus nostri anno primo.

152.

Viris religiosis et discretis abbati[1] et conventui de Waltham ordinis Sancti Augustini, Londoniensis diocesis, magister Walterus[2] decanus Londoniensis salutem. f. 104. Letter of Walter, dean of London, to the abbat and convent of Waltham (28 Sept. 1255), reciting letters of the Pope's official and

Noveritis nos mandatum officialis Trecenensis,[3] judicis sive executoris a domino Papa deputati, recepisse in hæc verba:

Officialis Trecenensis, judex sive executor a domino Papa deputatus, dilectis in Christo viris venerabilibus

[1] Simon de Seham.

[2] Walter de Salern, afterwards archbishop of Tuam.

[3] Probably the same person who is called dean of St. Stephen's, Troyes, in the last document, Ralph de Rumiliaco.

of Pope Alexander IV. respecting a debt due by the abbat to the Florentine merchants. 28 April 1255.

et discretis, Waltero decano et officiali Londoniensi vel eorum vices gerentibus, salutem in Domino.

Noveritis nos mandatum domini Papæ recepisse in hæc verba:

Alexander episcopus, servus servorum etc., dilectis filiis Mathæo de Alperino, capellano nostro, et officiali Trecenensi, salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum dilecti filii Spillatus Cambaii et Auverius Cose, socii, cives et mercatores Florentini, pro se et Dino Perini, Petro Bonæ Casæ, et Mainetto Spinæ Jacobo Cambii et Rustico Cambii, et cæteris eorum
f. 104 *b.* sociis, civibus et mercatoribus Florentiæ, venerabili fratri nostro episcopo Herefordensi, nomine dilectorum filiorum abbatis et conventus monasterii de Waltham, ordinis Sancti Augustini, Londoniensis diocesis, renuntianti constitutioni *de duabus dietis* editæ in concilio generali et omnibus literis et indulgentiis a sede Apostolica impetratis sive impetrandis, ducentas marcas sterlingorum bonorum et novorum, tresdecim solidis et quatuor sterlingis pro marca computatis, auctoritate literarum nostrarum apud sedem Apostolicam pro expediendis dictorum abbatis et conventus et monasterii negotiis mutuaverint, certis eis locis et terminis persolvendas, prout in instrumento publico exinde confecto plenius continetur; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus si dicti abbas et conventus et successores eorum in statutis loco et terminis juxta instrumenti prædicti tenorem, ita quod nulla alia probatio vel certitudo super hujusmodi [debito] exigatur, mercatoribus ipsis,—quibus prætextu alicujus constitutionis canonicæ vel civilis aut cujuscunque privilegii vel indulgentiæ, de quibus plenam et expressam oporteat in præsentibus fieri mentionem, probandi necessitatem incumbere nolumus quod pecunia ipsa in utilitatem præfatorum abbatis et conventus et monasterii sit conversa,—de pecunia non satisfeceri[n]t

memorata; vos in dictum abbatem et successores ejus A.D. 1255.
qui pro tempore erunt excommunicationis sententiam proferentes, conventum ipsum sublato appellationis obstaculo subiciatis ecclesiastico interdicto, et tamdiu abbatem et successores ipsius excommunicatos faciatis publice denuntiari singulis diebus Dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, donec præfatis mercatoribus de prædicta pecunia cum justis et moderatis expensis ac debita restauratione dampnorum,[1] super quibus simplici verbo ipsorum mercatorum vel alicujus eorum sine aliqua alia probatione dicti abbatis et conventus credere teneantur, usuris omnino cessantibus, fuerit satisfactum. Si vero dicti abbas et conventus in hujusmodi sententiis per duos menses permanserint, ab administratione spiritualium et temporalium suspendatis eosdem, præfigentes ipsis terminum peremptorium competentem, quo abbas personaliter, conventus vero per procuratores idoneos, nostro se conspectui repræsentent, pœnam debitam pro meritis recepturi, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstante si dictis abbati et conventui ab aliquibus aliis ex eisdem quod excommunicari, suspendi, vel interdici aut conveniri extra certas dioceses, vel ad solutionem aliquorum debitorum, nisi creditores legitime probaverint ea in utilitatem prædictorum abbatis, monasterii, aut conventus fuisse conversa, compelli non valeant, a sede Apostolica sit indultum, et universis privilegiis vel literis apostolicis generalibus vel specialibus, sub quacumque forma verborum optentis et optinendis, et quibuslibet aliis per quæ id impediri vel differri valeat, et de quibus et eorum totis tenoribus de verbo ad verbum plenam et expressam fieri

[1] *dampnorum*] debitorum, MS., which has in the next line *dampnorum* written over an erasure for *mercatorum*. There was a marginal direction to alter the incorrect *debitorum* to *dampnorum*, and the scribe erased *mercatorum* and put this in its place.

A.D. 1255. oporteat in præsentibus mentionem, et constitutione *de duabus dictis* edita in concilio generali, vel si dicti abbas et conventus cruce signati sint vel cruce signari eos contigerit, et indulgentiis quæ a prædicta sede cruce signatis generaliter vel eorum aliquibus specialiter sunt concessæ vel in posterum concedentur. Quod si non ambo his exequendis poteritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Datum Neapoli, quarto kalendas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

Hujus igitur auctoritate mandati, vobis in virtute obedientiæ qua sedi Apostolicæ tenemini præcipimus et mandamus, quatinus diligenter moneatis vel moneri faciatis dictos abbatem et conventum, ut infra quindenam Resurrectionis Domini proximo venturæ de utroque terminorum debito in dicto publico instrumento contentorum ipsis mercatoribus juxta tenorem illius publici instrumenti cum justis et moderatis expensis ac debita restauratione [1] dampnorum satisfaciant ut tenentur. Alioquin ipsum abbatem, quem propter hoc ex tunc prius vocatum in scriptis excommunicamus, excommunicatum, etiam et dictum conventum, quem propter hoc ex tunc similiter a divinis suspendimus, suspensum publice in eorum ecclesia nuntietis, et denuntiari per vicinas ecclesias solempniter faciatis, nisi solutionem vel aliquam aliam justam causam prætenderint, quare ad id minime sint cogendi. Quam si prætenderint, citetis eos peremptorie coram nobis Trecis ad diem Jovis ante Pentecosten, causam eandem, si quam prætenderint, allegaturi et probaturi. Et si dictum abbatem invenire nequiveritis, ad ejus conventum præmissa nuntietis. Si vero omnes his exequendis interesse non potueritis, alter vestrum ea nihilominus exequatur, altero minime expectato

[1] In the margi is *vel stitu*, i.e. restitutione.

vel etiam excusato. Sed ad quem vestrum primo præsens mandatum devenerit, illud cum diligentia fideliter exequatur, et quid inde feceritis, nobis per vestras patentes literas et per latorem præsentium rescribatis. A.D. 1255.

Datum anno Domini MCCLV., die Veneris post octavas Purificationis[1] beatæ Mariæ Virginis.

Hujus igitur auctoritate mandati vos monemus, quatinus secundum tenorem prædicti mandati satisfaciatis ut tenemini prædictis mercatoribus infra quindenam Resurrectionis Domini proximo venturæ de utroque terminorum debito in dicto publico instrumento contentorum juxta tenorem ipsius publici instrumenti cum justis et moderatis expensis ac debita restauratione dampnorum; alioquin nos dominum abbatem prædictum propter hoc ex tunc a dicto officiali Trecensi in scriptis excommunicatum, et dictum conventum vestrum propter hoc ex tunc a divinis ab eodem officiali suspensum, tales vos publice in ecclesia vestra nuntiamus; idem per vicinas ecclesias denuntiari facientes, nisi solutionem vel aliquam aliam justam causam prætendere volueritis. Citamus vos, prædictum f. 105.
abbatem et conventum vestrum, quatinus vos abbas personaliter, conventus vero per procuratores idoneos, compareatis coram dicto officiali Trecensi Trecis ad diem Jovis proximum ante Pentecosten, causam eandem, si quam prætendere volueritis, allegaturi et probaturi.

Datum die Martis proxima post festum Sancti Mathæi 28 Sept.
apostoli apud Londonias, anno Domini MCCLV.

---

[1] Sic, probably an error for Assumptionis.

153.

f. 125 *b*. *De conventione facta in ecclesia Sancti Petri in villa Sancti Albani ubi nuntii magistri Rustandi vices ejus egerunt in Circumcisione Domini. Anno gratiæ* MCCLVI

Summons by the dean of Hereford on the part of Rustand's vicegerents for all holding ecclesiastical benefices to appear in the church of St. Peter, St. Alban's, to pay their dues, 1 Jan. 1256.

Decanus de Hereforde dilecto et fideli suo Ricardo citatori salutem.

Mando tibi quatinus cites tales etc. habentes ecclesiasticos proventus, quod compareant coram priore de Northantone et Helia clerico gerentibus vices magistri Rustandi, domini Papæ capellani, sub pœna canonicæ districtionis, die Mercurii prima post octabas Epiphaniæ, apud Sanctum Albanum in ecclesia Sancti Petri, cum omnibus arreragiis omnium suorum proventuum de anno præterito, sub pœna excommunicationis, et ad satisfaciendum super suis beneficiis de anno præsenti secundum tenorem Apostolici mandati.

In die Circumcisionis.

f. 125 *b*. *De inquisitionibus ibidem factis die Dominicæ*[1] *Circumcisionis.*

The inquisitions held there.

Injungimus vobis in virtute obedientiæ, qua sede Apostolicæ tenemini, et juramenti præstiti, quatinus diligenter et sine fraude inquiratis, et si aliquid ecclesiasticum beneficium vel proventus fuerit minus juste taxatum vel taxatus, et si aliquid hujusmodi inveneritis juste et legitime, augeatis cujuscumque beneficium vel proventus, sive religiosorum sive sæcularium, et de taxatione legitima per vos facta nos certificetis. Et sciatis quod interpretatione sedis Apostolicæ nomine proventuum ecclesiasticorum intelliguntur obventiones provenientes de maneriis, ecclesiis, et de aliis rebus personis ecclesiasticis deputatis.

[1] *Dominicæ*] So at the foot of the page written with a style; the rubricator has misread the word, and has *tunc* in the text.

Item moneatis omnes et singulos rectores, vicarios, necnon et omnes habentes ecclesiastica beneficia seu ecclesiasticos proventus in decanatibus vestris, cujuscumque fuerint religionis vel conditionis seu sexus, quod decimam suam paratam habeant sine aliqua diminutione, sub pœna excommunicationis personarum et sequestrationis, die Lunæ proxima post Cineres in prioratu Sancti Andreæ, exceptis monasteriis per episcopum mercatoribus obligatis, quorum decima compensari debet in solutionem illius debiti. A.D. 1256.

Item ad hoc exactissime inquiratis de arreragiis taxationum factarum per episcopum Norwicensem anno præterito, et siqui fuerint detentores eorum, quicumque fuerint, excommunicetis publice et solempniter per decanatus vestros, quousque nobis de prædictis arreragiis plenariter satisfecerint, beneficia eorum vel non minus sequestrando.

Item sub sacramento prædicto vobis injungimus quod de cruce signatis omnibus et singulis cujuscumque conditionis et sexus, a tempore quo nobilis vir comes Cornubiæ rediit de partibus transmarinis, diligentem et exactissimam faciatis inquisitionem, si cruce signatorum mortuorum vota sint redempta per deputatos ad hæc a sede Apostolica; et quorum vota non sint redempta per deputatos, compellatis eorum executores,[1] ad quos bona eorum pervenerunt, quod ad nos veniant et vota redimant. f. 126.

Item moneatis omnes a tempore supradicto cruce signatos sub pœna canonica quod vota sua redimant, scilicet qui tempore assumptionis fuerint habiles ad pugnandum, nunc autem effecti inhabiles ex quacumque causa.

Item ad hæc compellatis omnes illos qui crucem assumpserunt sub conditione, ut pecuniam in subsidium Terræ Sanctæ transmittent vel pecuniam promiserint

[1] *executores*] executorum, MS.

A.D. 1256. propter veniam crucis habendam, si non solverint, quod veniant et satisfaciant, et siqui mortui sint compellatis eorum executores[1] vel saltem illos ad quos bona eorum pervenerunt, facientes nobis habere nomina tam viventium prædictis modis cruce signatorum vel promittentium quam nomina executorum mortuorum et nomina eorum ad quos bona defunctorum pervenerunt.

Item siqui cruce signati vel non cruce signati in statis suis voluntatibus aliqua de bonis suis in subsidium Terræ Sanctæ reliquerunt vel penes aliquem deposuerunt, quæ nondum executoribus negotii sunt soluta, nobis reddatur sub pœna excommunicationis penes quemcumque hujusmodi legata vel deposita resideant.

Item siqui crucesignati velint vota sua redimere, veniant ad nos et redimant.

Item et quæ scripta sunt redemptione votorum publicentur singulis diebus festivis per singulas ecclesias singulorum[2] decanatuum.

Item ad hoc injungimus vobis sub præfato sacramento quod exactissime faciatis inquisitionem de omnibus et singulis indistincte[3] legatis a quibuscumque in decanatibus vestris, et quod in his inveneritis nobis constare faciatis, etc.

154.

f. 126. *De conventione facta per episcopum Lincolniensem de archidiaconis et viris fidedignis.*

Summons by Henry de Lexinton, bishop of Lincoln, to his archdeacons

H[enricus] permissione divina, etc., archidiacono Huntingdunensi, etc.

Crescens dierum malitia et irrepens in ecclesia Dei concussio successiva manifestius indicant seu protendunt quod, duris gravaminibus jam increbrescentibus,

[1] *executores*] executorum, MS.
[2] *singulorum*] singularum, MS.
[3] *indistincte*] indistute, MS.

eisdem supervenient duriora, super quibus sano consilio oportet celerius providere. Proinde cum salubriter ut creditur sit provisum quod majores prælati religiosi, tam abbates quam priores necnon cathedralium ecclesiarum decani, personaliter cum quibusdam discretis canonicis suis, confratrum suorum procuratoribus, et singuli archidiaconi per se cum tribus aut quatuor discretioribus de suis archidiaconatibus pro se et cum mandato procuratorio consortum suorum, die Martis proxima post festum Sancti Hillarii apud Novum Templum Londoniis, cum coepiscopis nostris et nobis ibidem per Dei gratiam conventuris compareant, facturi in præmissis et consilium suum impensuri, prout ad utilitatem status ecclesiæ et domini regis ac regni visum fuerit melius expedire. Vobis mandamus, firmiter injungentes, quatinus dictos prælatos et clericos in archidiaconatu vestro constitutos secundum discretionem vobis desuper datam prudenter sollicitetis interim atque caute, quod dicti prælati et [1] vos personaliter, cæteri quoque per idoneos procuratores, dictis die et loco modis omnibus concurratis, congruum in hac parte consilium impensuri.

and others to the meeting in London on the affairs of the church and the realm. Jan. 18. A.D. 1256. v. vol. v. p. 539.

155.

Alexander, etc., magistro Rustando, etc.

Ex parte dilectorum filiorum prioris et conventus Rofensis fuit coram nobis propositum quod cum venerabilis frater noster episcopus Herefordensis a Bonaventura Bernardini cive et [2] sociis suis civibus et mercatoribus Senensibus certam ipsorum nomine receperit pecuniæ quantitatem, ac executores [3] dati a nobis super hoc ipsos monuerint ut eisdem mercatoribus satisfacerent de pecunia supradicta, quia de decima

f. 103 *b*. Letter of Pope Alexander IV. to Rustand relative to the bishop of Hereford, releasing the church of

[1] MS. repeats *et*.
[2] *et*] que, MS.
[3] *executores*] executoribus, MS.

Rochester from obligation. 18 Feb. 1256.

ecclesiasticorum proventuum carissimo in Christo filio nostro illustri regi Angliæ ab Apostolica sede concessa hujusmodi debita solvi debent, nobis humiliter supplicarunt, ut eis in hac parte paterna sollicitudine curaremus, cum parati sint hujusmodi decimam persolvere mercatoribus memoratis. Attendentes igitur quod nostræ intentionis non fuit ecclesiam Rofensem ejusque bona nisi ad solutionem prædictæ decimæ duntaxat per contractum hujusmodi obligari, discretionæ tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus, eisdem priore et conventu solventibus integre ut offerunt mercatoribus ipsis decimam supradictam, non permittas eis de cætero super hujusmodi debito per aliquas literas Apostolica[s] ab eisdem mercatoribus vel aliis molestari, molestatores eorum siqui fuerint per te vel per alium per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstante quod in literis nostris executoribus super hoc deputatis directis dicitur contineri, ut non obstent aliquæ literæ Apostolicæ sedis generales vel speciales sub quacumque forma impetratæ vel impetrandæ.

f. 104.

Datum Laterani, xii. kalendas Martii, Pontificatus nostri anno secundo.

156.

f. 103 *b*. Extract relating to letters of Rustand, for double security to be given by monasteries bound for the bishop of Hereford.

Ex responsione magistri Rustandi habemus quod modis omnibus necesse est duplicem exponere cautionem sub sigillis abbatum priorumve et conventuum singulorum monasteriorum quæ per episcopum Herefordensem sunt, ut dicitur, obligata: unam videlicet mercatoribus de tota parte quæ decimam domino regi concessam per quinquennium contingit, computato etiam anno præterito et de lucro dictam decimam contingente, id tamen quod de lucro prædicto non onerentur monasteria cum effectu, sed aliunde providebitur, unde de dicto lucro satisfiat; et in dicta cau-

tione fatebuntur religiosi se pecuniam pro qua se obligabunt mutuo a mercatoribus recepisse et in utilitatem monasteriorum fuisse conversam, renuntiantes exceptioni non numeratæ pecuniæ et cæteris talibus: et aliam cautionem exponent magistro Rustando pro residuo obligationis Herefordensis si decima ad solutionem obligationis non sufficiat. Dictus vero magister R[ustandus] providebit religiosis quod per archidiaconos locorum sequestretur decima clerici sæcularis, et ponetur quasi in deposito per singula monasteria archidiaconatuum singulorum pro rata dicti residui et lucri ut ipsis religiosis de hoc plene satisfiat. Promisit etiam idem magister quod expositis tam sibi quam mercatoribus ipsis obligationibus puris in forma prædicta, tam dominus rex quam ipse domini Papæ [capellanus] et mercatores restituent veteres obligationes per episcopum Herefordensem contractas. A.D. 1256.

157.

Literæ domini regis pro negotio de Herteburne expediendo in curia Romana per dominum Willelmum de Hortune cellararium. f. 71 *b.*

Domino Papæ rex Angliæ salutem, cum reverentia et honore. Letter of Henry III. to Pope Alexander IV. respecting John de Camezana and the church of Hartburn, 1 April 1256. v. vol. v. p. 551.

Dilectionis prærogativa specialis, qua inter cætera nostræ ditionis collegia abbatem et monachos Sancti Albani Lincolniensis diocesis carius amplexamur, ad providendum utilitati et tranquillitati ipsorum, cum opus est, multipliciter nos inducit. Cum igitur venerabilis pater Dunelmensis episcopus, non absque consensu et consilio capituli sui, ad sustentationem hospitalitatis quæ apud dictos abbatem et monachos specialiter vigere dinoscitur, et ad quam suarum possessionum facultas sufficere nequiverat, duas partes ecclesiæ de Herteburne, Dunelmensis diocesis, ipsorum

A.D. 1256. usibus,[1] interveniente consensu prioris et conventus de Thinemue, qui una cum abbate prædicto jus patronatus optinuerant in eadem, et residuum usibus vicarii in ea ministrantis, dudum caritative, necnon et precum nostrarum instantia, duxerit ordinandum; magister Johannes de Camezane,[2] cui in ecclesia de Wengrave[3] extat provisum, prætextu cujusdam literæ Papalis, qua felicis recordationis Innocentius quartus, prædecessor vester ultimus, sibi a dictis abbate et suo conventu ecclesiam suam prædictam in beneficium uberius mandaverat commutari, ipsos super dicta ecclesia de Herteburne in ipsorum grave dispendium et nostræ mentis turbationem non modicam aggravat et molestat, sed et causam ipsam in læsionem juris nostri et privilegiorum nostrorum extra regnum nostrum trahi procurans, suppressa littera contra ipsos impetrata, per quam in Anglia iidem abbas et conventus infra certum tempus in eadem litera comprehensum poterant conveniri, et causa ipsa similiter ibidem terminari, nullo sibi die infra dictum tempus præfixo, causam eandem a suo judice, nullis rationibus vel causis legitimis admissis, ab eodem ad curiam Romanam nequiter optinuit remitti. Sanctitati igitur vestræ, quæ nobis et nostris totiens extitit gratiosa, cum quanta possumus affectione supplicamus, quatinus monasterium supradictum, quod et de nostro extat patronatu et vobis est immediate subjectum, suo jure destitui non permittatis; sed potius ordinationem prædictam de consueta benignitate sedis Apostolicæ confirmare, et in aliis ejusdem monasterii negotiis coram sancta paternitate vestra expediendis sibi favorem et gratiam impertiri velitis, super quo vestris beneplacitis cum gratiarum actione multiplici uberius reddamur astricti.

Leiston, 1 April. Teste meipso apud Leystonam, primo die Aprilis.

[1] *usibus*] usubus, MS.

[2] His name appears as Camenzana in the Regesta Alexandri IV.; it appears as "Samsone" in the Gesta Abbatum.

[3] Wingrave, Bucks.

158.

Sanctissimo in Christo patri domino Alexandro, Dei gratia summo pontifici, H[enricus] eadem gratia rex Angliæ, dominus Hiberniæ, dux Normanniæ, Aquitanniæ, et comes Andegaviæ, salutem cum reverentia et honore. f. 71 *b.* Letter of Henry III. to Pope Alexander IV. respecting the church of Hartburn, 2 April 1256.

Quia abbatiam Sancti Albani Lincolniensis diocesis inter cetera regni nostri monasteria a nostris progenitoribus Angliæ regibus fundata carissimam optinemus, ipsius fatigationem indebitam graviter ferimus et moleste. Cum igitur episcopus Dunelmensis ad exiguas prædictæ abbatiæ facultates, quæ solitam hospitalitatis gratiam exhibendam minime suppetebant, pietatis oculos benigne convertens, superstite ultimo rectore ecclesiæ de Herteburne, quæ est de patronatu abbatis Sancti Albani et prioris et conventus de Thinemue Dunelmensis diocesis, ad nostram dudum instantiam duxerit ordinandum ut duæ partes proventuum ipsius ecclesiæ ad ampliationem hospitalitatis prædictæ cederent, et residuum usibus vicarii in eadem ecclesia ministrantis remaneret, de vestræ paternitatis clementia, quam in nostris petitionibus gratam semper invenimus et benignam, potissime confidentes, vobis duximus attentius supplicandum quatinus, has preces nostras favore solito necnon caritatis intuitu complectentes, ordinationem prædictam acceptare ac eam confirmationis Apostolicæ præsidio communire dignemini, quod interno cordis desiderio peroptamus. In his autem et aliis facultatem prædictæ abbatiæ tangentibus, tanquam nostris, favorem velitis et gratiam misericorditer impertiri, et eo libentius, si placet, quod abbatia illa vobis est et ecclesiæ Romanæ immediate subjecta. Has igitur preces taliter exaudire velitis quod interventum nostrum sibi fructuosum sentiat per effectum.

T[este meipso] apud Framlingham, ii. die Aprilis, anno regni nostri xl. Framlingham, 2 April.

159.

f. 72. Letter of Henry III. to John de Camezana respecting the church of Hartburn, 2 April 1256.

H[enricus] Dei gratia rex Angliæ, etc., dilecto sibi magistro J[ohanni] de Camesane domini Papæ capellano, salutem.

Ad aures nostras noveritis pervenisse quod cum vobis in ecclesia de Wengrave, quæ est de patronatu abbatis et monachorum Sancti Albani, competenter provisum existat, vos prætextu cujusdam mandati Apostolici, a felicis memoriæ Innocentio Papa prædicto abbati directi, quod ecclesiam illam vobis in uberiorem commutaret, data temporis oportunitate; ipsum abbatem super ordinatione ecclesiæ de Herteburne Dunelmensis diocesis, ad præsentationem prioris et conventus de Thinemue spectantis, a venerabili patre W[altero] Dunelmensi episcopo[1] ad instantiam nostram facta, ad hospitalitatis beneficium in domo sua latius exhibendum et perpetuo sustentandum, graviter et indebite molestatis, trahentes ipsum abbatem extra regnum nostrum in causam contra sedis Apostolicæ privilegium quod habemus. Et quia abbatiam Sancti Albani præ cæteris monasteriis a progenitoribus nostris regibus Angliæ fundatis speciali dilectionis fœdere complectimur, molestiam dicti abbatis necnon injuriam et violentiam dicto privilegio nostro a vobis illatam æquo ferre animo non possumus[2] nec debemus; vobis mandamus firmiter injungentes, ne causam illam extra regnum nostrum ulterius prosequi præsumatis contra privilegium memoratum, sed patienter sustineatis quousque abbas et monachi vobis competentius providerint ut intendunt. Inhumanum enim censetur ut quod ad hospitalitatem hujusmodi sustentandam sunt adepti, per alicujus improbitatem nequiter auferatur. Propter quod honori et utilitati vestræ convenit, ut

[1] MS. repeats *ad præsentationem . . . episcopo.*

[2] *possumus*] So in the margin; the text has *valemus.*

taliter vos geratis quod contingat vos ad majus bene- A.D. 1256.
ficium in regno nostro provehi, illud debeamus favorabilius sustinere.

Teste meipso apud Franchingham, ii. die Aprilis, anno regni nostri xl. Framlingham, 2 April.

160.

H[enricus] Dei gratia rex Angliæ, etc., venerabili patri J[ohanni][1] eadem gratia titulo Sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali, salutem et sinceræ dilectionis affectum. f. 71 b. Recommendatory letter of Henry III. to cardinal John Tolet for William de Hortone respecting the church of Hartburn, 2 April 1256. v. vol. v. pp. 551, 552. Gesta abbatum i. 350.

Dilectionis prærogativa specialis, qua inter cætera nostræ ditionis collegia abbatem et monachos Sancti Albani Lincolniensis diocesis carius amplexamur, ad eorum indempnitati, cum opus fuerit, providendum multipliciter nos inducit. Cum igitur magister J[ohannes] de Camezane, domini Papæ capellanus, abbatem et conventum Sancti Albani super commutatione ecclesiæ de Wengrave sibi facienda de ecclesia de Herteburne, quam episcopus Dunelmensis ad exhibitionem hospitum eis ad precum nostrarum instantiam caritatis intuitu concessit, ipsos[2] abbatem et conventum intolerabiliter aggravet et molestet, trahendo ipsos in causam extra regnum nostrum, contra indulgentiam nobis a sede Apostolica concessam, quod grave ferimus et molestum, ac idem abbas dilectum nostrum fratrem Willelmum de Hortone, commonachum suum, ad præsentiam domini Papæ transmittat tam pro prædicto negotio quam aliis utilitatem ecclesiæ suæ tangentibus, prout idem Willelmus vobis viva voce intimabit, dilectionem vestram, de qua plenam gerimus fiduciam, affectuose rogamus, quatinus eundem Willelmum habere velitis in præmissis specialiter recommendatum; consilium et juvamen vestrum ei pro f. 72.

[1] *i.e.* John Tolet (*i.e.* of Toledo), afterwards cardinal bishop of Porto.

[2] ipsos] nos, MS.

A.D. 1256. amore nostro taliter impensuri, quod vobis propter hoc ad retributionem condignam et ad gratiarum merita oportunis temporibus teneamur.

Framlingham, 2 April. T[este] meipso apud Framlingham, ii. die Aprilis, anno regni nostri xl.

161.

f. 72. The same sent to the king's proctors at Rome, 11 April 1256. H[enricus] Dei gratia, etc., dilecto sibi magistro Roberto de Barro et magistro Finato, procuratoribus suis in curia Romana, vel eorum alteri in eadem curia existenti, salutem.

Dilectionis prærogativa specialis qua inter cætera nostræ ditionis collegia abbatem et monachos Sancti Albani Lincolniensis diocesis carius amplexamur, ad eorum indempnitati, cum opus fuerit, providendum multipliciter nos inducit. Cum igitur magister J[ohannes] de Camesana, domini Papæ capellanus, abbatem et conventum Sancti Albani super commutatione ecclesiæ de Wengrave sibi sumenda de ecclesia de Herteburne, quam episcopus Dunelmensis ad exhibitionem hospitum eis ad precum nostrarum instantiam caritatis intuitu concessit, ipsos abbatem et conventum intolerabiliter aggravet et molestet, trahendo ipsos in causa extra regnum nostrum contra indulgentiam nobis a sede Apostolica concessam, quod grave ferimus et molestum, ac idem abbas dilectum nostrum fratrem Willelmum de Hortune, commonachum suum, ad præsentiam domini Papæ transmittat tam pro dicto negotio quam aliis utilitatem ecclesiæ suæ tangentibus, prout idem W[illelmus] vobis viva voce plenius intimabit, vobis mandamus rogantes quatinus eundem W[illelmum] habere velitis in præmissis specialiter recommendatum; consilium et juvamen vestrum ei pro amore nostro taliter impensuri quod vobis propter hoc ad retributionem condignam et ad gratiarum merita oportunis temporibus teneamur. Teste et cetera.

162.

f. 104. Letter of Henry III. to a monastery approving the composition made by Rustand with them as to the tithe to be paid for the business of Sicily, 8 May 1256.

Henricus Dei gratia, etc., viris religiosis abbati et conventui . . . .[1]

Compositionem seu ordinationem quam dilectus noster magister Rustandus, domini Papæ subdiaconus et capellanus, negotii Crucis executor, vobiscum pro promotione negotii Siciliæ quod assumpsimus duxerit faciendum super decima monasterium vestrum contingente pro tempore in quo dicta decima nobis est a dicto domino Papa concessa, nos ratam habere noveritis et acceptam.[2]

Teste me ipso apud Windelesoram, octavo die Maii, anno regni nostri quadragesimo.

163.

f. 104. Letter of Rustand to the collectors of tithes relative to obligations of the convent of Reading to the Sienna merchants on behalf of the bishop of Hereford. 15 May 1256.

Magister Rustandus, domini Papæ subdiaconus et capellanus, negotii Crucis executor a sede Apostolica deputatus, universis collectoribus decimæ in Saresberiensi, Wintoniensi, Londoniensi, Rofensi, Cicestrensi, Lincolniensi, Herefordensi, Wigorniensi, diocesibus deputatis salutem in Domino.

Cum religiosi viri abbas et conventus Radingiæ sint Aldebrando Aldebrandini et sociis suis mercatoribus Senensibus in Romana curia in quadringentis marcis sterlingorum per venerabilem patrem Herefordensem episcopum obligati, ac intentionis domini Papæ vel nostræ non fuerit nec existat quod ultra decimam aliquid solvere teneantur, volumus et præsentium auctoritate mandamus quatinus decimam eos per quinquennium domino regi concessam contingentem integre assignetis eisdem in solutionem hujusmodi debitorum. Et siquid ultra decimam supererit ad solvendum, tan-

[1] Blank in MS.

[2] *acceptam*] acceptum, MS.

A.D. 1256. tum de decima aliunde collecta ipsis assignare curetis, ut inde satisfacere valeant mercatoribus antedictis.

Data apud Radingiam, xvii. kalendas Junii, anno Domini MCCLVI.

164.

f. 74 *b*. *Litteræ quarum formam episcopus Lincolniensis Robertus tanquam hæreticam reprehendit.*

Letter of Pope Alexander IV. to the abbat of St. Alban's in favour of Roffridus, a scholar, son of his nephew Albert, 5 July 1256.

Alexander episcopus, etc., dilecto filio abbati monasterii Sancti Albani ordinis Sancti Benedicti Lincolniensis diocesis, salutem et Apostolicam benedictionem.

Credentes illa te erga personam nostram et Apostolicam sedem devotionis sinceritate fervere, ut preces nostras, etiam si eas pro extraneis dirigamus, libenter effectui studeas mancipare, firmiter speramus illas a te, cum porriguntur pro notis et consanguineis nostris, eo promtius adimpleri quo de sinceriori affectu procedere dinoscuntur; maxime dum rogamus pro illis qui suæ nobilitatis et familiaritatis intuitu prærogativa sunt specialis favoris et gratiæ præferendi. Cum itaque dilectum filium Roffridum scolarem, natum Alberti nepotis nostri, propter sua et suorum merita speciali benivolentia prosequamur, dilectionem tuam rogandam duximus attentius et hortandam, quatinus provide pensans quod consulte agit et negotiatur salubriter qui talibus dexteram liberalitatis extendit, quoniam a majoribus sibi consanguinitate conjunctis hæc propensius attenduntur, qui sic collata recipientes, totaliter in se ipsis sibique per hoc benefieri specialiter reputantes, recognoscunt impensa, et extendentes secum id largitoribus plurimum obligatos, grandia illis pro suis retribuunt et compensant; considerantes etiam quod tunc superiores pro suis vehementius obligantur cum sponte illis beneficentiæ manus porriguntur, ita quod non expectata præsidentis coactione donatio grata fiat et benefactor ipso affectu operis

affectum suæ sinceræ prænuntiat voluntatis; attendens insuper quod idem scolaris tibi et monasterio tuo per se ac suos esse poterit multipliciter fructuosus, sibi ob reverentiam Apostolicæ sedis et nostram de aliquo ecclesiastico beneficio ad tuam collationem spectante, si vacat ad præsens vel quamcito ad id se facultas obtulerit, liberaliter providere procures; sciturus quod id gratum erit nobis admodum et acceptum. Quin-[im]mo eo gratius hoc habebimus quo ex devotione videbimus procedere potiori. Certo namque argumento monstrabit quod multum ad nos et Romanam ecclesiam sinceritatem habeas, si nostro in hac parte effectui studueris effectu consono concordare. Et ut de nostra super hoc voluntate expressius tibi constet, firma teneas credulitate quod exinde nos in tuis et monasterii tui agendis senties magis favorabiles et benignos, et studebimus etiam alias tibi et ipsi monasterio, cognita in hoc tui animi puritate, grata vicissitudine respondere. A.D. 1256.

Datum Anagniæ, tertio nonas Julii, Pontificatus nostri anno secundo.

165.

Reverendo patri in Christo domino J[ohanni], Dei gratia abbati de Sancto Albano, frater W[illelmus] de Hortona et magister W[illelmus] de Sancto Edwardo, devoti filii, salutem in Domino cum reverentia et subjectione. f. 74 *b*. Letter of W. de Hortone and W. de S. Edward to the abbat of St. Alban's relative to a presentation for [Roffrid] son of [Albert], nephew of Pope Alexander IV. A.D. 1256.

Quoniam jacula quæ prævidentur minus feriunt, vobis duximus significandum quod dominus Papa scribit nobis sincere significando quod vos providcatis filio nepotis sui in primo ecclesiastico beneficio vacaturo. Et idem Papa nos induxit ad supplicandum vobis pro eodem. Unde vobis significamus quatinus nuntium venientem ad vos pro isto negotio curialiter recipiatis; dicentes vos id libenter facturos, nisi domino

A.D. 1256. J[ohanni] Camesano et aliis essetis astricti super primo vacantibus per pœnam interpositam; et quam cito hoc facere poteritis sine injuria illorum quibus modo tenemini, supplicationi domini Papæ quod vobis præceptum est libenter perficietis.

166.

f. 105. *Memorandum quod prima mota fuit quæstio per breve Dunelmensis episcopi super advocatione ecclesiæ de Kunesclive. Misit abbas fratrem Johannem de Bolum ad curiam regiam ut inquireret a consilio regis qualiter deberet facere attornatum suum in illa loquela. Et fuerunt consiliarii regis in diversa opinione. Quorum quidam asserebant quod per breve domini regis, et alii per breve episcopi, quorum consiliis adquievit frater J[ohannes] transmissus, et tandem misit episcopus Dunelmensis domino Waltero de Meretuna clerico suo literas suas ut attornatum abbatis reciperet. Cui comparenti in curia sua coram justitiariis suis objecit Willelmus de Kreestoc, adversarius abbatis, quod dictus attornatus apertam fecit defaltam, pro eo quod dictus W[alterus] de Mertona dictum attornatum coram dicto episcopo personaliter non præsentavit. Et tunc impetratæ sunt literæ regiæ super hac forma:*

Letter of Henry III. to the bishop of Durham requiring him to admit the attorney of the abbat of St. Alban's to plead in

H[enricus] Dei gratia, etc., episcopo Dunelmensi, etc. Ostensum est nobis ex parte abbatis Sancti Albani quod cum ipse in curia vestra infra libertatem vestram Dunelmensem sit implacitatus super advocatione ecclesiæ de Kenesclive, et ipse nuper ad curiam nostram misisset, petens ut de attornato suo in dicta loquela recipiendo sibi provideretur, eo quod propter imbecillitatem sui corporis, prout nobis evidenter constat, nullo modo personaliter accedere posset; super

quæ ad ipsum conservandum indempnem, cui provisio non potest nec debet denegari, et pro conservanda etiam libertate vestra responderi fecimus, quod ad vos mitteret in hoc casu et a vobis peteret ut potestatem alicui vel aliquibus concederetis attornatum suum recipiendi, quod demum ad ejus instantiam fit per dilectum clericum nostrum et vestrum Walterum de Meretune, cui id literis vestris[1] fieri demandastis. Justitiarii vestri attornatum dicti abbatis, quem dictus W[alterus] de mandato vestro recepit, admittere hæsitant, ut dicitur, et contradicunt, pro eo quod idem W[alterus] ad curiam vestram personaliter non accessit, dictum attornatum præsentaturus. Cum tamen dictus W[alterus] de dicto attornato per ipsum ad mandatum vestrum, ut prædictum est, recepto vobis per suas literas satis evidenter ac sufficienter constare fecisset, et secundum consuetudinem et legem optentam et hactenus approbatam omnes qui de facto suo recordum habent illud sub illorum sigillis mittere possunt, et missio hujusmodi sufficienter locum habet, et etiam quia hujusmodi remedium dicto abbati, ut prædictum, non potest nec debet denegari, vobis mandamus quatinus prædictum attornatum ejusdem abbatis sine moræ dispendio recipi faciatis, et dictum abbatem super exceptione prædicta, quæ penitus juri contraria est, indempnem conservari, ita quod ad hoc manum aliter apponere non cogamur.

the suit respecting the church of Conisscliffe. 16 Aug. 1256.

Teste meipso apud Wodestoc, decimo sexto die Augusti, anno regni nostri quadragesimo.

167.

H[enricus][2] Dei gratia, etc., venerabili patri Waltero Dunelmensi episcopo salutem. f. 105.

Letter of Henry III. to the bishop of

Ostensum est nobis ex parte abbatis Sancti Albani

[1] MS. repeats *id*.

[2] Prefixed to this is a long rubrick, which is printed in the Gesta Abbatum, i. p. 389.

Durham requiring him to respect the liberties of the abbat of St. Alban's and the prior of Tynemouth. 20 Aug. 1256.

J[ohannis] et prioris de Thinemue Radulfi, quod cum ipsi quasdam libertates habeant per cartas prædecessorum nostrorum regum Angliæ sibi concessas in diocesi vestra, libertatibus vestris usu et tempore priores, ut dicunt, et in collatione libertatum vestrarum non intendebant antecessores nostri, sicuti non debebant, dictis abbati et priori et eorum libertatibus præjudicium inferre, et vos et ballivi vestri non permittitis ipsos prædictis libertatibus suis uti sicut prius facere consueverunt. Vobis mandamus quod si ita est, tunc ipsos infra libertates vestras contra tenorem prædictarum cartarum suarum quas habent non vexetis nec vexari permittatis, ne iteratus clamor ad nos inde perveniat pro defectu vestro.

Teste meipso apud Wudestoc, vicesimo die Augusti, anno regni nostri quadragesimo.

168.

f. 105 *b*. *Breve episcopi Dunelmensis per quod implacitatur abbas super advocatione de Kuneclif.*

Writ of the bishop of Durham to the sheriff of Sadberge respecting the advowson of the church of Coniscliffe. 10 Oct. 1256.

W[alterus] Dei gratia episcopus Dunelmensis vicecomiti Seadberge salutem.

Præcipe abbati de Sancto Albano quod juste et sine dilatione reddat Willelmo filio Thomæ de Creestoc advocationem ecclesiæ de Kunesclif, quam ei idem abbas deforciat. Et nisi fecerit et prædictus Willelmus fecerit te securum de clamio suo prosequendo, tunc summone per bonos submonitores prædictum abbatem, quod sit coram justitiariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint quare non fecerit. Et habeas ibi hoc breve.

Datum apud Hocland,[1] decimo die Octobris, pontificatus nostri anno septimo.

[1] Auckland.

169.

Aliud breve super eodem facto. f. 105.

Writ of Henry III. to the bishop of Durham commanding him to desist from trespassing on the liberties of the church of Tynemouth. 13 Oct. 1256.

H[enricus] Dei gratia eidem episcopo salutem. Meminimus nos alias vobis scripsisse pro abbate Sancti Albani et priore de Thinemue quod—cum ipsi habeant quasdam libertates per cartas prædecessorum nostrorum regum Angliæ, tam de libera curia sua de hominibus suis habenda infra wapentakium vestrum de Satberge, quam de eo quod non ponantur in placitum de aliquo tenemento suo nisi coram nobis vel [per] speciale mandatum nostrum, quæ quidem libertates vestris libertatibus usu et tempore priores existunt, ut dicitur, et in collatione libertatum vestrarum non intendebant antecessores nostri, sicuti nec debebant, dictis abbati et priori vel eorum libertatibus præjudicium inferre,—vos mandato nostro in hac parte prætextu cujusdam libertatis vobis posterius concessæ, quæ priori derogare non debet, non permittitis ipsos libertatibus suis prædictis uti sicut facere consueverunt et debuerunt, prius quam wapentachium prædictum vobis et ecclesiæ Dunelmensi esset collatum; nec vos nec ballivi vestri cessatis distringere eosdem abbatem et priorem et homines suos de Karlebiri et de Mortune per captionem averiorum suorum ad respondendum in curia vestra coram [justitiariis] et ballivis vestris contra libertates suas et contra tenorem cartarum suarum quas inde habent ut dicunt. Et quia prioratus de Thinemue, monasterio Sancti Albani immediate subjectus, de patronatu nostro principaliter existit, propter quod ipsum prioratum et libertates suas tueri et conservare tenemur, vobis iterato mandamus quod ab inquietatione et gravamine dictorum abbatis et prioris et hominum suorum penitus desistatis, averia sua hac occasione capta deliberari facientes eisdem; ne iteratus clamor ad nos inde perveniat, pro quo aliud ad hoc remedium apponere debeamus.

A.D. 1256. Teste meipso apud Westmonasterium, decimo tertio die Octobris, anno regni nostri xl°.

170.

Item super eodem negotio.

f. 105. Writ to the bishop of Durham to appear in the king's court to answer the complaint of the abbat of St. Alban's. 13 Oct. 1256.

H[enricus] Dei gratia, etc., episcopo Dunelmensi salutem.

Mandamus vobis in fide qua nobis tenemini, quod sitis coram nobis a die Sancti Martini in quindecim dies, ubicunque tunc fuerimus in Anglia, ad respondendum abbati Sancti Albani quare trahitis et distringitis ipsum et homines suos de Karlebire et Mortune ad placitandum coram justitiariis et ballivis vestris extra libertatem suam contra tenorem cartarum prædecessorum nostrorum regum Angliæ quas idem abbas habet, nec permittitis ipsum et priorem suum de Thinemue habere liberam curiam suam infra wapentachium tuum de Satberge, quam habere debent et habere consueverunt per cartas prædictas, ante[quam] wapentachium prædictum esset ecclesiæ vestræ Dunelmensi collatum, ut dicunt. Et interim averia sua, si qua occasione prædicta capta sunt, deliberari faciatis; et habeatis ibi hoc breve.

Teste meipso apud Westmonasterium, decimo tertio die Octobris, anno regni nostri quadragesimo.

171.

f. 73. ·⁘· Notice of essoin of the abbat of St. Alban's at Winchester. Nov. 1256.

Anno Domini MCCLVI. in quindena Sancti Martini essoniatus fuit abbas coram dominis Henrico de Brettona et Nicholao de Turri, justitiariis existentibus cum rege apud Wintoniam, in placito moto contra dominum Walterum episcopum Dunelmensem, qui litteras regis sibi transmissas non remisit sicut sibi fuit demandatum, nec ullo modo comparuit. Et tunc consideratum est per dictos justitiarios quod submoneatur dictus

episcopus per vicecomitem Eboracensem. Et tunc emanaverunt vicecomiti sub hac forma: A.D. 1256.

Letter of Henry III. to the sheriff of York relative to the dispute between the abbat and the bishop of Durham. 2 Nov. 1256.

H[enricus] Dei gratia, etc., vicecomiti Eboracensi salutem.

Bene meminimus quod, precibus nostris pluries prævenientibus, mandavimus venerabili in Christo patri W[altero] Dunelmensi episcopo quod in fide, qua nobis teneretur, esset coram nobis a die Sancti Martini in xv. dies ad respondendum abbati de Sancto Albano quare trahit et distringit ipsum et homines suos de Karleby et Mortuna ad placitandum coram justitiariis et ballivis ipsius episcopi extra libertatem suam, et contra tenorem cartarum prædecessorum nostrorum regum, quas idem abbas [habet], nec permittit ipsum et priorem suum de Thynemue habere liberam curiam infra wapetacum ipsius episcopi de Sadberge, quam habere debent et habere consueverunt per cartas prædictas, antequam wapentacum prædictum esset ecclesiæ prædicti episcopi Dunelmensis collatum, ut dicunt. Et quod interim averia ipsius abbatis, si qua occasione prædicta capta fuissent, deliberari faceret. Et quia dictus episcopus nec precibus nostris nec mandato parere voluit, sed ea quasi in contemptum nostri habet, tibi præcipimus quod submoneas per bonos submonitores prædictum episcopum quod sit coram nobis a die Paschæ in xv. dies, ubicunque tunc fuerimus in Anglia, ad respondendum prædicto abbati de prædicta transgressione, et ad ostendendum quare non fuit coram nobis ad prædictum terminum sicut ei demandavimus; et habeas ibi submonitores et hoc breve. f. 73 *b.*

Teste H[enrico] de Brettona apud Clarendonam, secundo die Novembris, anno regni nostri xli.

Decision given on the side of the abbat of St. Alban's.

Tunc quoque fuerunt justitiarii favorabiles et gratiosi parti abbatis, licet dominus Walterus de Mertona et quidam alii de consilio dicti episcopi contradixerint et reclamaverint quod tale breve non debet currere

A.D. 1256. contra episcopum pro aliquo facto suo quod fit inter Thinam et Theisam.

172.

f. 74.

Epistola elegans missa a domino Papa domino regi Angliæ, admonens ut errores suos corrigat consuetos, et ut custodiat jura ecclesiastica, sicut multotiens juraverat.

Letter of Pope Alexander IV. to Henry III. on behalf of the bishop of Rochester, exhorting the king to correct his errors. 8 Nov. 1256. v. vol. v. p. 616. *Pro Rofensi episcopo.*

Alexander episcopus, etc., carissimo in Christo filio illustri regi Angliæ, salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum de tuis, carissime, actibus digna et honori congrua referuntur, rumor hic clarus accedit nobis admodum placidus, auditum demulcens aurium et cordis interiora delectans; quod si qua forte prava et modestiæ regali contraria sinistra de te relatio vel fama turbulenta portaret, obstupescerent utique sensus nostri, et animus intra gravius sauciaretur amaritudine, ob sinceræ vinculum caritatis. Sane intellecto quod venerabilis frater noster Rofensis episcopus,—ex parte universitatis prælatorum et cleri Anglicani regni, qui per potentiam regiam se suasque ecclesias in suis juribus et libertatibus deprimi asserunt, ad Apostolicam sedem accedens, super reformatione status dictarum ecclesiarum et ecclesiasticæ libertatis, pro quibus alias tam felicis recordationis I[nnocentius] Papa prædecessor noster quam nos etiam per nonnullos præfatæ universitatis nuntios fuimus sæpe et sæpius requisiti,—habebat aliquid coram nobis et fratribus nostris proponere, juxta quod sibi fuerat a prædicta universitate commissum, per quæ forsitan fuisset famæ tuæ, maxime apud regni Siciliæ incolas, qui sperant per te ad antiquas eorum libertates reduci et sub tuo vigere in bono statu et conservari dominio, plurimum derogatum; nos cupientes quod honor et fama tua in omni integritate serventur, quodque omnia penitus remove[rentur]

quæ possent animæ tuæ periculum generare, ad instan- A.D. 1256.
tiam venerabilis fratris nostri archiepiscopi Tharensis[1] et dilectorum filiorum electi[2] Saresbiriensis ac abbatis[3] Westmonasterii Londoniarum, nuntiorum tuorum, necnon magistri Rustandi capellani nostri, honoris tui fervidi zelatoris, ordinavimus quod prosecutio hujusmodi negotiorum ecclesiæ Anglicanæ, pro quibus præfatus episcopus venerat, differetur ad tempus; insinuando eidem episcopo, quod te ad omnia, quæ liberum, pacificum, et tranquillum statum prædictarum ecclesiarum respiciunt, auctore Domino sic efficaciter inducemus, quod non oportebit eum, vel coepiscopos suos, et alios prælatos tam sæculares quam regulares regni tui propter hoc amplius laborare. Ideoque serenitatem regiam de fratrum nostrorum consilio rogamus, monemus, et hortamur attente, et sincera qua te in Domino caritate complectimur suadentes, in remissionem peccaminum nihilominus injungendo, quatinus—præmissa omnia infra tui claustra pectoris sollicita meditatione revolvens; considerans etiam quod "nunquam remittantur peccata, S. Augustin. Epist. 153, § 20.
"nisi restituantur ablata," quodque nil cuiquam deperit si restituat aliena, quorum misera detentio vergit in salutis propriæ detrimentum; considerans quod, tuo specialiter ad hoc accedente consensu, ab universis archiepiscopis et episcopis dicti regni excommunicationis sententia[4] in omnes illos prolata et per sedem Apostolicam confirmata esse dicitur, qui ecclesias et ecclesiasticas libertates ac jura et consuetudines liberas earundem et maxime illas, quæ in cartis tuis libertatum communium continentur, quacunque arte præsumpserint infringere, violare, diminuere, seu mutare; pensans etiam insuper, quod coronationis tuæ tempore ad conservandum et confovendum jura et libertates hujusmodi te juramento præstito diceris astrinxisse;—

[1] *i.e.* Henry de Cerasolo, archbishop of Taranto, see vol. v. p. 625.
[2] Giles de Bridport.
[3] Richard de Crokesley.
[4] *sententia*] sententiam, MS.

A.D. 1256. omnes libertates, immunitates, ac liberas consuetudines, cunctaque jura ac privilegia quæ prædicti episcopi aliique prælati cæteræque personæ ecclesiasticæ necnon et ecclesiæ dicti regni habuisse noscuntur, eis infra festum Resurrectionis Dominicæ primo venturum, ob reverentiam Jesu Christi Qui te fecit oleo sacri crismatis christum Suum, ac crucis honorem cujus es caractere insignitus, pro animæ quoque tuæ salute, regia liberalitate restituas, ita quod prædictis archiepiscopis et episcopis, prælatis, religiosis, et personis materia nulla remaneat conquerendi. Veruntamen quia prædictus episcopus prosecutionem dictorum negotiorum, pro quibus ad præsentiam nostram venit, supersedere curavit, juxta vestrum beneplacitum et mandatum, apud [1] prædictam sedem, tuam responsionem super prædictis omnibus expectando, magnitudinem tuam requirimus, ut tuam in hac parte intentionem et quid super his proponas facere per tuas literas nobis non differas intimare. Et quia nostra interest, ecclesias et personas ecclesiasticas cum [2] earum juribus et libertatibus secundum Deum et justitiam defensare, scire te volumus, quod nisi infra hujusmodi terminum prædictum archiepiscopi, episcopi, et prælati ac personæ ecclesiasticæ ad omnia eorum jura fuerint plenarie restituti, ex tunc nequaquam dissimulare poterimus, quantumque personam tuam sincero diligamus affectu, quin prædicto episcopo audientiam præbeamus.

Datum Anagniæ, sexto idus Novembris, Pontificatus nostri anno secundo.

173.

f. 104. Letter of credit from the convent

Universis mercatoribus Ytalicis ad quos præsens scriptum pervenerit, abbas [3] de Bello et ejusdem loci conventus salutem in Domino.

---

[1] *apud*] apos, MS. with cū interlined as if intended for *Apostolicum*.

[2] *cum*] et, MS.

[3] Ralph of Coventry.

Noveritis dilectum fratrem nostrum N. monachum, latorem præsentium, apud Londonias pro negotiis ecclesiæ nostræ a nobis destinatum; unde si vos aut aliquem vestrum de mutuo requisierit, secure ei commodetis usque ad ducentas quadraginta marcas sterlingorum, et nos bona fide promittimus quod sine cavillatione plene satisfaciemus ei qui hanc cartam nostram attulerit ad terminum et locum inter vos constitutos una cum literis prædicti fratris nostri formam mutui et contractus continentibus. In cujus rei testimonium.

of Battle for a monk to the Italian merchants relative to a loan of 240 marks. [A.D. 1256?]

174.

Errores qui elici possunt de libro Joachim abbatis, et evangelium quod dicitur eternum, quem librum Papa Gregorius dampnavit et reprobavit in principio[1] *decretalium suorum.* f. 106.

De prima parte libri qui appellatur evangelium eternum, quæ prima pars dicitur præparatorium in evangelium eternum, extrahi possunt hi errores qui sequuntur.

Errors of abbat Joachim. v. vol. v. p. 599.

Liber primus.

Primus error est quod evangelium eternum, quod idem est quod doctrina Joachim, excellit doctrinam Christi et omnino Novum et Vetus Testamentum.

Secundus est, quod evangelium Christi non est evangelium regni ac per hoc nec ædificatorium ecclesiæ.

Tertius quod Novum Testamentum est evacuandum, sicut Vetus est evacuatum.

Quartus quod Novum Testamentum non durabit in virtute sua, nisi usque ad annum Incarnationis MCCLX.

Quintus quod illi qui erunt ultra tempus illud non tenebuntur recipere Novum Testamentum.

---

[1] Decret. Gregorii IX., lib. 1, tit. 1, cap. 2.

A.D. 1256. Errors of Abbat Joachim.

Sextus quod evangelio Christi aliud evangelium succedet.

Septimus quod nullus simpliciter idoneus est ad instruendum homines de spiritualibus, nisi illi qui nudis pedibus incedunt.

De secunda parte ejusdem libri, qui appellatur concordia Novi et Veteris Testamenti, possunt isti errores extrahi qui sequuntur.

De primo enim libro hujus operis primo potest extrahi error iste, videlicet quantumcunque Dominus affligat Judæos in hoc mundo, tamen aliquos reservabit quibus benefaciet in fine, etiam manentibus in Judaismo, et quod in fine illos liberabit ab omni impugnatione hominum etiam in Judaismo manentes.

Secundo quod etiam nondum peperit neque pariet filios ecclesia ante finem regni temporalis, quod finietur infra tempus prædictum. Et per hoc datur intelligi quod religio Christiana, quæ jam multos peperit vocando ad fidem Christi, non est ecclesia.

Liber secundus.

De secundo libro ejusdem partis extrahi possunt isti errores qui sequuntur.

Primus est quod evangelium Christi neminem ducit ad perfectum.

Secundus est, quod adveniente evangelio Spiritus Sancti, sive clarescente opere Joachim quod dicitur evangelium eternum sive Spiritus Sancti, evacuabitur evangelium Christi.

Tertius est, quod spiritualis intelligentia Novi Testamenti non est commissa populo Romano, sed tantum litteralis, et per hoc datur intelligi quod ecclesia Romana non potest judicare de spirituali intelligentia Novi Testamenti, et si judicat, temerarium est ejus judicium, et non est adquiescendum ejus judicio, et quod ipsa Romana ecclesia animalis est, non spiritualis.

Quartus est, quod recessus ecclesiæ Græcorum ab ecclesia Romana fuit a Spiritu Sancto, et per hoc datur intelligi quod viri spirituales non tenentur Ro-

manæ ecclesiæ obedire, nec adquiescere ejus judiciis in his quæ Dei sunt. A.D. 1256.

Quintus est, quod tertius ordo electorum, qui secundum eundem librum est ordo religiosorum, non tenetur se exponere morti pro defensione fidei, aut pro conservatione cultus Christi in aliis hominibus.

Sextus est, quod populus Græcus magis ambulat secundum Sanctum Spiritum quam populus Latinus, ac per hoc magis est in statu salvandorum, et quod magis est adhærendum ei quam populo Romano sive ecclesiæ Romanæ.

Septimus, quod sicut Filius operatur salutem populi Latini sive populi Romani, quia Ipsum repræsentat, sic Spiritus Sanctus operatur salutem populi Græci, quia Ipsum repræsentat; et per hoc datur intelligi quod Pater salvum faciet populum Judaicum, quia Ipsum repræsentat.

Octavus, quod sicut, veniente Johanne Baptista, ea quæ præcesserant reputata sunt vetera propter nova supervenientia, ita adveniente tempore Spiritus Sancti sive tertio statu mundi, ea quæ præcesserant reputabuntur vetera propter nova quæ supervenient. Et ex hoc datur intelligi quod Novum Testamentum reputabitur vetus et proicietur.

Liber tertius.

De tertio libro ejusdem partis unus error extrahi potest, videlicet quod Spiritus accepit aliquid ab ecclesia, sicut Christus in quantum homo accepit aliquid a Spiritu Sancto.

Liber quartus.

De quarto libro ejusdem partis in primo tractatu duo errores extrahi possunt.

Primus est studium evangelizandi et concordandi carnales genealogias quæ fuerunt in primo statu mundi et spirituales status secundi mundi contra Apostolum dicentem primo ad Thimotheum, i., *Rogavi te ut denuntiares quibusdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis et genealogiis indeterminatis, quæ* 1 Tim. i. 3, 4.

A.D. 1256. *quæstiones magis præstant* destructionem *quam ædificationem.*

Secundus est studium manifestandi momenta atque tempora eorum quæ evenient in secundo statu mundi per ea quæ evenerunt in primo statu mundi, contra
Act. i. 7. illud Actus primo, *Non est vestrum noscere*[1] *tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate.*

In secundo ejusdem libri tractatu duo errores inveniuntur.

Primus est quod Christus et sancti Apostoli Ejus non fuerunt perfecti in vita contemplativa.

Secundus est quod activa vita usque ad tempus Joachim fructuosa fuit, sed modo non est fructuosa; contemplativa vero ab ipso fructificare cœpit, et amodo in perfectis successoribus suis perfectius manebit; et per hoc datur intelligi quod ordo clericorum, ad quos pertinet activa vita, amodo non fructificabit in ædificatione et conservatione ecclesiæ, nec omnino in regimine, sed ordo monachorum amodo in his fructificabit.

Liber quintus. De quinto libro ejusdem partis. In tractatu de septem diebus inveniuntur quatuor valde suspecta et diligenter examinanda.

Primum est quod aliquis de ordine religiosorum futurus est, qui præferetur omnibus ordinibus dignitate et gloria, in quo implebitur promissio Apostoli
Ps. lxxi. 8. dicentis, *et dominabitur a mari usque ad mare, etc.*

Secundum est, quod ille ordo in quo implebitur prædicta promissio Apostoli tunc convalescet quando ordo clericorum desinet parere, qui partus, secundum quod credit ecclesia, non cessabit usque ad tempus Antichristi.

Tertium est, quod ordo parvulorum erit ille ordo in quo implebitur prædicta promissio Apostoli.

Quartum est, quod sicut in primo statu commissum fuit regnum totius ecclesiæ a Patre aliquibus de ordine

[1] *noscere*] vel nosse, in the margin.

conjugatorum, in quo auctorizatus est ille ordo, et in secundo statu commissum est a Filio aliquibus de ordine clericorum, in quo ab Ipso glorificatus est ille ordo, sic in tertio statu committetur alicui vel aliquibus de ordine monachorum a Spiritu Sancto, in quo ab Ipso Spiritu ille ordo clarificabitur. A.D. 1256. f 106 *b*.

Item in eodem quinto libro, in tractatu de Jacob invenitur unum suspectum, videlicet quod isti qui præsunt collegiis monachorum diebus istis cogitare debent de recessu a sæcularibus et parare se ad redeundum ad antiquum populum Judæorum.

In eodem quinto libro in tractatu de Joseph et pincerna cui sompnium aperuit, invenitur quod prædicatores, qui erunt in ultimo statu mundi, majoris erunt dignitatis et auctoritatis quam prædicatores ecclesiæ primitivæ, id est, Apostoli.

Item in eodem libro in tractatu de tribus generibus hominum, videlicet Israelitis, Egiptiis, et Babilonicis, invenitur quod prædicatores et doctores religiosi ipsi infestabuntur a clericis et transibunt ad infideles; et timendum est ne ad hoc transeant ut cogantur ire ad prælium contra Romanam ecclesiam, juxta doctrinam beati Johannis in Apocalipsi xvi. Apoc. xvi. 14.

Ex his autem quæ dicuntur in expositione historiæ de David potest intelligi quod ille, qui composuit opus quod dicitur evangelium eternum, non fuit Joachim, sed aliquis vel aliqui moderni temporis, quoniam ibi facit mentionem de Frederico imperatore persequente ecclesiam Romanam.

Item in eodem libro invenitur quod sacramenta novæ legis evacuabuntur in tertio statu mundi, et per evacuationem sacramenti altaris infert evacuationem aliorum sacramentorum.

Item in eodem libro in tractatu de historia de Judith invenitur quod sacramenta novæ legis non durabunt amodo, nisi usque ad annum Incarnationis MCCLX.

175.

73 *b*. *Anno Domini* MCCLVI., *scilicet anno regni domini regis Henrici xli.,*[1] *primo die Januarii apud Meretonam per dominum J[ohannem] de Bolum cum maxima difficultate, reclamantibus dominis Waltero de Meretona, Johanne le Bel senescallo episcopi Dunelmensis W[alteri], et multis aliis de consilio ejusdem, et expensas maximas in curia domini regis ad impediendum idem negotium facientibus, impetratum est breve domini regis sub hac forma :*

Letter of Henry III. to the bishop of Durham relative to the privileges of St. Alban's. 1 Jan. 1257.

H[enricus] Dei gratia etc., W[altero] eadem gratia episcopo Dunelmensi salutem.

Monstraverunt nobis abbas de Sancto Albano et prior[2] suus de Thynemue quod cum habeant quasdam libertates per cartas prædecessorum nostrorum regum Angliæ, usu et tempore vestris libertatibus priores ut dicitur, videlicet quod habeant liberam curiam suam de hominibus suis infra wapentakium de Satberge, et quod non ponantur in placitum de aliquo tenemento suo nisi coram nobis et de speciali mandato nostro, et idem abbas et prior et homines sui per discretionem vestram injuste trahantur in placitum in curia vestra coram justitiariis et ballivis vestris contra libertates prædictas, ac nos etiam pluries vobis mandaverimus ne ipsos infra libertatem vestram contra tenorem prædictarum cartarum vexaretis vel a vestris vexari permitteretis, vos et ballivi vestri nihilominus proceditis in placito prædicto in grave præjudicium et læsionem libertatum prædictarum ; et cum jam vos submoneri fecerimus ad comparendum coram nobis certo die ad respondendum prædictis abbati et priori super transgressione prædicta, per quod placitum inter vos et

[1] *xli*] xlxi. MS.

[2] Ralph of Dunham.

ipsos super contentione prædicta motum adhuc pendet coram nobis et discussio prioritatis vel posteritatis libertatum vobis et ipsis hinc inde a progenitoribus nostris concessarum, quæ tantam continet ambiguitatem, a neutra parte fieri possit vel debeat,—vobis mandamus in fide qua nobis tenemini quod cognitioni prædicti placiti supersedeatis, et prædictos justitiarios et ballivos vestros eidem similiter supersedere faciatis, quousque indempnitati et conservationi tam vestrarum quam dictorum abbatis et prioris libertatum coram nobis in curia nostra plenius fuerit prospectum. A.D. 1257.

Data apud Meritonam primo die Januarii anno regni nostri xli.

176.

Literæ missæ de electione comitis Ricardi in regem Romanorum magnatibus imperii.

Letter of Conrad, archbishop of Cologne, and Louis II., count palatine of the Rhine, on the election of Richard earl of Cornwall as king of the Romans. 14 Jan. 1257.

Universis Christi fidelibus per Romanum imperium constitutis Conradus Dei gratia Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus, Ytaliæ archicancellarius, et Ludowicus comes Palatinus Reni, salutem in Domino æternam.

Vacante nuper Romano imperio, cum plures essent dies præfixi ad tractandum de rege Romanorum eligendo, tandem octava die[s] Epiphaniæ Domini, anno Ejusdem MCCLVI., finaliter præfixa fuit apud Franckesfordiam ad celebrandum electionem dicti regis; ad quam diem cum nos personaliter venissemus, venerabili patre G[erardo] Dei gratia archiepiscopo Maguntino, qui impedimento legitimo detinebatur, nobis Coloniensi archiepiscopo vices suas in ipsa electione committente hac vice, et nos in loco consueto et debito convenientes venerabilem fratrem A[rnoldum] Dei gratia Treverensem archiepiscopum et illustrem principem A[lbertum] ducem Saxoniæ per nuntios solempnes vocari fecimus et moneri quod venirent ad tractandum et eligendum

A.D. 1257. communiter regem Romanorum. Qui, licet requisiti et expectati usque in sero, nec venerunt nec vices suas aliquibus commiserunt. Propter quod cum nec princeps illustris rex [1] Boemiæ nec marchio [2] de Brandeburge ad diem et locum venissent nec vices suas commisissent, nec etiam aliqua excusatio processerit pro eisdem, cum sic penes nos jus plenum remanserit eligendi, dominum Ricardum comitem Cornubiæ, fratrem domini H[enrici] regis Angliæ illustrissimi, tam morum quam generis præcipue nobilitate pollentem, elegimus in regem Romanorum. Hinc est quod universitatem vestram rogandam duximus et monendam, quatinus cum per ipsius industriam, de qua nobis plene constat, possit imperium gubernari et plenius disponente Altissimo reformari, eidem fideliter et devote modis omnibus quibus poteritis intendatis, et tanquam domino in omnibus obedire curetis.

In cujus rei testimonium sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Data die et anno prædictis. Valete.

177.

f. 74. Writ of Henry I. to the sheriff of Lincoln relative to a demand on the prior of Belvoir. 7 Feb. 1257.

Eodem anno et die per eundem J[ohannem] de Bolum impetratum aliud breve commune pro libertatibus ecclesiæ Sancti Albani, quod notatur hic ut forma sciatur sub qua alias idem breve debeat impetrari.

H[enricus] Dei gratia, etc., vicecomiti Lincolniensi salutem.

Pone in respectum a die Paschæ usque in xv. dies demandam quam facis priori de Belvero, quæ est cella Sancti Albani, et hominibus suis de quibusdam amerciamentis, catallis, et murdro. Unde abbas Sancti Albani clamat quietantiam per libertates cartarum præ-

[1] Przemislas Ottocar. | [2] Otto III.

decessorum nostrorum regum Angliæ quas inde habet, et quibus hactenus usus est, ut dicit; et averia sua, si qua ceperis occasione prædicta, eis interim deliberes. A.D. 1257.

Teste E[lerio] abbate de Persora apud Westmonasterium, vii. die Februarii anno regni nostri xli.

178.

Anno supradicto in crastino Purificationis Sanctæ Mariæ misit dominus H[enricus][1] *cancellarius domini regis dominum Rogerum de Messedene clericum suum ad capiendum attornatum abbatis in placito moto contra Walterum episcopum Dunelmensem. Et recepti pro abbate Sancti Albani sunt attornati sub alternatione, Henricus de Holemere clericus et Johannes Menant tunc cursor abbatis. Et ita inrotulatur in rotulis regis coram Henrico de Brettona et Nicholao de Turri tunc justitiariis domini regis circa festum Purificationis antedictum, dicto domino rege H[enrico] tunc commorante apud Westmonasterium.* f. 73 *b.*

Writ of Henry III. to the sheriff of Lincoln respecting the rights of St. Alban's in Belvoir. 21 Feb. 1257.

Anno ejusdem regis supradicto pro libertatibus ecclesiæ Sancti Albani per fratrem J[ohannem] de Bolum impetratum est breve domini regis concessum a domino Philippo Luvel thesaurario et aliis baronibus de scaccario ad utilitatem prioris de Belwario sub hac forma:

H[enricus] Dei gratia, etc., vicecomiti Lincolniensi salutem.

Ostensum est nobis ex parte abbatis Sancti Albani quod cum ipse et homines sui quieti sint per cartam nostram de sectis comitatus hundredi, et ipsi habeant quandam terram in villa de Bealwair, de qua villa

[1] Henry de Wengham, afterwards bishop of London.

A.D. 1257. Robertus de Ros junior est dominus capitalis, cujus homines sunt geldabiles, idem Robertus destringit homines prædicti abbatis ad participandum cum hominibus dicti Roberti in communi misericordia comitatus; et ideo tibi præcipimus quod venire facias coram baronibus de scaccario nostro apud Westmonasterium a die Paschæ in xv. dies prædicto Roberto ad ostendendum quo waranto ipse distringit homines prædicti abbatis ad participandum cum hominibus suis in prædictis amerciamentis, et interim prædictis hominibus ejusdem abbatis pacem habere facias de demanda quam ipse Robertus eis facit de prædicta participatione. Et averia sua si qua acceperit occasione prædicta eis deliberari facias. Et habeas ibi tunc hoc breve.

Teste E[lerio] abbate de Persore apud Westmonasterium xxi. die Februarii anno regni nostri xli.

Et istud inrotulatur breve præcepto baronum per manum Walteri clerici.

Memorandum[1] *quod super compotum Willelmi Hairum vicecomitis Norhhumbriæ per fratrem J[ohannem] de Bolum allocatæ fuerunt sex talliæ pro priore de Thinemue de vasto bosci et de viridi et de bosco rehabendo. Et una tallia contra eundem vicecomitem facta coram Philippo Lovel et aliis baronibus de scaccario continens x. marcas pro quodam amerciamento prioris fuit fracta per confessionem vicecomitis, et vicecomes fuit oneratus debito eo quod pecuniam receperit. Una tallia continens tres marcas remanet adhuc, non allocata, quæ salvo debet custodiri.*

[1] This is in rubrick at the foot of the page.

179.

Hoc[1] *breve impetratum fuit quando rex ultimo fuit apud Sanctum Albanum, scilicet septimo idus Martii, anno Domini* MCCLVI. f. 105 *b.*

Writ of Henry III. to the bailiffs of Richard de Clare respecting the privileges of St. Alban's. 7 March 1257.

H[enricus] Dei gratia, etc., ballivis R[icardi] de Clare comitis Gloverniæ de Litteltune[2] salutem.

Monstravit nobis J[ohannes] abbas Sancti Albani quod cum ad querimoniam Eudonis la Zuche arestari fecisset per ballivos suos secundum consuetudinem regni nostri Walterum de Standuna hominem suum de Sancto Albano, quousque plegios invenisset ad standum recto in curia ejusdem abbatis de transgressione ab eo illata prædicto Eudoni, vos ad querelam prædicti Walteri, eo quod de prædicti comitis [familia] oriundus existit, ut dicitur, distringitis ipsum abbatem in terris suis, quas non tenet de prædicto comite nec de feodo suo, ut ballivos suos prædictos venire faciat ad curiam prædicti comitis de Littolingtune ad respondendum de arestatione prædicta, imponendo eis quod cum idem Walterus per eos arestatus esset et petitus per plevinam deliberari, iidem ballivi plevinam illam admittere recusarunt. Quia vero contra omnimodam justitiam et consuetudinem regni nostri est, quod vos vel ballivi alicujus subditi nostri districtionem faciatis alicui in terris vel feodis suis quæ non tenentur de dominis vestris nec de feodis suis, et præcipue ad respondendum de imprisonatione hominis, quæ specialiter spectat ad curiam et dignitatem nostram, vobis mandamus fieri præcipientes quod, si ita est, a dis-

---

[1] In the margin is in rubrick, "Aliud breve adquisitum apud "Clarendune, anno regni regis xli., "per J[ohannem] de Bulum, "quære ad hoc signum ⁘." [above, No. 171.]

[2] West Littleton in Gloucestershire, the manor of which was in the possession of Richard de Clare.

A.D. 1257. trictione prædicta et a placito inde tenendo, cum ad nos pertineat, penitus desistatis, taliter in hac parte vos habentes, quod pro defectu vestri iterata ad nos inde non perveniat querela, propter quod manum ad hoc aliter apponere debeamus.

Teste meipso apud [Sanctum] Albanum septimo die Martii, anno regni nostri quadragesimo primo.

180.

f. 77. *Memorandum quod Willelmus filius Thomæ de Craystoke, qui implacitavit abbatem de Sancto Albano super advocatione de Kunesclife, impetravit breve domini regis sub hac forma:*

Writ of Henry III. to the bishop of Durham relative to the claim of William de Craystoke on the advowson of the church of Conniscliffe. 29 March 1257.

H[enricus] Dei gratia, etc., venerabili patri W[altero], eadem gratia Dunelmensi episcopo, salutem.

Monstravit nobis Willelmus filius Thomæ de Craystoke quod cum in curia vestra pet[i]erat per breve de recto advocationem ecclesiæ de Cunesclife cum pertinentiis versus abbatem Sancti Albani, et idem abbas defaltam in eadem curia vestra coram justitiariis vestris versus ipsum inde fecisset, idem Willelmus postea defaltam illam versus ipsum abbatem tam personaliter quam per certum attornatum per quatuor curias vestras est secutus, nec ei inde justitiam adhuc exhibuistis. Quocirca vobis mandamus quatinus præfato W[illelmo] in præmissis plenam et celerem justitiam taliter exhiberi faciatis, quod pro defectu vestri iterata non deferatur ad nos inde querela, propter quod remedium aliter apponere debeamus.

Teste meipso apud Westmonasterium, xxix. die Martii, anno regni nostri xli.

181.

Actum in quindena Paschæ anno regis Henrici III. f. 77.
XLI. *Comparuerunt in curia regis apud Westmonasterium attornati abbatis de Sancto Albano contra Walterum episcopum Dunelmensem, qui fecit defaltam, et consideratum est per Henricum de Brettune et Nicholaum de Turri quod dictus episcopus ponatur per vadium et salvos plegios, et exivit breve judiciale sub hac forma:*

Writ of Henry III. to the sheriff of York relative to the bishop of Durham and the affair of Coniscliffe. 27 April 1257.

H[enricus] Dei gratia, etc., vicecomiti Eboracensi salutem.

Pone per vadium et salvos plegios venerabilem patrem W[alterum] episcopum Dunelmensem, quod sit coram nobis a die Sancti Michaelis in xv. dies ubicunque tunc fuerimus in Anglia ad respondendum abbati de Sancto Albano de placito quare trahit et distringit ipsum et homines suos de Karlebire et de Mortuna, ad placitandum coram justitiariis et ballivis ipsius episcopi extra libertatem suam et contra tenorem cartarum prædecessorum nostrorum regum Angliæ quas idem abbas habet, nec permittit ipsum et priorem suum de Thinemue habere liberam curiam suam infra vapentachium ipsius episcopi de Sadberge, quam habere debent et habere consueverunt per cartas prædictas, antequam vapetachium esset ecclesiæ ipsius episcopi Dunelmensis collatum, ut dicunt, et ad ostendendum quare non fuit coram nobis a die Paschæ in xv. dies sicut submonitus fuit. Et scire facias eidem episcopo ex parte nostra, quod, sicut ei mandavimus in fide qua nobis tenetur, cognitioni dicti placiti supersedeat, et prædictos justitiarios et ballivos suos supersedere faciat, quousque indempnitati et conservationi tam ipsius episcopi quam dictorum abbatis et prioris libertatum in curia nostra coram nobis plenius fuerit prospectum. Et averia ipsorum abbatis et prioris, si qua occasione

A.D. 1257. prædicta fecerit capi, interim deliberari faciat. Et habeas ibi nomina pleggiorum et hoc breve.

Teste Henrico de Brettona apud Westmonasterium, anno regni nostri xli., xxvii. die Aprilis.

182.

f. 121. Appointment by John abbat of St. Alban's of Ralph prior of Tynemouth as proctor for the abbey in all causes relating to Tynemouth, and to receive their rents in the diocese of Durham. [A.D. 1257 ?]

Omnibus Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, J[ohannes] Dei gratia abbas Sancti Albani et ejusdem loci conventus salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos constituisse dilectum fratrem nostrum R[adulphum] priorem de Thynemue procuratorem nostrum in omnibus causis motis vel movendis, nos vel prioratum nostrum de Thynemue contingentibus, et ad recipiendum omnes redditus nostros et possessiones quas in episcopatu Dunelmensi habere dinoscimur; ratum et gratum habituri quicquid in prædictis causis nomine nostro, justitia mediante, duxerit faciendum. Idem judicibus quibuscunque et partibus significamus. Damus etiam ei potestatem faciendi literas solutionis nomine nostro pro prædictis redditibus et pensionibus recipiendis. Valete.

183.

f. 74 *b*. Abstract of letters brought from the East by the master of the church of S. Thomas of Acre, relative to the statue of Mahomet at Mecca, the

Quidam frater venerabilis, summus magister ecclesiæ Sancti Thomæ de Achon, attulit has literas, scilicet præscriptas domino abbati Sancti Albani, veniens a partibus Orientalibus et transitum faciens per Romanam curiam. De cujus certa relatione accepimus quod anno antecedenti imago Machomethi, quæ pependit sollempniter apud Mecham veneranter adorata,[1] Deo irato fulgure contrita est, velut ultrici et vehementi, quasi octo columpnis ignitis. Prima templum dirupit, et statuam, quæ quasi per inane adamantibus, eo quod in ea ferrum continetur, pendula in aere libratur, in

[1] *adorata*] adoratum, MS.

frusta contrivit. Alia autem columpna terram aperuit et imaginis frusta in ipso hiatu demersit. Tertia quæ demergebantur profundius impulit in abissi voraginem. Et ita quælibet superveniens usque ad ultimam terram magis ac magis patefecit, sulphureum incendium cum Tartareo fœtore generavit, et primo templum et postea totam civitatem accendit et consumpsit, puteusque dilatans os suum partes absorbuit circumjacentes, et vicina vendicans instar Ethnæ, cuncta redegit in favillas. Fugerunt homines, sed flamma velocior insequens miseros consumpsit fugitivos. Quoddam flumen insuper contra aquæ naturam eminentiora loca, montes quoque et colles, rapide ascendens, omnia viva vel virentia apprehendit et apprehensa interemit.

flood at Bagdad, and the eruption of the Tartars. A.D. 1257. v. vol. v. p. 630.

Hæc creduntur in ultionem manifestam infidelibus evenisse, qui pro victoria optenta de Francis et aliis eventibus, qui ad eorum votum et desiderium eis acciderant, intolerabili superbia intumuerunt. Addiditque in fine relationis suæ frater memoratus quod sine multiplicatis suspiriis nequimus recitare, enarrare, vel scribere, quod nunquam inter omnium Orientalium deliramenta tot et tantas invenit enormitates, quot et quantas repperit Romanorum.

Memoratum autem fulgur descendens cum vehe- f. 75.
mentissimo impetu super statuam Machometi ut prædictum est, columpnas templi ejusdem Machometi, quas Chorosmini ablatas a templo Domini posuerant in templo Machometi ad ornatum, ad contumeliam Christianorum, et columpnæ fulguris columpnas structuræ dissiparunt. Ignis autem voracitas ex fulgure generata, non dicit, sufficit pabulum, sed omnia consumit, terram cum gramine suo et habitationibus hominum more deglutit et devorat Herebæo. Hæc de Mecha. De civitate autem quæ Baudas dicitur, ubi videlicet calipha Saracenorum manet, quem totus Oriens veneratur sicut Christiani Papam et omnes Occiden-

A.D. 1257. tales venerantur, non minor plaga flagellavit. Quia præter hoc quod prætactum est de fluminis absorptione, non poterat terra vel in civitate vel regione circumjacente vomere vel aliquo alio instrumento rusticano sauciari, quin aqua innaturaliter ebulliens omnes letaliter invasisset et interemisset.

Tartari quoque de sedibus suis instar locustarum exeuntes stragi hominum intendunt. Quorum regis hæc est sententia et principale propositum, ut videlicet unus sit dominus in terra sicut est unus Deus in cælo. Cisma quoque Parisius et Oxoniæ inter universitates scolarium et alia mala et mirabilia diatim emergentia finem mundi cum terribilibus comminationibus præmiserunt.

Troubles at Paris and Oxford.

184.

f. 77 *b*. *Nota literam optentam a magistro Rustando.*

Letter of John abbat of St. Alban's enclosing the

Viris venerabilibus universis decimæ collectoribus vice magistri Rustandi per regnum Angliæ constitutis, J[ohannes] permissione divina abbas de Sancto Albano salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos literas magistri Rustandi suscepisse ac easdem penes nos habere sub hac forma:

Letter of Rustand to the collectors of tithes, excusing the abbey of St. Alban's from any further payment in the matter of the debts of the bishop

Magister Rustandus, domini Papæ subdiaconus et capellanus, negotii crucis executor, a sede Apostolica deputatus, universis collectoribus decimæ in Anglia constitutis salutem in Domino.

Cum religiosi viri abbas et conventus de Sancto Albano Lincolniensis diocesis Mainetto Spinæ et sociis suis, civibus et mercatoribus Florentiæ, satisfecerint juxta ordinationem nostram de quingentis marcis sterlingorum pro obligatione in qua sibi fuerunt per venerabilem patrem episcopum Herefordensem in Romana curia obligati, ac pro obligatione hu'us[modi]

suorum proventuum tam spiritualium quam temporalium decima debeat eis compensari, auctoritate prædicta vobis inhibemus ne ab eisdem abbate[1] et conventu vel prioribus cellarum, ratione monasterii sui vel cellarum suarum quæ mercatoribus per dictum episcopum non fuerunt obligatæ, ubicunque fuerint in locis vobis commissis, prædictam decimam exigatis vel exigi permittatis ab aliquibus, nisi forsan ipsa decima spiritualium et temporalium plus ascendat taxatione diligenti prius præhabita quam summa in qua satisfecerunt mercatoribus antedictis. of Hereford. London, 8 May, 1257.

Datum Londoniis, octavo idus Maii, anno Domini MCCLVII.

Quocirca discretionem vestram duximus humiliter rogandam et attente, quatinus nos aut priores cellarum nostrarum contra tenorem literarum prædictarum non molestetis aut vexetis, nec in locis vobis commissis per ordinarios ad decimam colligendam deputatos nos seu dictos priores fatigari permittatis.

185.

Memorandum quod xxi. die Maii, anno regis Angliæ H[enrici] III. xli., solverunt plegii magistri Hugonis de Sancto Albano in warderobam ejusdem regis per manum fratris J[ohannis] de Bulum quatuor libras et xix. solidos, et dominus P. de Wintonia recepit eandem pecuniam et causam receptionis inrotulavit sub hac forma, et dominus Adam de Cestresham in magnis rotulis similiter. f. 77.

De magistro Hugone de Sancto Albano, irretito de roberia, pro pace domini regis habenda usque ad iti-nerationem justitiariorum in partem solutionis decem Enrolment in the Pipe, as to payment of the

[1] *abbate*] Repeated in MS.

pledge of Hugh de S. Albano. 21 May, 1257.

marcarum, pro quibus finem fecit, quatuor libras ut supra. Nomina autem plegiorum suorum infra libertatem Sancti Albani sunt hi, Rogerus de Meridene, Alexander filius Ricardi, Johannes de Brettewelle, Johannes Suard, Radulfus Suard, Godefridus de la Hulle, Gilebertus Gugeman, Walterus de Wauz.

186.

f. 77. *Prior de Tynemue præmunitus per dictum W[alterum] Dunelmensem episcopum super impetratione brevis prædicti, tenorem ejusdem de verbo ad verbum mandavit abbati, qui mittens fratrem J[ohannem] de Bulum ad curiam regiam, per quem impetratum est remedium sub hac forma:*

Writ of Henry III. to the bishop of Durham relative to William de Craystoke and the church of Conisscliffe. 25 May, 1257.

H[enricus] Dei gratia, etc., W[altero] eadem gratia episcopo Dunelmensi salutem.

Cum Willelmus de Craystoke abbatem de Sancto Albano super advocatione ecclesiæ de Kunesclive per breve vestrum implacitet coram vobis, et idem abbas in curia vestra coram justitiariis vestris excipiendo proponat se non debere inde in curia illa respondere, eo quod per cartas prædecessorum nostrorum regum Angliæ quietantiam clamat ne trahatur in placitum de aliquo tenemento suo nisi coram nobis vel speciali mandato nostro, quæ quidem libertas usu et tempore libertate vestra prior existit, ut dicitur; super quo quidem placito inter vos et dictum abbatem quæstio pendet coram nobis; præfatus Willelmus, nos et curiam nostram suppressa veritate circumveniens, litteras nostras vobis directas postmodum optinuit ut eidem in placito prædicto celerem faceretis justitiam exhiberi. Et quia recolimus nos vobis nuper inhibuisse, ne in placito illo in curia vestra procederetur donec discussum esset coram nobis de prioritate libertatum vestrarum hinc inde, vobis sicut alias mandamus, quatinus cognitioni prædicti placiti supersedeatis, et justitiarios et

ballivos vestros supersedere faciatis, quousque indemp- A.D. 1257.
nitati et conservationi prædictarum libertatum in curia nostra plenius fuerit prospectum.

Teste meipso apud Westmonasterium xxv. die Maii, anno regni nostri xli.

187.

f. 129.

Articuli[1] *pro quibus episcopi Angliæ fuerant pugnaturi.*

Articles presented by the bishops to the king on granting him a subsidy. May 1257. v. vol. v. p. 638.

In primis, quod, vacantibus ecclesiis cathedralibus seu conventualibus, conventus talliantur, terræ relinquuntur incultæ, vastantur nemora, parci, et vivaria, corruunt ædificia, diripiuntur bona, depauperantur villani et male tractantur, ita quod mendicare coguntur prælati succedentes per tempora diuturna; quod est contra domini regis cartam et etiam ecclesiasticam libertatem. Et in tantum jam crevit malitia, quod escaetores non ad bona abbatum et priorum usui decedentium deputata manus extendunt, verum etiam ad blada instaurata et alia quibus conventus sustentari debet; ita quod occasione talis custodiæ quandoque religiosi, debitis gravibus onerati et alias multipliciter depauperati, resurgere non possunt, nec ad statum debitum pervenire temporibus diuturnis.

Item, cum ecclesiæ cathedrali seu monasterio ecclesiasticum beneficium sit annexum, si curam habeant animarum, illud occupant custodes gardarum, decimas et obventiones et alios[2] proventus inde percipientes, contra Deum et omnia jura; cum talia beneficia non pertineant ad baroniam, et ratione laicalium bonorum tantum ad dominum regem custodem devolvuntur.

Item, cum electiones in ecclesiis cathedralibus seu

[1] Four mitres are drawn above this. In the margin is written in rubrick, "Sunt hic plusquam 1. "articuli."

[2] *alios*] alias, MS.

A.D. 1257. Articles presented by the bishops to the king.

conventualibus debeant esse liberæ, tot et tales preces regales interveniunt, quibus electores perterriti sæpius divinæ humanam præferunt voluntatem. Eodem modo fit de ecclesiis vel præbendis, ad opus regalium clericorum, cum eas vacare contingit.

Item, celebratis electionibus et præsentatis domino regi electis, interdum differt adhibere consensum, electo vel electioni absque causa rationabili se opponens, ut sic electi per timorem cedere, vel electores precibus regis et voluntati adquiescere compellantur, ex quibus multa pericula, tam spirituali[a] quam temporalia, contingunt ecclesiis.

Item, cum aliquando in casu a jure non concesso ad prælatum superiorem devolvitur potestas ordinandi de ecclesia cathedrali vel collegiata vacante, dominus rex privilegium Christi concessum de licentia eligendi, ab electoribus ante electionem celebrandam ab eo petenda, ad hujusmodi ordinationem nititur extendere, in suæ salutis dispendium et scandalum plurimorum, et etiam contra patris sui cartam super electionibus concessam.

Item, in ecclesiis parrochialibus et præbendalibus curam animarum habentibus, intrudit clericos per laicam potestatem, ordinariis penitus irrequisitis; et sæpius institutos ab ordinariis destituit et eicit. Destitutos etiam ab eisdem, licet degradatos, restituit, tam in monasteriis quam parrochialibus ecclesiis, et sic restitutos armata manu defendit.

Item, prælatos trahit ad forum suum, ut ibi respondeant quare subditos suos excommunicaverint vel denuntiaverint excommunicatos; sicut quare non admiseri[n]t clericum idoneum præsentatum ad aliquam ecclesiam etiam parrochialem.

Item, si quis laicus vel etiam clericus sibi vel suis justitiariis de clerico conqueratur super aliqua violentia vel alia injuria, de debitis etiam vel aliis personalibus actionibus, si clericus laicum feodum

habeat, per illud distringitur ad comparendum in foro suo super talibus responsurus. Quod si tale feodum non habeat, distringitur episcopus per baroniam suam, quod clericum ipsum ad hoc faciendum illuc venire faciat. Idem etiam facit de religiosis interdum. A.D. 1257. Articles presented by the bishops to the king.

Item, cum prælati ecclesiastici inquirere volunt de peccatis subditorum, prohibentur laici, ne de veritate dicenda aut de credulitate aliquod juramentum exponant, aut prælatis super hujusmodi obediant; propter quod multorum excessus et peccata mortalia incorrecta et impunita relinquuntur; et sic præstatur audacia delinquendi et peccati facultas.

Item, cum quis excommunicatus pro offensa vel contumacia post xl. diès ad mandatum ecclesiæ secundum consuetudinem per breve domini regis capitur, et postea sine assensu sui prælati, ad cujus instantiam capitur, et absque aliqua satisfactione, contra jus et consuetudinem regni ac ecclesiæ libertatem, per breve domini regis liberatur.

Item, vicecomites tales excommunicatos ad mandatum domini regis non capiunt; et si capiant, liberant sine mandato regio et satisfactione.

Item, dominus rex, justitiarii et ballivi sui, passim et indifferenter excommunicatis communicant tam in divinis quam in judiciis. Et etiam dominus rex excommunicatos et claves ecclesiæ contempnentes, ad mandatum suum captos, facit liberari, ad causas si quam habent in curia laicali personaliter persequendam; nec admittitur exceptio excommunicationis contra eos, etiam probata per literas ordinariorum.

Item, dominus rex mandat literis suis, quod non vitentur excommunicati, licet per ordinarios publice denuntientur excommunicati.

Item, cum clericus super aliquo crimine, furto, vel homicidio, vel aliqua alia felonia per laicorum diffamationem aut latronum appellationem irretitus existat, pro quo detentus sit in carcere laicali, cum

A.D. 1257. Articles presented by the bishops to the king.

ab ecclesia et suo prælato requiritur, ipsum liberum habere non potest. Nec reddunt captos clericos libere judicandos, sed ut eos habeant coram justitiariis domini regis proximo in comitatu itinerantibus, per intervallum aliquando sex vel quinque annorum, licet ab eis judicari non possi[n]t.

Item, clerici sic capti plerumque in habitu clericali inventi, antequam ab ordinariis ecclesiasticis repetantur seu repeti possint, suspenduntur; et quandoque capita eorum raduntur ut clerici non appareant, et sicut laici judicantur. Quandoque cum repetuntur, differtur eorum liberatio ad tempus, et interim suspenduntur de nocte vel hora prandii, ne ad notitiam ordinariorum valeat pervenire.

Item, justitiarii et vicecomites per patriam itinerantes, et inquirentes de criminosis patriæ, si laici clericos de crimine homicidii, rapinæ, vel latrocinii, vel aliquo alio defamant, licet non fugitivos,[1] non crimine repertos,[2] statim clericos incarcerant et detinent. Et si non inveniantur in comitatu, [et] per quatuor comitatus vocati non veniant, forbaniant eosdem sicut laicos; nec prodest eis ordo clericalis.

Item, quod si idem clerici irretiti super objectis sibi criminibus coram judice suo ecclesiastico canonice se purgaveri[n]t, nihilominus laica potestas ad bona sua mobilia et immobilia manum extendit.

Item, si clericus criminosus pro objecto et probato contra ipsum facinore degradatus existat, laica potestas bona sua mobilia et immobilia occupat et invadit; et sic contingit clericum pro eodem delicto bis in idipsum puniri.

Item, cum contingit clericum pro delicto forestæ defamari, per inquisitionem viridariorum et forestariorum super captione venationis, vocatur coram justi-

[1] *fugitivos*] fugitivum, MS. | [2] *repertos*] repertum, MS.

tiariis; et licet ab ordinariis repetatur, nisi prius carceri laicali mancipetur, suo ordinario nulla[1] liberatur; et post liberationem factam episcopo, per inquisitionem factam per laicos pœna pecuniaria condempnatur. A.D. 1257. Articles presented by the bishops to the king.

Item, similiter condempnantur absentes et ignorantes, ad simplicem vocem viridariorum et forestariorum, cum ad inquisitionem per laicos factam non debeant condempnari clerici vel aliqualiter judicari; et tam isti quam illi compelluntur solvere merciamenta, per possessiones laicales si quas habent. Sin autem, distringuntur episcopi per baronias suas, ut dictos clericos compellant de suis beneficiis solvere condempnationem.

Item, per eandem districtionem attachiantur et coguntur clerici in actionibus personalibus, et in his quæ ex contractibus oriuntur in foro sæculari et etiam delictis, respondere querelantibus.

Item, cum aliquis ad immunitatem ecclesiæ fugitivus existat, per laicos custodes cimiterium vel scalarium ecclesiæ circumdatur et vallatur, quod vix potest fugitivus in alimentis ab ecclesia sustentari. Aliquando fugitivus eripitur violenter; aliquando postquam secundum regni consuetudinem terram abjuraverit, ut infra xl. dies exulet se, a publica strata positis insidiis extrahitur, suspenditur, et dampnabiliter quandoque interficitur.

Item, cum a regia dignitate et libera voluntate concessa sit episcopis libera testamenti factio; licet hoc a jure habeant et consuetudine, et sacrilegium sit quod semel est ecclesiæ concessum, illud infringere vel turbare, ultimaque voluntate nihil debeat esse liberius; dominus tamen rex non permittit executores testamentorum eorundem episcoporum de bonis ipsorum

[1] *nulla*] Sic MS.

A.D. 1257. administrare, quousque causa cognita ipsius facinoris gratiam mereantur super his optinere.

Articles presented by the bishops to the king.

Item, cum quis tenens laicum feodum de domino rege decedat, ballivi regis omnia bona defuncti saisiunt, nec permittunt ejus executores de eis disponere, donec inquisitum fuerit a scaccario utrum aliquid debeat regi. Et hoc juri dissonum est, et cartæ contrarium; qua cavetur, quod licet ballivis sic facere cum literas domini regis de submonitione talis debiti patentes ostendunt, et sic possunt attachiare catalla aliqua ad honorem ipsius debiti per visum legalium hominum, donec illud debitum persolvatur in aliis catallis, libera administratione executoribus omnino dimissa.

Item, mortuo laico intestato, dominus rex et cæteri domini feodorum, bona defuncti sibi applicantes, non permittunt de ipsis debita solvi, nec residuum in usu liberorum et proximorum suorum et [ad] alios pios usus per loci ordinarium quorum interest aliqua converti.

Item, ecclesiastico judici cognoscenti super decimis vel capellis, porrigitur regia prohibitio judici, videlicet ne procedat; actori similiter, ne prosequatur. Ea tamen ratione, quod si eviscerentur decimæ vel capella, diminueretur jus patronatus illius qui est patronus ecclesiæ, qui est in possessione capellæ petitæ vel decimarum, et fieret regi præjudicium ad quem spectat juris patronatus cognitio; et sic impedit ne cognoscat judex ecclesiasticus de decimis, licet rex et justitiarii sui de his cognoscere non possint; per quod justitia perit.

Similiter fit idem, si cognoscat judex ecclesiasticus de aliis ad forum ecclesiasticum spectantibus; verbi gratia, si inter laicos in contractibus interveniat fidei datio, vel infringat jusjurandum quis, juramentum, vel fidem, et judex velit cognoscere de tali peccato

A.D. 1257. Articles presented by the bishops to the king.

mortali, saltem ad pœnitentiam injungendam, porrigitur regia prohibitio; et salus animarum impeditur, in dampnationem plurimorum, ea occasione, quod ratione catallorum præstitum fuerat jusjurandum.

Item, si ecclesia petat ceragium vel herietum, vel alia quæ ad ecclesiam vel ad usus ecclesiarum deputata, ut petatur pecunia ad ecclesiam cooperiendam, vel cimiterium claudendum, et parrochiani ad hujusmodi præstanda extiterint rebelles; si conveniantur coram loci ordinariis, statim porrigitur regia prohibitio; et sic impeditur cultus ecclesiæ, et honor eidem diutius impensus. Idem fit, si convicti de adulterio vel alio crimine puniantur pecunialiter, vel aliis in causis mere spiritualibus fuerint in expensis condempnati; et sic vilipenditur ecclesiastica censura dampnabiliter, et quasi a nemine timetur.

Item, si quis commiserit sacrilegium, res ecclesiasticas invadendo vel ecclesias libertatibus suis spoliando vel perturbando, vel etiam violaverit[1] libertates in cartis libertatum contentas, et propter hoc inciderit in sententiam excommunicationis, vel sit excommunicandus, et judex ecclesiasticus secundum formam juris velit contra tales transgressores procedere, impeditur propter prohibitionem regiam ne procedat; ea assignata ratione, quod delicta laicorum, et specialiter ballivorum regis, ad ipsum pertinent corrigenda. Idem fit in omnibus casibus, in quibus ratione ejusdem delicti diversæ debentur emendæ; quarum una in foro ecclesiæ, et alia in foro regio debet injungi.

Item, in quibus omnibus casibus et similibus, si judex ecclesiasticus contra prohibitionem regiam procedat, attachiatur; comparens coram justitiariis, compellitur judex exhibere acta sua, ut per ea decernant utrum negotium pertineat ad forum eccle-

[1] *violaverit*] violaverint, MS.

A.D. 1257. Articles presented by the bishops to the king.

siasticum vel sæculare. Et si videatur eis quod pertineat ad forum regium, querelatur judex; qui si confiteatur se post prohibitionem processisse, amerciatur; si neget, indicitur ei purgatio per judicem sæcularem, ad testimonium duorum vilissimorum ribaldorum. Et si purgare se noluerit, incarceratur donec justitiariis sacramentum præstiterit corporale, quod non processit contra prohibitionem; et si facere noluerit, in carcere retinetur. Similiter actor, si sequatur.

Item, si contingat prælatos vel clericos attachiari, quia dicuntur in causis etiam spiritualibus contra regiam prohibitionem processisse, licet judicio laicorum conquerens de mandato convincatur, in nullo tamen providetur judicibus vel partibus attachiatis pro laboribus et expensis, nec in aliquo punitur protervitas vel malitia conquerentis; sed vice versa, si judices vel clerici ibidem fuerint convicti, secundum eorum opinionem sine aliquo remedio carceri mancipantur, et ad beneplacitum regis et justitiariorum quoadusque amerciati fuerint detinentur. Unde fit, quod tam ordinarii quam delegati, ut vitent tales vexationes et expensas hujusmodi, deferunt prohibitionem; et sic perit justitia et remanent[1] peccata impunita, cum prælati ecclesiastici jurisdictionem suam exercere non audeant, nec rex velit contra ballivos suos in talibus casibus procedere. Nec de jure possit, tum ratione rerum nostrarum spiritualium ut sunt decimæ et capellæ, tum ratione personarum ut sunt clerici et religiosi, tum ratione delictorum ut sunt sacrilegia et excommunicationes et interdicta.

Item, cum Judæus in ecclesiasticam personam delinquat, vel super rebus ecclesiasticis, aut super sacrilegio, aut etiam violenta manuum injectione in clericum, vel super adulterio cum Christiana, conveniatur

[1] *remanent*] remenent, MS.

coram judice ecclesiastico, per regiam prohibitionem causæ cognitio impeditur, quia allegavit quod judicem habent proprium, vicecomitem locorum, et justitiarios proprios deputatos; qui super talibus cognoscere non possunt nec debent. Et tamen si a clerico et laico super hujusmodi conveniantur coram eis, per[1] solam negationem et alterius Judæi et unius Christiani simplicem assertionem, absque omnis juramenti præstitio se purgant, probatione actoris penitus recusata. A.D. 1257. Articles presented by the bishops to the king.

Item, si per ecclesiam denegetur eis communio, pro eo quod tabulam seu signum non deferunt, vel quia nutrices Christianas contra præcepta ecclesiæ retinent, vel propter aliquos alios excessus extiterint excommunicati; ballivi regis communicantes cum eis, ex parte ipsius domini regis præcipiunt, ne aliquibus evitentur, et faciunt eos [ad] communionem admitti et recipi.

Item, licet aliqua possessio vel libertas data sit a regibus et principibus, vel aliis fidelibus, qui eas libertates[2] poterant donare ecclesiis in liberam et puram et perpetuam elemosinam, nullo retento servitio vel onere imposito; tamen[3] si super eis quæstio moveatur inter ecclesiasticas personas, vel laicas et ecclesiasticas, compelluntur possessores earum in foro litigare sæculari. Idem fit, si libertas ecclesiæ data per laicos revocetur in dubium; cum secundum jura hujusmodi cognitio ad forum ecclesiasticum pertineat.

Item, ratione hujusmodi possessionum, rex et alii magnates nituntur compellere episcopos, prælatos, et religiosos, et rectores ecclesiarum, facere sectam ad curiam laicalem.

Item, eisdem possessionibus vel earum possessoribus[4] ratione earum theolonium et alia onera graviora imponunt laici, contra ecclesiasticam libertatem.

---

[1] *per*] p̄, i.e., persona, MS.

[2] *libertates*] libertati, MS.

[3] *tamen*] MS. tm̄, i.e., tantum.

[4] *possessoribus*] possessionibus, MS.

A.D. 1257. Articles presented by the bishops to the king.

Item, ad sectam et alia onera facienda et ad comparendum in foro vetito compelluntur, per captionem animalium suorum et rerum aliarum Deo dedicatarum, quæ sancta sanctorum dicuntur, contra Deum et ecclesiæ libertatem.

Item, si aliquis laicus consueverit facere sectam in curia domini sui, ratione possessionis quam tenet ab eo, et partem possessionis dederit ecclesiæ vel religiosis in liberam et puram et perpetuam elemosinam, et partem sibi retinuerit in dominico vel servitio, eam alii dando; capitales domini faciunt districtiones suas in possessionibus datis in elemosinam, pro secta curiæ vel aliis servitiis sibi debitis, omissa possessione quam dator retinuerit vel alii dederit in feudum, sibi servitium debitum faciendo vel domino capitali. Et hæc videntur in fraudem fieri et contra ecclesiæ libertatem.

Item, si episcopi et alii prælati ad forum extraordinarium evocantur, non possunt attornatos per literas seu procuratores in causis civilibus constituere; sed necesse habent, licet cum gravi dispendio, personaliter comparere.

Item, si de possessionibus datis ecclesiis vel monasteriis in puram et liberam elemosinam vel etiam in feudum monasterium vel ecclesia spolietur, committitur sacrilegium, et si super hoc spoliatus judici ecclesiastico conqueratur, vel judex officio suo contra spoliatores et sacrilegos velit procedere, vel super aliis injuriis proximo annotatis, per prohibitionem regiam impeditur spoliatis vel oppressis justitiam exhibere.

Item, si rex concesserit alicui civitati vel burgo, quod possit accipere muragium, vel aliquibus novum concedat theolonium, non solum a laicis sed etiam a viris ecclesiasticis et eorum hominibus talia extorquent et exigunt contra jura.

Item, domicilia et hospitia clericorum per dominum regem et laicam potestatem capiuntur; et licet in sanc-

tuario existant, coguntur clerici inhabitantes, vel ipsis absentibus sui servientes, laicos recipere; et frequenter expulsis clericis de propriis domibus, eas occupant; res suas ibidem inventas dissipant et consumunt nequiter, contradicentes verberando. A.D. 1257. Articles presented by the bishops to the king.

Item, capiuntur caretæ clericorum et religiosorum, et capiuntur in foro publico; et aliquando in sanctuario nequiter, aliquando in mercatis, et violenter abducuntur ad transvehendum victualia et cæteras res et commercia domini regis, justitiariorum, et ballivorum suorum; similiter res quas clerici habent venales compelluntur sibi vendere, et ad pretium domini regis inviti tradere, pretio aut raro aut nunquam soluto.

Item, in cancellaria domini regis nova brevia juri ecclesiastico, legi terræ, et consuetudini contraria, passim fiunt, sine consilio regni, principum et prælatorum assensu; quod fieri non debet.

Item, cum dominus rex pro aliqua expeditione vel ex quacunque causa regnum exierit vel intraverit, vel ad diversas partes in ipso regno se transtulerit, compellit religiosos per vicecomites suos, et per captionem averiorum suorum, ut obviam sibi veniant et munera ei deferant; idem in singulis comitatibus faciens.

Item, amerciamenta quæ episcopi et religiosi terræ per cartas regias debent habere, justitiarii et ballivi regis convertunt in finem, ut sic eos suis defraudent amerciamentis.

Item, cum non consueverint prælati vel viri ecclesiastici amerciari, pro communibus submonitionibus in adventu justitiariorum, modernis temporibus amerciantur passim indifferenter et graviter, si non compareant prima die, tam coram justitiariis itinerantibus quam coram justitiariis de foresta.

Item, accidit interdum quod ecclesia gavisa est aliquarum rerum possessione seu libertatum ab anti-

A.D. 1257. quis temporibus; et licet rex ecclesiis et viris ecclesiasticis in principio magnæ cartæ suæ de libertatibus datis Anglicis dederit, et confirmaverit ecclesiis et ecclesiasticis personis omnes libertates quibus antea usi fuerant, passim tamen compellit prælatos respondere, quare vel quo waranto[1] talibus utantur libertatibus. Et si prælatus compulsus comparens cartam donatoris exhibeat, licet contineatur in ea quod donator tales ac tales dederit libertates et omnes alias quas in rebus datis habuerat vel habere potuerat, vel aliis in instrumento donationis, quantumcunque generali clausula contineatur, et dicat quod in illa generali clausula libertas de qua agitur includitur, non[2] proderit ei nisi in carta de eadem libertate expressa fiat mentio. Et sic secundum opinionem regalium, verbum illud omnino pro nihilo supponit; quod secundum jura et omnem rationem nihil exceptum reliquit, præsertim in donationibus piis locis factis.

Articles' presented by the bishops to he king.

Item, licet in carta de libertate, de qua agitur, expressa fiat mentio, dicunt regales quod carta sine possessione vel usu non valet, et quod ecclesia non sit usa tali libertate, paratus est rex se opponere in recognitione patriæ; licet certum sit ecclesiam ea[3] libertate usam fuisse; et sic quod certum est revocant in dubium; et jus et possessionem ecclesiæ ponere nititur in ore seu judicio laicorum et ecclesiæ persecutorum. Si vero non fiat expressa mentio in carta de qua contenditur libertatis,[4] sed nota sit possessio vel usus, et dicat prælatus, quod licet non nominatim sed per generalia verba data sit libertas illa ecclesiæ, vel quod aliquando habuit ecclesia cartam expressam facientem de hujusmodi libertate mentionem, quod perditum est vel vetustate consumptum, vel alleget donationem sine scriptis factam

[1] *waranto*] warento, MS.
[2] *non*] In the margin.
[3] *ea*] eam, MS.
[4] *libertatis*] libertas, MS.

more[1] regum antiquorum et per hoc habuerit ecclesia justum titulum, bonam fidem, et possessionem longissimam, et sic firmo jure tueatur; dicunt regales quod non sufficit, quia talis possessio est usurpatio vel occupatio illicita, cum sit regi contraria. Et quidem mirabile est dictu, quod longissima possessio talis non possit prodesse ecclesiis contra regem; cum e contrario in his quæ a rege nullatenus possideri possunt, ratione consuetudinis sive usus, jus sibi vendicet contra ecclesias; sicut in omnibus oppressionibus supradictis et aliis consimilibus in quibus loco tituli succedit sacrilegium vel injuria manifesta, loco bonæ fidei oppressio, loco consuetudinis actus unus vel diutina corruptela, si sæpius fuerit attemptatum. A.D. 1257. Articles presented by the bishops to the king.

Item, cum dominus rex juraverit in coronatione sua conservare jura et libertates ecclesiis datas, et eas confirmaverit in principio magnæ cartæ; incessanter tamen a ministris suis impugnantur, turbantur, et mutilantur; non solum generales, sed etiam speciales, datas scilicet a prædecessoribus suis et ab ipso confirmatas, et etiam de novo datas, et donationes quas[2] ipse dedit, et alias quas ipse defendere et warantizare deberet, impugnat et sustinet impugnari, et impugnatores defendit, sicut patet in facto Bothoniæ,[3] et aliis casibus, quos ad præsens tacemus, sperantes quod ad singulorum querelas singulares injurias faciet emendari.

---

[1] *more*] morte, MS., with vel me in the margin.

[2] MS. repeats *quas*.

[3] This probably refers to the quarrel between the bishop of Bath and the convent of Glastonbury, into which the king forced an intruder. See vol. v., pp. 534, 590.

188.

f. 75. *Litteræ missæ domino priori*[1] *de Walingefordia a regina Romanorum.*

Letter of Sanchia, queen of the Romans, to the prior of Wallingford, [May], A.D. 1257. v. vol. v. pp. 640, 641.

S[anchia], Dei gratia Romanorum regina et comitissa Cornubiæ, dilecto sibi in Christo domino priori de Walingefordia salutem in Domino sempiternam.

Quoniam dilectionem vestram volumus fieri participem nostri gaudii et honoris, vobis[2] summatim statum nostrum et quæ penes nos gesta sunt volumus intimare. Intelligatis igitur quod dominus noster rex et nos et Edmundus et tota familia nostra, prospera succedente aura, sani et salvi sine omni molestia et timore applicuimus in terra comitis Holandiæ ad portum nobis commodum et optatum, ubi honorifice a magnatibus illius partis suscepti fuerimus. Transivimus, evolutis paucis diebus, terras plurium magnatum qui nos satis benigne susceperunt. Pervenientes autem diebus Rogationum ad Aquisgranum ad Capellam, nos cum summa lætitia et honore tam magnates quam illius civitatis cives hilariter[3] admiserunt. Et 17 May. in die Ascensionis dominus rex et nos cum favore omni regali diademate fueramus a prælatis majoribus insigniti, et ibi aliquibus diebus nobis morantibus duxit nos dominus rex versus Coloniam transmeandum.

Datum apud Aquisgranum in crastino beati[4] , anno regni regis R[icardi] domini nostri primo.

189.

f. 75. *Item litteræ missæ*[5] *a novo rege Alemanniæ sive Romanorum summo senescallo suo in Anglia.*

Letter of Richard, king of

Salutem et omne bonum. Libenter votivos et celebres nostræ felicitatis eventus ad nostrorum specialium

---

[1] Geoffrey or Thomas.

[2] *vobis*] nobis, MS.

[3] *hilariter*] illariter, MS.

[4] A blank follows this word in the MS.

[5] See the similar letter addressed to Edward in the Burton Annals, Annal. Monast. i. 392.

corda transferimus, credentes in vobis tunc argumenta congaudii geminari; et præcipue cum ad aures vestras, quas ex fidei puritate intimæ affectionis zelo circa nostrum statum attentas esse confidimus, lætitiæ nostræ tripudia derivamus; illo proculdubio nostris affectibus inhærente desiderio, quod delectaret nos potius hoc et quælibet alia festa præsentialiter vobiscum peragere, quam [1] interpretis scripturæ ministerio nuntiare. Sane ut plena omnium nostrorum locorum [2] eventuum, qui nobis postquam a vobis recessimus acciderint, et certa ad vos notitia præferatur, præsentem paginam prædictorum eventuum ostensivam ad vos duximus destinandam; vobis ad gaudium intimantes, quod cum in die Dominico proximo post festum beati Marci Evangelistæ apud Gernemue navem cum tota nostra conscenderimus comitiva, die Martis proximo subsequenti, in die scilicet Apostolorum Philippi et Jacobi, salvis per Dei gratiam omnibus et nostris et totius familiæ nostræ atque etiam comitativæ personis et rebus, venimus usque Durdrech,[3] in oppido videlicet in medio comitatus Oxolandiæ [4] constituto. Indeque mora [5] ibidem ad capescendam requiem post labores biduana contracta,[6] tertio die recessimus; et continue per Oxolandiæ et Gerlandiæ [7] comitatus transitum facientes, tandem die Veneris ante festum Ascensionis Dominicæ pervenimus Aquisgranum; occurrentibus nobis in dictæ civitatis introitu hominibus majoribus et melioribus, clericis et laicis, nobilibus, militibus, et aliis omnibus civibus civitatis ejusdem, qui nos magnifice et honorifice cum magno tripudio et jubilo læti et hilares sine cujuslibet difficultatis obstaculo susceperunt. Nec credimus, quemadmodum

Germany, to his seneschal, A.D. 1257. v. vol. v. p. 641.

f. 75 *b*.

29 April.

1 May.

11 May.

---

[1] MS. ins. *per*.

[2] Sic, a corruption.

[3] Dordrecht.

[4] Oost-Holland (i.e. West Holland).

[5] *mora*] moram, MS.

[6] *contracta*] So the text; the margin has *habitam*.

[7] Guelderland.

A.D. 1257. vulgaris[1] in ista terra et communis famæ testatur præconium, quod a ducentis annis et citra aliquis imperator Romæ vel regum in suæ novitatis principio dictam civitatem sine gravis offensionis seu contradictionis obice sit ingressus. Cumque post ingressum dictæ civitatis moram in ipsa oporteret nos trahere longiorem, ecce rumores nostris affectati desideriis occurrerunt nobis hilariter, nuntiantes archiepiscopum Treverensem,[2] nostri culminis inimicum, qui in nostri nominis et honoris dispendium castrum nostrum et palatium Bapardiense[3] cum maxima multitudine armatorum vallaverat, et ad expugnationem ipsius multas machinas instauraverat, a venerabili archiepiscopo Maguntino[4] dilecto principe nostro, assistente sibi de nostris fidelibus magna copia pugnatorum, ob nostri nominis reverentiam ad dicti castri liberationem et in obsessorum subsidio properante, die
9 May. Mercurii post festum Sancti Johannis ante p[ortam] L[atinam] cum eodem archiepiscopo Treverensi confligente viriliter, non sine strage suorum multorum, multis suis militibus et aliis complicibus captivatis confectum in prælium, per dedecorosæ fugæ præsidium, mortis supplicium seu periculosum captivationis dispendium evitasse. Sic itaque dicto castro nostro per præfati archiepiscopi Maguntini ac aliorum fidelium nostrorum auxilium a pressuris subsidentium et ab impugnantium insultibus feliciter liberato, ipsoque victualibus et aliis necessariis ac strenuis defensoribus egregie communito, idem archiepiscopus Maguntinus apud Aquisgranum ad præsentiam nostram venit;
17 May. ubi in festo Ascensionis Dominicæ, ipso et archiepiscopo Coloniensi[5] præsentibus, multisque episcopis, ducibus, comitibus, baronibus, marchisiis,[6] et nobilibus regni nostri, nostrisque fidelibus, in sede

[1] *vulgaris*] vulgus, MS.
[2] Arnold von Isemburg.
[3] Boppart.
[4] Gerard.
[5] Conrad von Hochenstadt.
[6] Par. has *magratibus* (sic) in the margin for this word.

magni Karoli cum solempnitate qua decuit, in Illius A.D. 1257.
nomine qui superbos deicit et ponit humiles in sublimi, sacri Romani regni sceptrum recepimus et coronam, carissima consorte nostra similiter eodem die nobiscum solenniter[1] ut decuit coronata. Denique coronationis nostræ cum magna solempnitate et gaudio officio celebrato, dilectorum principum et aliorum nostrorum fidelium super agendis nostris communicato consilio, visum est nobis et eis exaltationi nostræ votivæ plurimum expedire, ut statim sine moræ dispendio humiliationi nostrorum rebellium intendamus, ac post ad confringenda elati cornua Treverensis omnia nostra molimina convertamus; ut sicut se primum in nostris negotiis, non tam justum et rationabilem, quam voluntarium constituit turbatorem, ita primo experiatur et discat quid et quantum contra eum possit et valeat manus nostra. Ad hæc autem præcipue certos vos volumus esse, quod tantam jam in auxilio nostrorum fidelium et fautorum in Alemannia habere confidimus potestatem, quod [eis] in fidei nostræ zelo durantibus, nullius viventis sit nobis potentia formidanda. Datum etc.

Et sciatis quod ad festum nostrum fuerunt tria milia militum; et fuimus apud villam Alquensem[2] per octo dies ante festum prædictum; et tenuimus festum nostrum die Ascensionis, et in crastino festum domini H[enrici] filii nostri, pro militia sua, secundum morem patriæ, bono modo et bona tranquillitate, absque aliqua alicujus turbatione vel læsione. Et sciatis, quod ad Pentecosten apud Coloniam et inde transferemus nos f. 76.
cum exercitu nostro super archiepiscopum Treverensem. Et sciatis quod ad festum nostrum prædictum fuerunt triginta tam duces quam comites, et duo archiepiscopi, et decem episcopi.

---

[1] *soleniter*] solenter, MS.

[2] Alken, near Hasselt in Belgium.

A.D. 1257. Sic sic igitur choruscat pronosticum Fretherici imperatoris manifestatum, prout scribitur in cedula insita.[1]

190.

f. 128 *b*. *De*[2] *rege magno Scotorum Malcolmo.*

Letter from R. of Durham, monk of Kelso, to Ralph, prior of Tynemouth, respecting the discovery of the bodies of Malcolm, III. king of Scotland, and his son. v. vol. v. p. 633.

Reverendo patri in Christo domino R[adulpho], Dei gratia priori de Thynemue, et ejusdem loci sacro conventui, frater R. dictus de Dunelmo, humilis monachus de Kelstoun,[3] æternam in Domino salutem.

[Multum regratiamur vobis de hospitalitate nobis in domo vestra curialiter exhibita, mihi scilicet et socio meo.]

Placuit curialitati vestræ in [ipso convivio et] confabulatione talia recitare,[4] scilicet invenisse vos ossamenta cujusdam viri magnæ staturæ et alterius minoris, quæ credebatis[5] esse ossamenta venerabilis regis quondam Scotiæ Malcolmi, et ejus filii. Unde petebatis a me, ut si in aliquo codice autentico certum [aliquid] super[6] hoc invenire potuissem, qualiter obierit vel ubinam sepultus fuerit, vobis literatorie significarem. In Danorum historia sic reperi: "Rex Scotiæ Malcolmus "et primogenitus filius ejus Edwardus, cum suis exer- "citibus, in Northumbriam die festivitatis Sancti Bricii "a militibus Roberti Northhumbrorum comitis occisi "sunt. In cujus morte justitia judicantis Dei aperte "consideratur, ut videlicet in illa provincia cum suis "interiret, quam sæpe ipse vastare avaritia stimulante "consuevit. Quinquies namque illam atroci depopula- "tione attrivit, et miseros indigenas in servitutem "redigens, abduxit captivos. Semel, Edwardo regnante,

Roger of Hoveden, i., p. 146.

[1] This note is by Paris, and not part of the letter. The schedule is missing. On the prognostick, *see* vol. iii. p. 587.

[2] There is another copy of this letter in MS. Cotton, Vitell. A. 20, f. 75. (V.) The words in brackets are from this copy. It is printed from this in Raine's Hexham, (Surt. Soc. 1864) Ill. Doc. i. p. xiv.

[3] *Kelstoun*] Kilchou, V.

[4] *recitare*] narrare, V.

[5] *credebatis*] putabatis, V.

[6] *super*] de, V.

Roger of Hoveden i., p. 146.

A D. 1257. Ravages of Malcolm III.

" Egelhunlino episcopante Dunelmi, quando Tostius " comes Norhumbrorum profectus Romam fuerat; ite- " rum regnante Willelmo, sub eodem episcopo Egelhun- " lino, [quando] et Clivelande depopulatus est; tertio, " regnante eodem rege Willelmo, sub Walcero episcopo " usque Thynam progressus, post cædes hominum et " concremationes locorum multa cum præda reversus[1] " est; quarto, regnante Willelmo juniore, Willelmo re- " gente episcopatum Dunelmensem, cum suis copiis " infinitis usque Cestriam pervenit, inter[2] Dunelmum " et Thynam, intendens ulterius progredi, sed adunata[3] " contra eum militari manu non minima,[4] metu [ipso] " citius revertitur; quinto, cum omni quo potuit exer- " citu in ultimam deducturus desolationem, Northum- " briam invasit, sed juxta flumen Alne perimitur a " Morello milite strenuissimo, cum primogenito suo " Edwardo, quem hæredem regni post se disposuerat. " Exercitus illius vel gladiis confoditur, vel qui gladios " fugerunt, inundatione fluminum, quæ tunc pluviis " hiemalibus plus solito excreverant, absorpti sunt. " Corpus vero regis et cruentissimi carnificis, cum " suorum nullus remaneret qui terra illud cooperiret, " duo ex indigenis carro impositum in Thynemuthe " sepelierunt. Sicque factum est, ut ubi multos vita " et rebus et libertate privaverat, ibidem ipse judicio " Dei vitam [simul] cum rebus amitteret universis."[5]

Ista igitur vobis significare curavi, quod corpus ejus penes [vos] constat esse humatum. Cujus animæ, si vobis placet, precibus subveniatis, et ossamenta in decentiori loco, sicut proposuistis,[6] locari faciatis.

[Vivendo læte per tempora longa valete].

---

[1] *reversus est*] revertitur, V. as Hoveden.

[2] *inter . . . Thynam*] omnino, V. animo, Hov. This is Chester-le-Street.

[3] *adunata*] ordinata, V.

[4] *minima*] multa, V. Hov.

[5] V. has an additional extract at the foot of the page, directed to be inserted here, copied out of Hoveden, i. p. 147, respecting queen Margaret, " Cujus morte . . . . . " salutis."

[6] *proposuistis*] pollicebamini, V.

191.

f. 107. *De Roberto de Mumbrai, fundatore de Thinemue.*

Note respecting Robert Mowbray, earl of Northumberland, founder of the cell of Tynemouth. v. vol. ii. p. 31.

Sciendum est, quod Robertus de Mumbrai miles strenuissimus, comes Northamhimbrorum, antequam moreretur aliquot annis visu privabatur; annosus nempe fuit; Deoque devotus, effectus est monachus apud Sanctum Albanum, ubi multo tempore sanctissime vivens, migravit ad Dominum, et sepultus est honorifice in loco non multum remoto a capitulo, ubi postea Symon abbas Sancti Albani capellam construxit Sancti Symeonis, ita videlicet, quod corpus jacet intumulatum in medium capellæ, sed propius altari. Iste Robertus cum esset vir audacissimus et bellipotens, vicit et interemit Malcolmum regem Scotiæ, quem de licentia regis Angliæ Henrici[1] primi audacter diffiduciavit. Et propter regiam excellentiam, fecit corpus regis occisi honorifice intumulari, in ecclesia de Thynemue, quam idem comes construxerat. Scotis tamen postea corpus sui regis frontose postulantibus, concessum est et datum corpus cujusdam hominis plebei de Sethtune; et ita delusa est Scotorum improbitas. Fundavit autem comes iste magnificus prioratum de Thynemue, et ibidem monachos congregavit, de domo Sancti Albani, tanquam ab electissima domo inter omnia cœnobia Angliæ, ubi etiam se vovit monasticum habitum suscepturum, et sepulturam in loco memorato. Quæ omnia, Deo sibi propitio, feliciter consummavit.

192.

f. 133. *De exercitu Walliæ in his quæ contingunt abbatiam Sancti Albani.*

Military service rendered

Anno regis Henrici III. filii regis J[ohannis] xli. per breve domini regis vocati sunt omnes magnates

[1] Sic, although this was in the year 1093

Angliæ ad faciendum servitium militare in expedi- by the abbey of St. Alban's for the Welsh campaign of 1257. v. vol. v. pp. 639, 645.
tionem Walliæ contra Leuelinum filium Griffini et exercitum suum, qui recesserant a fide domini regis, et terras prius domino regi concessas hostiliter invaserunt, et easdem violenter combusserunt et occuparunt, et insuper per proditionem magnam stragem in Suwallia juxta castrum quod Kaermerdin vocatur per Res Vauhan et complices suos exercuerant. In qua strage milites strenui, scilicet Stephanus Baucan et Robertus filius Roberti Noreis, et multi alii nobiles milites, armigeri, et pedites, qui, usque ad numerum millenarium et amplius recensiti, seditione sunt interfecti.

Præfixus est dies exercitui regis Angliæ ut sit para- Aug. 1, 1257.
tus cum equis et armis die Sancti Petri ad Vincula anno supradicto apud Cestriam, ad quem locum missus fuit dominus J[ohannes] de Bulum monachus Sancti Albani eodem tempore ad procurandum servitium abbatis, scilicet sex militum, in quibus domino regi eunti in exercitum in Walliam sive Scotiam tenetur. Et in illo tempore, scilicet die Martis proxima ante Aug. 7.
festum Sancti Laurentii anno supradicto, per dictum dominum J[ohannem] procurati sunt duo milites, galeati et lege militari decenter armati, et octo armigeri, quorum equi quatuor tam cum lineis armis quam ferreis erant cooperti, et eorundem armigerorum corpora, quædam cum armis lineis, quædam ferreis, contra hostes fuerunt præmunita, et de his fuerunt duo balistarii inter nobiles exercitus multum commendati. Die vero Martis prædicto coram domino Rogero le Bigod, tunc Angliæ marescallo, et domino Johanne de Verdun, constabulario principali in exercitu per regem constituto, per dictum dominum J[ohannem] præsentatum fuit servitium abbatis supradicti et ab ipsis favorabiliter admissum cum tali præmonitione et protestatione, quod milites separabuntur ab armigeris in aciebus et constabulariis; quod factum est ad cautelam ne armigeri militum essent stipendiati sicut

A.D. 1257. *Nota istud totum pro servitio militari debito ecclesiæ Sancti Albani.*

et alii mercede conducti. Præmuniti vero fuerunt tam milites quam armigeri ut in ostensione equorum et armorum tales apparerent, ne domini eorum per suum defectum dampnum incurrerent et domini regis indignationem. Et sic procuratum est per Dei gratiam quod nullus armigerorum die quo fuit armorum ostensio reprobatus fuerat vel repulsus, cum multi alii reprobarentur. Immo propter vigorem specialiter a domino marescallo fuerunt electi et in sua[1] constabularia constituti. Ipse autem marescallus et dictus J[ohannes] de Verdun, constabularius principalis, cum quibusdam aliis nobilibus in prima acie belli, in qua armigeri Sancti Albani ordinabantur, processerunt. Duo autem milites fuerunt in acie cum domino Thoma de Grelei et Henrico de Percy cum multis aliis nobilibus posteriori. Notandumque est quod pretium equorum in quibus sedebant armigeri ad minus ad quatuor marcarum ascendit æstimationem; quidam autem eorundem habebant equos de pretio decem marcarum, quidam de pretio centum solidorum. Nomina autem tam militum quam armigerorum sunt hæc; Nicholaus de la Mare miles, Henricus de la Boue de Pikardia oriundus miles, Walterus de Stynecle factus constabularius per marescallum sociorum suorum cum duobus sibi adjunctis de servitio alieno, Rogerus de Cottona, Willelmus Marescallus, balistarii; Walterus de Hemmingtona, Johannes de la Mare, Ricardus de Birencestre, David Abrenun, Radulphus de Hule, armigeri. Isti omnes sunt conducti per dictum dominum J[ohannem], quidam autem pro majori pretio, quidam pro minori. Deductis autem expensis circa dictam conductionem et in itineratione versus Cestriam et alibi circa hujusmodi servitium procurandum, expensæ sunt fere centum marcæ sterlingorum.

[1] *sua*] suo, MS.

Qui consenserunt, qui non. A.D. 1257.

Consent of some tenants and refusal of others.

Post mandatum[1] vero regium prout[2] prælibatur factum, cum essent milites et alii tenentes per servitium militare de abbate Sancti Albani ad faciendum prædictum servitium [summoniti], sicuti antecessores sui facere consueverunt, quidam eorum reclamaverunt, et quidam consenserunt. Reclamaverunt autem Galfridus de Childewike miles, Ricardus de Oxaie miles, Radulphus Pirot miles, Rogerus de Meridene. Consenserunt autem Petrus de Goldintone miles, Rogerus de Bacchewurthe miles, Alexander filius Ricardi, f. 133b. Thomas de Sissewerne, Willelmus de Nortona, et quidam alii; Willelmo de Gorham milite tunc existente in Hibernia, qui cum archiepiscopo Dublinensi[3] morabatur, ejus senescallus et consanguineus. Consuetudo autem est et fuit ab antiquo, quod post submonitionem regiam debent convocari ad unum locum omnes tenentes de feodo militari, et de quolibet scuto provideri unus miles capitalis ad faciendum corporale servitium exercitui regis. Procurari autem debent expensæ suæ et levari a compartionariis suis, et ille capitaliter electus sumptibus suis ire debet ad exercitum. Senescallus autem abbatis, vel alius nomine suo missus, debet præsentare capitales electos ad faciendum servitium regale coram marescallo ad recipiendum servitium domini regis ei concessum per eundem regem constituto.[4] In hoc autem electi sunt capitales ad faciendum servitium pro abbate, Rogerus de Bacchewurthe miles pro compartionariis suis, Ricardus de Wudewic pro se et compartionariis suis, Willelmus de Nortone pro se et compartionariis suis, filius Guidonis Taillebois pro se et partionariis suis, domina de Sepeshale[5] pro se et partionariis suis.

---

[1] *mandatum*] mandatū, MS.
[2] *prout*] prut, MS.
[3] Fulk de Sandford.
[4] *constituto*] constitutis, MS.
[5] Shephall, Herts.

A.D. 1257. Abbas de Sancto Albano servivit hoc anno pro feodo de Crokesleia; Ricardus de Oxaie consensit ad solvendum duas marcas pro parte sua, scilicet quarta parte scuti eunti pro ipso capitaliter et partionariis suis in exercitum regis. Et sciendum quod dominus abbas fecit servitium eo anno pro omnibus, et specialiter pro feodo de Crokele, de Nortona, et de Sepchale.

193.

f. 77 *b*. *In quindena Sancti Michaelis anno regis Henrici III. xli. iterum fecit defaltam episcopus Dunelmensis, et assoniato uno attornato domini abbatis, et altero mortuo, scilicet Henrico de Holemero, per judicium justitiariorum curiam regis sequentium emanaverunt litteræ vicecomiti Eboracensi sub hac forma:*

Writ of Henry III. to the sheriff of York to summon the bishop of Durham to appear in the king's court, 19 Oct. 1257.

H[enricus] Dei gratia, etc., vicecomiti Eboracensi salutem.

Pone per vadium et meliores plegios venerabilem patrem Dunelmensem episcopum W[alterum], quod sit coram nobis in octavis Sancti Hilarii ubicunque tunc fuerimus in Anglia, ad respondendum abbati de Sancto Albano de placito, quare trahit et distringit ipsum et homines suos de Karlebire et de Mortuna ad placitandum coram ballivis et justitiariis ipsius episcopi extra libertatem suam, et contra tenorem cartarum prædecessorum nostrorum regum Angliæ quas idem abbas habet, nec permittit ipsum et priorem suum de Thynemue habere liberam curiam suam infra wapetachium ipsius episcopi de Sadberge, quam habere debent et habere consueverunt per cartas prædictas, antequam vapentachium esset ecclesiæ dicti episcopi Dunelmensis collatum, ut dicunt; et ad ostendendum quare non fuit coram nobis a die Sancti Michaelis in xv. dies, sicut atachiatus fuerit; et submone per bonos

submonitores Spervarium de Walthac[1] et Alanum le Noreis, primos plegios prædicti episcopi W[alteri], quod sint coram nobis ad eundem terminum ad audiendum judicium suum de eo, quod non habuerunt prædictum W[alterum] episcopum coram nobis ad prædictum terminum, sicut eum plegiaverunt. Et scire facias eidem episcopo ex parte nostra quod sicut ei mandavimus, in fide qua nobis tenetur, cognitioni prædicti [placiti] supersedeat, et prædictos justitiarios et ballivos eidem similiter supersedere faciat, quousque indempnitati et conservationi tam ipsius episcopi quam prædictorum abbatis et prioris libertatum plenius in curia nostra coram nobis fuerit prospectum. Et averia ipsius[2] abbatis et prioris, si qua occasione prædicta capi fecerit, interim deliberari faciat. Et habeas nomina prædictorum plegiorum submonitorum et hoc breve. A.D. 1257.

T[este] N[icholao] de Turri, xix° die Octobris, anno regni nostri xli. apud Westmonasterium.

194.

Pendente negotio hoc in curia regis, intimatum est abbati et consilio suo dictum W[alterum] episcopum Dunelmensem, justitiarios, et ballivos suos, minas prætendisse privandi abbatem et successores suos de advocatione ecclesiæ de Kunesclive, per judicium curiæ ipsius episcopi. In qua abbas plures fecit defaltas, et impetratum est remedium domini regis ad obviandum consiliis malignantium sub hac forma: f. 77 b.

Letter of Henry III. to the bishop of Durham bidding

H[enricus] Dei gratia [etc.], W[a ltero] episcopo Dunelmensi, etc.

Monstravit nobis abbas de Sancto Albano quod—cum Willelmus de Creister in curia vestra coram justitiariis

[1] *Walthac*] Wareham, the writ in p. 381, No. 196.

[2] *ipsius*] ipsorum in the margin.

him cease from the suit respecting the church of Coniscliffe till the question of the priority of the liberties of St. Alban's had been settled. 10 Dec. 1257.

vestris ultimo itinerantibus apud Sadburne ipsum implacitaret de advocatione ecclesiæ de Kunesclive per breve vestrum, idem abbas venit in eadem curia vestra per attornatum suum, et excipiendo proposuit se non debere respondere in curia vestra, eo quod quietantiam habet per cartas [præ]decessorum nostrorum regum Angliæ ne trahatur in placitum de aliquo tenemento suo nisi coram nobis vel capitali justitiario nostro, quæ quidem cartæ usu et tempore priores sunt libertate vestra quam habetis a prædecessoribus nostris de wapentachio de Sagberne,—præfati justitiarii vestri prædictam exceptionem admittere injuste recusantes in prædicta loquela procedere non omiserunt. Cumque vobis pluries inhibuerimus, ut bene recolimus, ne in præfata loquela procedetis in curia vestra, nec homines ipsius abbatis de Mortuna et[1] Karlebire distringeretis vel in placitum traheretis, maxime cum quæstio inter vos et prædictum abbatem in curia nostra coram nobis de prioritate prædictarum libertatum adhuc dependeat, vos et justitiarii vestri, spretis inhibitionibus nostris, in contemptum nostri et regiæ dignitatis læsionem prosecutioni dictæ loquelæ adhuc supersedere non curatis, immo præfixo ipsius abbatis adversario certo die, eidem abbati prædictam advocationem per defaltam subripere præponitis. Et quia sustinere nolumus, sicut nec debemus, aliquem per talem defaltam contra justitiam circumveniri, vobis sicut pluries duximus inhibendum, firmiter injungentes, in fide qua nobis tenemini vos sive justitiarii vestri, ne in prædicta loquela aliquo modo procedere præsumatis, quousque in curia nostra de prioritate prædictarum libertatum plenius fuerit discussum, et utrum ad curiam nostram vel vestram pertineat prædictæ loquelæ cognitio; scituri pro certo quod si istud mandatum nostrum sicut et aliud contempseritis, quantumcunque

[1] *et*] in, MS.

perpendimus vos et consilium vestrum contra dignitatem nostram attemptare, nos vice versa, de quo mirari non debetis, ad libertates vestras, quas solum a prædecessorum nostrorum beneficio estis consecuti, graviter capere non omittemus, ad ecclesiæ vestræ non modicam immo fortassis læsionem. A.D. 1257.

Teste meipso apud Westmonasterium, decimo die Decembris, anno regni nostri xlii.

195.

Item[1] *anno supradicto, videlicet in crastino Epifaniæ, per præceptum ballivorum Dunelmensis episcopi venerunt quamplurimi de homagio suo in villam de Mortona, et vi et armis cum una karetta fregerunt violenter domum Nicholai le Taillur et Margaretæ uxoris suæ et quorundam aliorum. Et fecerunt quandam disseisinam in prædicta villa in feodo domini prioris de Thynemue, et quinque homines de homagio dicti prioris apud Mortonam captos incarceraverunt apud Sadberge et per septem ebdomadas incarceratos retinuerunt. Et ob talem præsumptionem impetratum est remedium a regia curia ab hac forma:* f. 78.

Writ of Henry III. to the sheriff of York to compel the bishop of Durham to make peace with the abbat of St. Alban's and the prior of Tynemouth. 27 [Dec.] 1257.

H[enricus] Dei gratia, etc, vicecomiti Eboracensi, etc.

Ostensum est nobis ex parte abbatis de Sancto Albano quod cum sæpissime injunctum et inhibitum sit episcopo Dunelmensi, quod non traheret vel distringeret ipsum abbatem et nec homines suos de Karleburi et de Mortuna ad placitandum coram justitiariis vel ballivis ipsius episcopi extra libertatem suam et contra tenorem cartarum prædecessorum nostrorum regum Angliæ, quas idem abbas habet, et quæ priores

[1] This is in rubrick at the foot of the page, with a reference to the writ that follows.

CROYDON PUBLIC LIBRARIES CENTRAL

A.D. 1257. sunt usu et tempore libertate ipsius episcopi, ut dicitur, et ipsi abbati et hominibus suis pacem habere permitteret, donec indempnitati et conservationi tam ipsius episcopi quam prædicti abbatis libertatis in curia nostra coram nobis plenius fuisset prospectum, et donec placitum quod est in curia nostra coram nobis inter eos fuisset certificatum; dictus episcopus, spreta inhibitione nostra et denuntiatione ei facta sæpissime tam per nos quam per te ex præcepto nostro, dictis abbati et hominibus suis, contra fidem suam in qua nobis de jure tenetur, et contra libertatem prædicti abbatis, dampna plurima et graviora de die in diem inferre non desistit, contra prohibitionem nostram et [in] contemptum mandati nostri et regiæ dignitatis, et de novo mala malis ei recumulando per ballivos et homines suos frangi fecit domum hominum dicti abbatis et prioris sui de Thinemue apud Mortonam, et ibi curiam suam tenuit contra libertatem prædicti abbatis, priorem prædictum et quosdam alios de libertate prædicti abbatis dissaisivit, et contra pacem nostram quos[dam [1] incar]ceravit occasione contentionis prædictæ; et eo quod venerunt ad prædictam libertatem scilicet [sancti] Albani vendicandam, et illos adhuc in carcere detinet, ut dicitur. Et ideo tibi præ[cipimus [1] sententialiter, sicut sæpius præcepimus], quod scire facias eidem episcopo quod pacem habere faciat prædictis abbati et priori, scilicet et hominibus prioris occasione prædicta captis sine dilatione deliberari. Et nisi fecerit, tunc distringas prædictum episcopum per omnes terras et catalla sua in balliva tua, quod sit coram nobis a die Paschæ in tres septimanas ubicunque fuerimus in Anglia, ad respondendum prædicto abbati tam de prædicta transgressione quam de aliis de quibus prius in curia nostra coram nobis conquestus est, et nobis similiter de pluribus

[1] These words are written with a style in the margin for insertion in the text, where there are blanks over erasures.

contemptibus nobis factis et regiæ dignitati nostræ. A.D. 1257.
Et habeas ibi hoc breve.

Teste N[icholao] de Turri apud Windelesores, xxvii. die [ ],[1] anno regni nostri xlii.

196.

Literæ missæ vicecomiti Eboracensi destrictiores. f. 78 *b.*

Writ of Henry III. to the sheriff of York to distrain on the bishop of Durham, so as to bring him before the king to answer for his conduct to the men of the Abbat of St. Alban's. A.D. 1257.

H[enricus] Dei gratia [etc.]

Præcipimus tibi quod distringas venerabilem patrem W[alterum] episcopum Dunelmensem per terras et catalla sua in balliva tua, ita quod habeas corpus ejus coram nobis a die Paschæ in tres septimanas ubicunque fuerimus tunc in Anglia, ad respondendum abbati de Sancto Albano quare trahit et distringit ipsum et homines suos de Karletuna[2] et Mortuna ad placitandum coram justitiariis et ballivis ipsius episcopi extra libertatem suam et contra tenorem cartarum prædecessorum nostrorum regum Angliæ quas idem abbas habet, nec permittit ipsum et priorem suum de Thinemue habere liberam curiam suam infra wapentachium ipsius episcopi de Sadberge, quam habere debent et habere consueverunt per cartas prædictas, antequam wapetachium esset ecclesiæ dicti episcopi Dunelmensis collatum, ut dicunt; et ad ostendendum quare non fuit coram nobis in octavis Sancti Hillarii, sicut attachiatus fuit. Et summone per bonos summonitores Spervarum de Wareham et Alanum le Noreis, primos plegios prædicti episcopi W[alteri], quod sint coram nobis ad eundem terminum ad audiendum judicium suum de hoc, quod non habuerunt prædictum W[alterum] episcopum coram nobis ad prædictum terminum, sicut eum plegiaverunt. Et scire facias eidem episcopo ex parte nostra quod, sicut ei mandavimus, in fide qua nobis tenetur, cognitioni dicti placiti superse-

[1] The month is omitted. It is probably December. [2] Sic.

A.D. 1257. deat, et prædictos justitiarios et ballivos ejusdem similiter supersedere faciat, quousque indempnitati et conservationi tam ipsius episcopi quam prædictorum abbatis et prioris libertatum in curia nostra coram nobis plenius fuerit prospectum. Et averia abbatis et prioris, si qua occasione prædicta capi facerit, iterum deliberari faciat. Et habeas ibi nomina secundorum plegiorum summonitorum,[1] et hoc breve.

197.

f. 120 *b*.

Item[2] *episcopo Dunelmensi.*

Letter to the bishop of Durham [from St. Alban's] respecting the acts of the bishop of Hereford revoked by the Pope, and the removal of the interdict by Rustand on St. Alban's. A.D. 1257. See vol. v. p. 552, Gesta Abbatum, i. pp. 384, 385.

Salutem etc. Significaverun[t] nobis nuper monachi nostri de curia Romana quod factum Herefordensis episcopi omnino revocatur per dominum Papam; sed dominus Papa ex plenitudine potestatis suæ, cui nullus resistere potest, obligavit nos quibusdam novis mercatoribus in quingentis marcis sterlingorum præter centum marcas et quinque quas dabimus eis pro lucro; et solvetur ista pecunia infra biennium, ita tamen quod in ista pecunia computabitur et allocabitur tota pecunia, quam jam solvimus per biennium nomine decimæ, et quam adhuc solvemus per triennium. Computabitur etiam nobis et allocabitur in prædicta summa cellarum nostrarum decima quæ jam soluta est et quæ adhuc solvetur. Unde magister Rustaldus auctoritate domini Papæ dedit in mandatis officiali domini Dunelmensis episcopi, quod nos denuntiaret per totum episcopatum Dunelmensem absolutos ab omni sententia excommunicationis, suspensionis, seu interdicti; et sic die Natalis Domini incepimus celebrare divina cum gaudio et lætitia. Quocirca mandamus vobis quatinus decimam de bonis vestris provenientem ad opus nostrum reservetis, nec aliter alii de cætero inde respondeatis.

[1] *summonitorum*] summonitom, *i.e.* summonitionem, MS.

[2] This is on a separate leaf, which was pasted over a letter nearly erased.

198.

De[1] *anulis et gemmis et pallis quæ sunt de thesauro hujus ecclesiæ.* f. 145.

Account of the rings, gems, &c. belonging to St. Alban's. A.D. 1257. Ring with a balais ruby, given by John de Crundale.

Anulus magnus, cujus casto[2] hujus scematis est atque magnitudinis, continens unam gemmam in medio subrubeam et oblongam, videlicet dictam vulgariter Rubibalois, et plures gemmulas in ejus circuitu, in quo etiam castone insculpuntur duo versus cum hoc nomine *Johannes*, fuit nobis adquisitus per dominum Hamonem quondam hujus ecclesiæ sacristam et camerarium. Hunc autem anulum contulit nobis dominus Johannes de Crundale, dicti domini Hamonis avunculus, monachus ecclesiæ Sanctæ Trinitatis Cantuariæ et sacrista, et quandoque capellanus domini Cantuariensis archiepiscopi Stephani. De cujus dono ipse dominus Johannes illum anulum, tanquam donum preciosum, suscepit memoratum. Promisit autem conventus hujus ecclesiæ dicto domino J[ohanni], ut, audito obitu ejus, tantum fieret pro anima ejus quantum pro anima hujus ecclesiæ monachi. Ponderat autem dictus anulus triginta duos denarios.

De anulo cum Alamandina.[3]

Ring with an Almandine.

Anulus continens gemmam rubeam intensi coloris, quæ vulgariter Alamandina dicitur, est de veteri thesauro hujus ecclesiæ, deputatus usui domini abbatis quando conventus est in cappis. Dictus autem anulus castonem habet scematis illius quod pingitur in principio hujus capituli. Et insculpuntur eidem anulo hæ literæ, "In capis," et crux in adversa parte castonis. Ponderat autem xii. denarios.

---

[1] There are coloured drawings of all these gems in the margins; see the facsimile prefixed to this volume. There is a copy of part of this account in the Appendix to Riley's Amundesham ii., pp. 329–333.

[2] The margin has *pol.*

[3] A garnet coloured stone, so called from Alabanda in Caria.

A.D. 1257.

De lapide purpurei coloris.

A ring with a purple stone given by Hamo, formerly sacrist.

Anulus, quem iterum dominus Hamo, de quo superius fecimus mentionem, dedit conventui, castonem rotundum habet cum quatuor tenaculis, gemmam purpurei coloris continentem, consimilem ametisto. In castone igitur nomen datoris insculpitur nigellatum; fuerat autem anulus Cantuariensis archiepiscopi S[tephani]. Ponderat utique novem denarios.

De anulo continente topazium.

Ring with a topaz [probably a beryl].

Anulus iste, cujus scema in hoc loco figuratur, est de antiquo thesauro hujus ecclesiæ, continens gemmam oblongam coloris cærulei, videlicet topazium. Deputatur autem usibus domini abbatis quando conventus est in albis. In ejus siquidem castonis parte interiori insculpitur a et l. Ponderat autem xiv. denarios.

De gemma scilicet saphiro.

Ring with a sapphire given by Thomas prior of Wallingford.

Hunc lapidem preciosum, videlicet saphirum coloris acrei intensi, dedit dominus Thomas quondam prior de Walingeford Deo et ecclesiæ Sancti Albani; casto autem continens eandem gemmam, necnon et ipse lapis, ad majorem cautelam et securitatem quodam aureo circulo circumcingitur, prout in capite hujus capituli figuratur. Ponderat autem sex denarios.

De saphiro domini Nicholai.

Another sapphire given by Nicholas, a goldsmith of St. Alban's.

Hunc lapidem preciosum, videlicet saphirum fere rotundum et coloris remissi, dedit dominus Nicholaus, aurifaber de Sancto Albano oriundus, Deo et ecclesiæ Sancti Albani. Hæc gemma quandoque fuit beati Ædmundi Cantuariensis archiepiscopi, postea vero sancti Roberti fratris ejus, postea vero memorati domini Nicholai. In limbo siquidem castonis subtilissime literæ

insculpuntur nigellatæ, et crux cum Crucifixo figu- A.D. 1258.
ratur. Ponderat autem sex denarios.

De anulo archidiaconi Johannis.

Ring with a sapphire given by John of Wymondham.

Hunc anulum, continentem unum saphirum orientalem intensi coloris, dedit huic ecclesiæ dominus Johannes de Wimundham, hujus ecclesiæ archidiaconus; quem de dono domini Rogeri, ecclesiæ hujus prioris, optinuerat. In una igitur parte anuli ad memoriam hujus nominis Johannis perpetuandam insculpitur et nigellatur hæc litera J., ex altera vero O. Ponderat autem novem denarios et ob.

De anulo Ricardi Animal.

Ring with a sapphire given by Richard Animal.

Hunc anulum continentem saphirum orientalem coloris intensi dedit dominus Ricardus cognomento Animal Deo et huic ecclesiæ; quem de dono cujusdam reginæ Alienoræ I. optinuerat, quia conscolares in sua juventute extiterant et sodales. Fuerat autem gemma antea ipsius reginæ A[lienoræ]. In una igitur parte anuli insculpitur R., in alia A., R. pro Ricardo, A pro Animal. Ponderat autem decem denarios.

De anulo episcopi Johannis cum magno saphiro.

Ring with a sapphire given by John bishop of Ardfert.

Hunc[1] anulum dedit Deo et huic ecclesiæ dominus Johannes episcopus quondam Ardfertensis; in cujus castone continetur saphirus quidam orientalis pulcherrimus miræquè magnitudinis, quatuor tenaculis quæ vulgariter *peconi* dicuntur circumseptus. Qui dico saphirus per quatuor angulos in unam consurgit in medio summitatem. Deputatur præcipuis festivitatibus; inscribiturque hoc nomen *Johannes*. Ponderat autem xviii. denarios.

[1] See the account of this in the Liber de Benefactoribus (Riley's Trokelowe), p. 442.

A.D. 1258.

De peridoto.

A peridot with a sapphire given by John bishop of Ardfert.

Hunc[1] lapidem preciosum qui vulgariter dicitur peridotus, qui et subviridis coloris est, et in cujus medio saphirus miræ pulchritudinis collocatur, et hoc nomen *Johannes* initialiter insculpitur, dedit dominus Johannes, episcopus quondam Ardfertensis, Deo et huic ecclesiæ. Perforatur autem. Et virtutem habet spasmum potenter refrænandi. Habet utique formam fere clipealem. Et ponderat xi. denarios.

De saphiro ejusdem episcopi.

A sapphire given by by the same.

Hunc[1] lapidem preciosum, videlicet saphirum orientalem, dedit Deo et huic ecclesiæ piæ recordationis memoratus dominus Johannes episcopus quondam Ardfertensis. In cujus castone oblongo et fere triangulari dictus saphirus continetur. In longum et in ejus summitate perforatur. Casto autem hac notula signatur ⌒—. Ponderat autem sex denarios.

Hæc et alia multa bona contulit dictus episcopus huic ecclesiæ, quæ alibi diligens perscrutator invenire poterit annotata.

De magno anulo rotundo et gemmato.

Ring given by bishop Henry de Blois.

Hunc[1] anulum nobilissimum, materia et opere preciosum, in cujus medio saphirus remissi coloris inter quatuor aureos flosculos collocatur, et in circuitu ejus octo gemgæ, quatuor scilicet perlæ et quatuor granatæ, dedit dominus Henricus episcopus Wintoniensis, frater domini Angliæ regis, Deo et huic ecclesiæ ad memoriam sui in eadem perpetuandam. Ipsius igitur nomen inscribitur circulo anuli. Assignatur autem ornatui

[1] See the account of this in the Liber de Benefactoribus (Riley's Trokelowe), p. 442.

abbatis præcipuis festivitatibus. Ponderat autem triginta quatuor denarios. A.D. 1258.

Cameo given by king Ætheldred II. f. 146.

Hunc[1] lapidem preciosum, qui videlicet constat ex sardonice, calcedonio, et onic, præter hoc quod intrinsecus latet, verum ipse totus vulgariter Kaadmau appellatur, dedit Deo et ecclesiæ Sancti Albani devotus ipsius ecclesiæ filius et frater de capitulo, bonæ memoriæ Æthel[dre]dus, pater beati Ædwardi, rex Anglorum; qui, cum una dierum veniens ad Sanctum Albanum capitulum ingrederetur, detulit secum dictum lapidem, et benigne ac gratanter contulit ecclesiæ, ipsum commendando et virtutem ejus pronuntiando. Postulavitque ut ipse abbas et conventus inferrent ilico sententiam excommunicationis in omnes qui illud donum suum aliquo tempore forent ablaturi.

Its virtues.

Iste lapis, quia speciosus est et magnus, cum provideretur ei locus idoneus ut collocaretur in feretro interiori tempore Galfridi abbatis fabricato, consilio eorum qui præerant operi aurifabrili, reservatus est et depositus in thesauro, ut utile suæ virtutis officium temporibus exerceret oportunis. Mulieribus enim parituris efficax confert patrocinium; invocatoque fideliter beati Albani Anglorum prothomartyris nomine non permittit parturientes alicui discrimini subjacere. Dicitur autem quod si violenter aut fraudulenter amoveatur ab ecclesia memorata, virtutem suam penitus est lapis amissurus. Noverintque tam obstitrices quam paritura quod lapis ponendus est supra pectus inter mamillas parituræ, paulatim et successive versus occiduam corporis partem submittendus. Infantulus enim nasciturus lapidem subterfugit appropinquantem. Insculpitur autem eidem lapidi imago[2] quædam pannosa, tenens in dextra hastam, quam serpens rependo ascendit, et in sinistra puerum vestitum, tenentem ad

[1] Vide Gesta Abbatum, i. p. 84.

[2] i.e., of an emperor represented as Æsculapius.

A.D. 1258. humerum quoddam ancile et aliam manum versus ipsam imaginem extendentem, prout in antecedenti pagina figuratur.[1]

Plures quoque colores habet, campum videlicet fuscum, limbum quoque ad instar iris habentem[2] [ex aer]eo et subrufo colore compositum. [Imagi]num vero pars aerei coloris est, [pars quoque] subrufi. Forma quoque oblongus [est, qu]antitate vero fere semipeda[lis]; sex autem tenaculis in suo castone [forti]ter roboratur. In quo scilicet castone nomen possessoris, videlicet beati Albani, et nomen datoris piissimi, videlicet regis Anglorum Ætheldredi, insculpuntur nigellata.

Contigit autem quondam ut cuidam potenti matronæ partui proximæ lapis iste accomodaretur ; et cum prospere peperisset et se iterum sperasset sæpius parituram et gemmam tibi profuturam, retinuit et abscondit ipsum lapidem fraudulenter, asserens, palam mentiendo quando reposcebatur, se domum ipsum remisisse. Et post vitam illius matronæ filia ejus, simili ducta intentione, ipsum multis annis retinuit. Elapso autem multo tempore, moritura confessa est veritatem. Et quod diu fraudulenter retinuerat, pœnitendo et veniam postulando resignavit. Abbas autem cujus tempore hæc facta fuit resignatio, quia non in propatulo facta fuerat, jactitavit se hunc lapidem huic ecclesiæ contulisse. Casus autem consimilis in pluribus aliis solet evenire, ut quod scilicet redimitur vel restituitur aut sponte resignatur, adquisitioni et industriæ abbatis qui pro tempore fuerit ascribatur. Ponderat autem lapis memoratus cum suo castone argenteo quinque solidos et duo denarios.

---

[1] Et præterea, ante pedes imaginis, aquila insculpitur, alas expandens elevatas, *Gesta Abbatum*, i. p. 84.

[2] The MS. is injured here ; the missing words are known from the copy given in the Appendix I. to Riley's Amundesham, vol. ii. p. 333.

Notandum insuper quod, prout perhibent [1] Orientales, Evax [2] scilicet rex Arabum et alii virtutum periti lapidearum, sunt quædam gemmæ quæ, si vel furto vel violentia vel avara emptione ad alienum transeant dominium, sua virtute privantur. Quod in ametisto qui amoris gratiam gestat, unde ab amore nomen sortitur, manifestius est compertum. A.D. 1258.

Nota [3] de anulo quem dominus Laurentius clericus dedit, quem quidem anulum habuit de domino Huberto de Burg justitiario. Ring given by Laurence.

De pannis sericis hujus ecclesiæ. f. 146 *b.*

Notandum quod quando dominus rex Henricus III. venit ad Sanctum Albanum, anno videlicet MCCLI., in festo [4] decollationis beati Johannis Baptistæ, ipsi interroganti quot pannos sericos haberemus de suo dono, responsum est quod xxx. et unum. Et ipse certificatus de numero sciscitabatur si omnes signarentur sicut antea præceperat. Et dictum est quod sic. Inscribitur enim singulis indelebiliter hoc nomen, *Rex Anglorum Henricus III.* Eodemque die optulit unum pannum sericum preciosum. Et post non multos dies sequentes misit conventui unum preciosiorem, videlicet baldekinum, cujus pars major alba est, cum binis volucribus in suis circumferentiis, ad cooperiendum altare beati Amphibali. Accepimus igitur, computatis tunc temporis omnibus ex ejusdem regis munificentia, xxx. et unum, ut dictum est, aliquos tamen ad opus Sancti Albani, aliquos vero ad opus Sancti Amphibali, Account of the hangings given to the church.

[1] *perhibent*] prohibent, MS.

[2] *i.e.* Marbodeus, who begins his poem on Gems, "Evax rex Arabum legitur scripsisse Neroni." Leyser, *Hist. poet. medii ævi*, p. 369.

[3] This sentence is added by Paris in the margin. See above, p. 279.

[4] Aug. 29. But the real date was Sept. 15. See vol. v. pp. 257, 258; Hist. Anglor, iii. p. 114. He had been there already earlier in the year in April. See vol. v. p. 233.

A.D. 1258. videlicet viginti et quatuor ad opus Sancti Albani, et septem ad opus Sancti Amphibali. Anno vero proximo sequenti fere revoluto, venit[1] dominus rex ad Sanc-
Aug. 23. tum Albanum in vigilia Sancti Bartholomæi, qui tunc fuit sexta feria. Et optulit unum pannum sericum ad majus altare et unum ad altare Sancti Amphibali. Similiter[1] Ædwardus filius ejus unum ad majus altare, alium ad altare Sancti Amphibali. Et tunc optulit rex xii. talenta ad ornatum feretri.

Item comes Ricardus duos huic ecclesiæ contulit baldekinos, Adam filius Willelmi unum pannum sericum, episcopus Elyensis Hugo[2] unum, episcopus Bathoniensis Willelmus unum, abbas de Sancto Edmundo, Ricardus videlicet de Insula, unum, abbas de Rameseia Ranulphus unum, Galfridus I. de Childewike unum, Hubertus de Burgo comes Cantiæ pro corpore filiæ suæ Margaretæ[3] in ecclesia beati Albani pernoctato unum, Johannes filius Roberti, cujus corpus similiter apud Sanctum Albanum pernoctavit,[4] unum, Paulinus[5] Piper, cujus similiter corpus in ecclesia Sancti Albani pernoctavit, unum, Thomas de Wauz, miles, unum, Cecilia de Gorham unum, Rogerus filius Johannis unum, dominus[6] Willelmus abbas unum, Alicia[7] speciaria unum, Galfridus de Bacchewurthe unum; item dominus Galfridus de Childewik quando rediit de Wasconia dedit unam pallam et unum parvum tapetium ante majus altare.

Hæc omnia collata sunt ecclesiæ Sancti Albani temporibus abbatum Willelmi et Johannis secundi, regnante rege Henrico tertio. De veteribus autem pallis nihil hic determinatur. Et hæc prædicta cum sequen-

---

[1] See vol. v. pp. 319, 320.

[2] *Hugo*] Henricus, MS.

[3] Wife of Richard de Clare, 7th earl of Gloucester. She died in 1237.

[4] He died in 1240.

[5] v. vol. v. p. 242. He died in 1251.

[6] *dominus Willelmus abbas*] Written over an erasure.

[7] The A has been erased.

tibus intelligenda sunt de pannis sericis collatis eccle- A.D. 1258.
siæ infra annum gratiæ MCCLII.

Veruntamen horum pannorum aliqui scinduntur ad limbos aliorum preciosorum faciendos, videlicet pannus quem abbas de Sancto Edmundo dedit, et quem abbas de Rameseia, quem Galfridus de Childewicke, et quem Rogerus[1] filius Roberti.

Gifts of hangings by Matthew Paris.

Item dominus Mathæus Parisiensis contulit huic ecclesiæ quatuor pannos sericos, qui suspendi habent supra magnam trabem in qua sculpuntur apostoli et prophetæ; item unum baldekinum cum aquilis, de quo idem M[athæus] unam cappam fecit choralem bene aurifrigiatam, qua utendum est in commemoratione beatæ Virginis. Pannum autem habuit de dono dominæ reginæ Alienoræ II., aurifrigium de dono domini regis Norwagiæ Haconis. Præterea contulit unum pannum sericum de quo fecit unam casulam cum omnibus ad unam albam pertinentibus, et stolam et manipulum. Quæ omnia fecit parari et convenienter aurifrigio redimiri; hæc autem optinens de dono domini regis Henrici III. dedit et assignavit de licentia domini abbatis capellæ Sancti Mathiæ.

Item dominus Henricus dictus Scotus dedit unum pannum sericum orbiculatum, et in orbiculis aves geminas sese respicientes a dorso figurantur. Et de beneplacito domini abbatis Johannis II. assignavit ad corpora fratrum nostrorum cooperienda defunctorum.

Item memoratus dominus Mathæus contulit unum pannum sericum rubeum lineatum et quodam limbo cæruleo orbiculato circumdatum ecclesiæ Sancti Albani, cæteris pallis adjungendum, quem habuit de dono domini abbatis de Ramesheia.

Item postea anno Domini MCCLVI. optulit dominus rex unum baldekinum magno altari, et unum de arista

---

[1] Sic, an error for Johannes filius Roberti, or Rogerus filius Johannis.

A.D. 1258. ad cooperiendum altare [Sancti] Oswini, ubi scilicet cantatur missa matu[tinalis]; et unum pannum de arista altari Sancti [ ].[1]

199.

f. 78 *b*. *Quando convocabantur magnates ad Parlamentum, sed cito mutabatur edictum.*

Writ of Henry III. to the abbat of St. Alban's to attend Parliament. 24 Jan. 1258.

H[enricus] Dei gratia, etc., dilecto sibi in Christo abbati de Sancto Albano salutem.

Cum quædam magna et ardua negotia nos et regnum nostrum tangentia habeamus tractanda, quæ vestram et aliorum prælatorum ac magnatum nostrorum necessario requirunt præsentiam, vobis mandamus rogantes in fide et dilectione quibus nobis tenemini, quatinus, omnibus aliis negotiis prætermissis, sitis ad nos apud Westmonasterium Dominicâ proxima ante mediam Quadragesimam, nobiscum una cum aliis prælatis et magnatibus nostris, quos ibidem ad diem illum vocari fecimus, super præmissis negotiis tractaturi. Et hoc, sicut nos et honorem nostrum ac regni nostri diligitis, nullatenus omittatis.

T[este] meipso apud Windelesores, xxiv. die Januarii anno regni nostri xlii.

---

[1] The MS. is injured here: the last entry is of a later date. Below at the foot of the page Paris has written, "Quot rex pallas in Quadragesima anno Domini MCCLVII., et idem Galfridus iterum unum quando venit de Wasconia. Dominus rex quando moram fecit apud Sanctum Albanum in Quadragesima per octo dies anno Domini MCCLVI." . . . the rest is cut off. See vol. v. p. 574.

200.

Anno Domini MCCLVIII., *tempore regni regis H[enrici] III. xlii., a die Paschæ in tres septimanas Johannes Menant attornatus abbatis Sancti Albani in placito moto contra W[alterum] episcopum Dunelmensem optulit se cum consilio abbatis contra eundem, et fecit idem episcopus iterum defaltam; et de consilio justitiariorum et quorum[dam] de consilio ejusdem episcopi, scilicet Johannis le Bel et vicarii de Egeslingeham, præfixus est dies diffusus sub spe pacis reformandæ, et de consensu partium suspensa fuit executio curiæ regiæ usque ad diem Nativitatis beatæ Mariæ; et interim debent brevia executoria in æquali manu, scilicet Henrici de Bathonia, residere. Tenor brevium est talis :* f. 79.

Writ of Henry III. to the sheriff of York to distrain on the bishop of Durham. 23 April 1258.

H[enricus] Dei gratia, etc., vicecomiti Eboracensi, etc.

Præcipimus tibi, sicut sæpius præcepimus, quod omnes terras et omnia catalla W[alteri] Dunelmensis episcopi, per quæ ipsum per præceptum nostrum destrinxisti, et insimul omnes alias terras et alia catalla ipsius episcopi in balliva tua in manu nostra salvo custodias, ita quod nec ipse nec aliquis per ipsum manum illis apponat, donec aliud tibi præceperimus; et quod de exitibus inde provenientibus coram nobis respondeas, et quod habeas corpus ejus coram nobis a die Sancti Michaelis in tres septimanas, ubicunque fuerimus tunc in Anglia, ad respondendum abbati de Sancto Albano de placito quare trahit et distringit ipsum abbatem et homines suos de Karrebiri et de Mortune ad placitandum coram justitiariis et ballivis ipsius episcopi extra libertatem suam et contra tenorem cartarum prædecessorum nostrorum regum Angliæ quas idem abbas habet, nec permittit ipsum et priorem suum de

A.D. 1258. Thynemue habere liberam curiam suam infra wapentachium ipsius episcopi de Satberge quam habere debent et habere consueverunt per cartas prædictas, antequam wapentachium illud esset ecclesiæ ipsius episcopi Dunelmensis collatum, et ad audiendum judicium suum de pluribus defaltis. Præcipimus etiam tibi quod scire facias eidem episcopo ex parte nostra in fide qua nobis tenetur, quod cognitioni dicti placiti supersedeat, et dictos justitiarios et ballivos suos eidem similiter supersedere faciat, quousque indempnitati et conservationi tam ipsius episcopi quam prædictorum abbatis et prioris libertatum in curia nostra coram nobis plenius fuerit prospectum. Et averia ipsius abbatis et prioris, siqua occasione prædicta capi fecerit, interim deliberari et eis in pacem habere faciat.

T[este] N[icholao] de Turri apud Westmonasterium, vicesimo tertio die Aprilis, anno regni regis xlii.

201.

Aliud breve.

f. 79 *b*.

Another writ. H[enricus] Dei gratia, etc., vicecomiti, etc. Præcipimus tibi quod distringas W[alterum] Dunelmensem episcopum per omnes terras et omnia catalla sua, etc., *sicut supra in alio brevi*. Quare cum sæpissime inhibitum esset eidem episcopo quod non traheret vel distringeret ipsum abbatem nec homines suos de Karleburi et de Mortuna ad placitandum coram justitiariis et ballivis ejusdem episcopi extra libertatem suam et contra tenorem cartarum prædecessorum nostrorum regum Angliæ quas idem abbas habet, et quæ priores sunt usu et tempore libertatibus ipsius episcopi, ut dicitur; sed ipsos abbatem et homines suos pacem inde habere permitteret, donec indempnitati et conservationi tam ipsius episcopi quam ipsorum abba-

tis et prioris libertatum in curia nostra coram nobis plenius fuisset prospectum, et donec placitum . . . .[1] A.D. 1258.

202.

Abundans humilitas. Nos enim, cum potiore parte causæ potiremur, misimus dominos Willelmum de Hortuna et Johannem [de] Bolum, domini abbatis capellanum, ad episcopum Dunelmensem, ut cum [eo concordarent] amicabiliter si vidissent expedire, tales literas deferentes: f. 79 *b.*

Letter of the abbat of St. Alban's to the bishop of Durham, offering to make peace. A.D. 1258.

Reverendo patri in Christo domino W[altero], Dei gratia Dunelmensi episcopo, J[ohannes] permissione divina abbas de Sancto Albano et ejusdem loci humilis conventus, salutem præsentis vitæ et futuræ in Domino sempiternam.

Ne vitium ingratitudinis beneficii accepti incurrere tanquam ingrati videamur, sanctæ paternitati vestræ humiliter et devote assurgentes super omnibus bonis nobis et monasterio nostro a vobis caritative impensis, plenas gratias in Eo, Qui benefacientibus multa majora retribuit quam valeant promereri, sanctæ paternitatis vestræ pedibus referimus inclinati. Et ne forte aliqui sinistri interpretes vos prætextu placiti moti inter vos et nos in curia domini regis contra nos valeant commovere, dominationi vestræ præsentibus duximus significandum, quod salvo statu debito monasterii nostri, quem conniventibus oculis pertransire non valemus, super prædicta contentione quam plurimum condolemus, et dampna vestra et incommoda nostra propria reputantes, et futura pericula quæ evenire poterunt, nisi pacis concordia inter nos prius reformetur, sollicite considerantes. Hinc est quod ad vos dilectos fratres nostros W[illelmum] de Hortona et

[1] This is unfinished; there is a reference to the margin with the mark ☉~.

A.D. 1258. J[ohannem] de Bolum ad reformandum pacem bonam et honestam destinamus, dilectam paternitatem vestram exhortantes in Domino, quatinus æquitatis gratiam pie considerantes, ita ecclesiæ nostræ et monasterio nostro in hac parte prospiciatis ut neutrum eorum consilio malignantium jure suo defraudetur, sed utrumque super præmissis plena securitate congaudens occasionem litigandi non inveniat in futurum. Valeat dominatio vestra semper in Domino.

203.

f. 119 *b*. Letter of Henry III. to Robert de Ros and others to inquire in the county of Hertford respecting injuries committed. 28 July 1258. v. vol. v. p. 714.

Henricus[1] Dei gratia, etc., dilectis et fidelibus suis Roberto de Ros, Alexandro de Andewille, Gaufrido de Childewik, et Henrico de Horwelle, de comitatu de Hertford, salutem.

Cum nuper in parlamento nostro Oxoniæ communiter fuerit ordinatum, quod omnes excessus, transgressiones, et injuriæ factæ in regno nostro inquirantur per quatuor milites singulorum comitatuum, ut cognita inde veritate facilius corrigantur, qui quidem quatuor milites ad prædictam inquisitionem fideliter faciendam corporale præstent sacramentum in pleno comitatu, vel coram vicecomite et coronatoribus, si comitatus ille in proximo non teneatur, sicut singulis vicecomitibus injungimus; mandamus vobis in fide qua nobis tenemini, quod præstito prius hujusmodi sacramento, sicut prædictum est, per sacramentum bonorum et legalium hominum de comitatu prædicto, per quos rei veritas inde melius sciri poterit, diligenter inquiratis per comitatum prædictum de omnibus excessibus, transgressionibus, et injuriis, in eodem comitatu a temporibus retroactis per quascunque personas vel quibuscunque illatis. Et hoc tam de justitiariis, vice-

[1] This is fixed on to the foot of the page with gum or some other adhesive substance.

comitibus, quam aliis ballivis nostris et cæteris quibuscunque personis. Et inquisitionem inde factam, sub sigillis vestris et sigillis eorum per quos facta fuerit, deferatis apud Westmonasterium, in octabis Sancti Michaelis, in propriis personis vestris liberandam consilio nostro ibidem. Mandamus etiam vicecomiti nostro comitatus prædicti, quod accepto a vobis corporali sacramento in forma prædicta, tot et tales milites et alios ejusdem comitatus, per quos prædicta inquisitio melius fieri poterit, venire faciat coram vobis, ad dies et loca quæ ei assignaveritis. Nolumus tamen vicecomitem nostrum ejusdem comitatus, nunc præsentem, sub hujusmodi inquisitione comprehendi, nisi ipse forsan prius vicecomes extiterit in comitatu prædicto, quia de illo tempore volumus quod de ipso sicut de aliis inquiratur. Nec etiam volumus in prædicta inquisitione revolvi transgressiones aut injurias quæ alias coram justitiariis nostris per justum judicium curiæ nostræ et secundum legem terræ nostræ terminatæ sunt, aut per brevia nostra attachiatæ. In cujus rei testimonium has literas nostras vobis mittimus patentes. A.D. 1258.

Teste meipso apud Westmonasterium, xxviii. die Julii, anno regni nostri quadragesimo secundo.

204.

De inquisitionibus super ballivos faciendis et alios transgressores. f. 101.

Dicant qui fuerint vicecomites, subvicecomites, servientes itinerantes, servientes hundredorum, bedelli, subbedelli, et per quantum temporis steterint in ballivis suis, et quid et quantum et a quibus prædicti ceperint a quocunque et[1] quacunque de causa; quid et quantum ceperint per judicium comitatuum et hun- Inquisitions concerning bailiffs and other transgressors.

[1] MS. ins. *a*.

A.D. 1258. dredorum; et quid et quantum sine judicio et pro quali transgressione; quæ et quanta ceperint et a quibus pro placitis differendis et similiter properandis. Item quæ et quanta ceperint pro præceptis domini regis exequendis, et quid et quantum pro præceptis domini regis retardandis. Item quid et quantum ceperint pro juratoribus terrarum vel visoribus terrarum ne essent visores vel in assisis juratores. Item quid
f. 101 *b*. et quantum ceperunt ne caperent homines pro felonia vel alia transgressione facta contra pacem domini regis. Item quæ et quanta ceperint pro deliberatione captorum vel pro aliquo alio concelamento contra pacem domini regis. Item quæ et quanta ceperint de catallis fugitivorum sive utlagatorum, vel quotiens vel quanta ceperint amerciamentorum, fines ab illis qui amerciati fuerunt, coram quibuscunque justitiariis, et ea ad scaccarium non reddiderunt. Item quæ et qualia solebant pertinere ad vicecomites et eorum turnatos. Item quantum et in quibus ipsi vicecomiti accreverunt et ex quibus causis. Item quid et quantum, quotiens et a quibus, ceperint pecuniam ultra id quod amerciati fuerint in itinere justitiariorum. Item quid et quantum ceperint de his qui novi milites esse deberent ad certum terminum per præceptum domini regis pro eo quod non destringerentur. Item de averiis cujuscunque captis injuste, et contra justitiam detentis ad dampnum illius cujus averia fuerunt, et de redemptionibus captis pro eisdem averiis deliberandis. Item de cartis confectis per Judæos malitiose, et quæ non sunt in archa, et de falsariis cartarum tam de Judæis quam Christianis, vel quis vel qui tales captos receperint custodiendos, et scientes receperint ab aliquo vel aliquibus, Christianis vel Judæis, vel qui tales receperint, nescientes illas contra justitiam esse factas. Item de mensuris omnibus, blado, galonibus, ulnis, ponderibus non rectis, quis vel qui illas habuerint; vel quis vel qui per

majores mensuras emerint, per minores vendiderint, A.D. 1258.
tam infra libertates quam extra, in civitatibus, burgis, portubus, et alibi ubicunque. Item de vicecomitibus et eorum bedellis et de ballivis libertatum et de omnibus ballivis quicunque fuerint, quid et quantum ceperint occasione deliberationis galonis, vel occasione ponendi vel amovendi aliquem vel aliquos summonitos ad veniendum coram talibus justitiariis, vel quid et quantum ceperint in eisdem ad differendum in laboribus et expensis. Item de dominiis domini regis alienatis in terris, redditibus, servitiis, advocationibus ecclesiarum, in portibus maris, hundredis alienatis sine waranto, consuetudinibus subtractis vel concelatis in terra vel in mari, tam in civitatibus, burgis, quam alibi; quæ omnia domini regis esse deberent. Quis vel qui eas subtraxerint vel concelaverint; a quo tempore, vel quis vel qui hæc prædicta teneant, et quantum valent per annum; et particulariter et distincte scribantur. Et similiter fiat de terris Normannorum et aliorum qui non sunt ad fidem domini regis, et escaetis et wardis quibuscunque ad dominum regem pertinentibus. Item de coronatoribus et eorum clericis et servientibus, quid et quantum ceperint de catallis fugitivorum et aliorum occasione officii sui, quæ catalla domini regis esse deberent vel alicujus alterius de jure; et quid et quantum ceperint pro officiis suis exequendis. Item de excaetoribus, quid et quantum ceperint de wardis, escaetis, saisinis, factis de terris cujuscunque et quacunque de causa, vel ad opus domini regis vel ad opus proprium vel aliorum. Scribatur particulariter et distincte quid et quantum quilibet ceperit per se. Item de Christianis usurariis et falsariis et tonsoribus monetæ et excambiatoribus contra assisam. Item qui corrupti munere, gratia, vel odio vel favore loquelam vel judicium posuerint in respectum ad dampnum petentis vel tenentis. Quid et quantum pro negotiis festinandis vel retardandis,

A.D. 1258. ut supra. Item qui captores vel emptores fecerint prisas ad opus domini regis vel de pannis vel de cera, alluta,[1] peletria, et aliis cujuscunque hujusmodi. Item de cujusmodi rebus fecerint prisas, et de quibus, ad quorum opus, et quantum. Item qui ceperint fines et quantum et a quibus mercatoribus possent vendere mercandisas suas pro voluntate sua et aliis quam domino regi. Item mercatores illi qui constituti fuerint ad appreciandum mercandisas suas, quid et quantum retinuerint ad opus proprium vel ad opus aliorum occasione captionum et prisarum prædictorum, et cujusmodi partium apposuerint, vel ad opus domini regis vel aliorum. Et quantum vendiderint vel vendi permiserint de captionibus et prisis prædictis.

205.

f. 80. *Literæ*[2] *missæ a communitate Angliæ domino Papæ.*

Letter of the English baronage to Pope Alexander IV. A.D. 1258. v. vol. v. p. 717.

Sanctissimo patri in Christo A[lexandro], divina providentia sanctæ universalis ecclesiæ summo Pontifici, communitas comitum, procerum, magnatum, aliorumque regni Angliæ, cum subjectione debita pedum oscula beatorum.

Nuper vestra sanctitas, tam per literas quam per venerabilem virum magistrum Arlotum subdiaconum et notarium, nos multipliciter monuit et induxit, ut dominum nostrum illustrem regem Angliæ in prosecutione regni Siciliæ juvaremus, sibi commune subsidium super hoc faciendo.[3] Licet autem idem dominus noster rex, absque nostri consilio et assensu, immo nobis reclamantibus et invitis, hoc negotium assumpsisset, quod sibi impossibile propter difficultatem conditionum et alia, quæ statum nostrum respiciebant,

[1] *alluta*] allute, MS. with the *e* erased.

[2] This letter is also given in the Tewkesbury and Burton Annals, Annal. Monast. i. pp. 170, 457. The copies are collated in the first of these.

[3] *faciendo*] faciendum, MS.

penitus credebamus; ob reverentiam tamen Apostolicæ sedis et vestram[1] domino regi duximus respondendum, quod si de procerum et magnatum suorum consilio regnum suum in multis multipliciter deformatum vellet in melius reformare, et vos conditiones in privilegio vestro contentas, vires ipsius regis excedentes, quodammodo mitigare velletis, quod juxta mitigationem et reformationem hujusmodi optatus eventus negotio speraretur,[2] ipsi præberemus et operam et effectum; ut rex negotium, quod sine nobis assumpserat, per vestrum auxilium possit perducere ad effectum. Cæterum præfatus dominus rex, attendens importabile pondus negotii memorati et statum regni sui imbecillem, voluit et expresse concessit, ut de procerum et magnatum consilio, sine quibus regnum suum gubernare non poterat nec negotium prosequi memoratum, dicta reformatio proveniret; hoc videlicet modo, ut duodecim ex parte ipsius electi et alii totidem ex parte communitatis nominati disponerent, statuerent, ac etiam ordinarent super melioratione et reformatione regni Angliæ et ipsum regnum contingentibus, prout eis melius expediens videretur, promittentes tam ipse quam dominus Edwardus primogenitus suus, ac[3] firmantes propriis juramentis, quod per prædictos viginti quatuor vel majorem partem eorum ordinatum existeret, inviolabiliter observare[4]; facturi et procuraturi securitatem omnimodam, quam ipsi viginti quatuor vel major pars eorum super hoc fieri providerent. Verum cum inter duodecim ex parte domini regis electos electus Wintoniensis et fratres sui nominati fuissent, idem electus, quasi salutis suæ immemor, et invigilans perturbationi regni et dispendiis potius quam reformationi, regem ipsum sollicitavit et toto posse induxit, eidem immensam promittens pecuniam,

A.D. 1258. Letter of the English baronage to P. Alexander IV.

[1] *vestram*] vestre, MS.
[2] *speraretur*] speratus, MS.
[3] *ac firmantes*] So the margin seems to give; the text has *affirmantes*.
[4] *observare*] observaret, MS.

A.D. 1258. Letter of the English baronage to P. Alexander IV.

etiam usque ad exinanitionem substantiæ et facultatum Wintoniensis ecclesiæ, ut spreto juramento proprio a promissionibus hujusmodi resiliret, in regni sui grave dispendium et irreparabile detrimentum. Cumque per hanc viam desiderium intentionis suæ explere non posset, ad alia se convertens, dominum Edwardum et quosdam alios de nobilioribus totius regni animavit et quantum in se fuit stimulavit ad subversionem totius regni, quasi in necem ejusdem et lapsum irreparabilem conjurasset, ut de illo posset vere dici, Isa. xiv. 16. *Est vir qui turbavit terram et concussit regnum.* Nam cum ad reformationem qui[1] ad hoc nunc nominati fuerant studio vigilanti intenderent, prædictus electus et fratres sui, nunc per subterfugia, nunc per alias cavillationes varias, eventum reformationis hujusmodi Ps. xxvi. 12. retardabant; sed *mentita est sibi iniquitas,* quia quanto plus conabantur negotium impedire, tanto ferventius et constantius alii zelo reipublicæ inflammati, instanti vigilia et propensiori cautela, illud promovere studebant, attendentes, quod firma cohærentia fidelis esse non potest, ubi non est tenax unio voluntatum et ipsorum conglutinatio animorum. Sed quid ultra? Prædictorum electi et fratrum suorum tam graves erant excessus et grandes, quod clamor pauperum ad cælum ascenderet contra ipsos. Ipsorum enim ministri et officiales, qui potius prædones et satellites dicebantur, undique deprædabantur pauperes, insidiabantur simplicibus, fovebant[2] impios, opprimebant innocentes, exultabant in rebus pessimis; lætabantur cum male fecissent, Hos. iv. 8. f. 80 *b*. *peccata populi comedentes* luxuriabantur in lacrimis viduarum, in nuditate pupillorum, in oppressionibus subditorum gaudentes. Et in tantum ipsorum effrænata rabies invaluerat, quod nec sub ipsis minores vivere poterant, nec cum ipsis conversari pares, nec super ipsos impares majores. Nos igitur attendentes quod respub-

[1] *qui ad hoc*] quia nunc, MS. | [2] *fovebant*] movebant, MS.

A.D. 1258. Letter of the English baronage to P. Alexander IV.

lica corpus quoddam est, quod divini muneris beneficio vegetatur, et summæ æquitatis nutu agitur, et regitur quodam moderamine rationis, nec expedit quod in uno corpore dissonantia sit membrorum; dictos electum et fratres, tanquam turbatores quietis et tranquillitatis regni totius, post multas instantias et frequentes monitiones vocavimus, et vocari per regem fecimus, ut judicio sisterent suis querelantibus responsuri, juxta consuetudinem regni et leges; ita quod duo ex ipsis quos mallent exirent, reliquis duobus remanentibus, qui pro se et aliis responderent; ac si sibi magis expediens crederent, regnum omnes exirent. Qui, suis culpis exigentibus, subire judicium formidantes, maluerunt exire quam judicii rigorem expectare. Sed nec adhuc nobis et regno nostro super hoc plene cautum[1] existeret, si electus, cui totius turbationis materiam merito imputamus, rediret in Angliam; cujus præsentia subi[to] posset evertere quicquid nostra sollicitudo multis vigiliis et infinitis laboribus studuit ordinare. Unde fixum est propositum omnium, et accensum desiderium singulorum, quod ille actor scismatis, homo dissensionis et scandali, inter nos deinceps nullatenus conversetur. Quia igitur præfatus electus et fratres regem et dominum Edwardum infatuaverant, adeo quod non solum insolentiæ[2] remanebant penitus impunitæ, sed quod pejus est, et verecundum dicere terribileque audire, si quis contra ipsos vel eorum alterum differet in judicio quæstionem, rex, qui delinquentem punire et delictum corrigere tenebatur, ipsos in suis facinoribus nutriens, contra conquerentem mirabiliter turbabatur; et cui judex debebat esse propitius, ad eorum suggestionem fiebat adversarius et nonnunquam terribilis inimicus, ita quod fulciti regis potentia et favore, quos volebant opprimebant; immunitates[3] et libertates ecclesiarum

[1] *cautum*] MS. ūtm., *i.e.* non tantum.

[2] *insolentiæ*] insolertie, MS.

[3] *immunitates*]communitates,MS.

A.D. 1258. Letter of the English baronage to P. Alexander IV.

dampnabiliter violando, homines incarcerando, clericos vulnerando, in præjudicium coronæ, cui soli competit hujusmodi incarceratio, laxatis habenis nequitiæ debaccando per regnum, pro suæ libito voluntatis. Unde si, quod absit, electus rediret in Angliam, pejora prioribus probabiliter formidamus. Sanctitati igitur vestræ omni affectione qua possumus supplicamus, quatinus sicut unitatem et pacem regni Angliæ, quod semper vobis extitit devotum et existit, diligitis, sæpedictum electum ab administratione Wintoniensis ecclesiæ, quæ ex munificentia sedis Apostolicæ sibi concessa fuerat, amoveatis omnino. Et magis expedit, quod istud fiat sine scandalo, de vestræ plenitudine potestatis, quam, quod Deus avertat, occasione ipsius pejora contingant, et nos vestri devotissimi aliud facere compellamur. Scituri pro certo, quod etiamsi dominus rex et regni majores hoc vellent, communitas tamen ipsius ingressum in Angliam jam nullatenus sustineret. Potius enim sævirent in ipsum, quam quod ipsius intolerabilem sævitiam expectarent. Quinimmo omnibus regnicolis onerosum et toti regno dispendiosum existeret, si proventus, de quibus regnum infestare disposuit, perciperet, quod et omnes qui qualitatem negotii noverant asseverant. Et certe, clementissime pater et domine, hoc satis credimus sine scandalo faciendum, cum non sit in episcopum consecratus, sed tantum sibi administratio est concessa. Super his autem et aliis, quæ nuntii nostri latores præsentium sanctitati vestræ exponent, fidem indubitatam adhibere velitis, petitiones nostras quas per ipsos vobis offerimus, si placet, ad exauditionis gratiam admittentes. Et nos R[icardus] de Clare Gloverniæ et Herefordiæ, S[imon] de Monteforti Legrecestriæ, R[1][ogerus] Bigod marescallus Angliæ, H[umfridus] de Boun Hertfordiæ et Esexiæ, W[illelmus] Albemarliæ, J[ohannes] de Placeto

[1] *R.*] E., MS.

Warewici comites, H[ugo] Bigod justitiarius Angliæ, P[etrus] de Sabaudia, J[ohannes] Filius Galfridi, Jacobus de Audeleia, et Petrus de Monteforti, vice totius communitatis, præsentibus literis sigilla nostra apposuimus, in testimonium prædictorum. Conservet incolumitatem vestram Altissimus per tempora longiora. A.D. 1258. Letter of the English baronage to P. Alexander IV.

Destinantur Romam quatuor milites fideles et facundi, ut hæc domino Papæ intimentur. f. 81.[1]

Magnates igitur formidantes ne electus Wintoniensis Romam properaret, et, infinita promissa Papæ et cardinalibus pecunia, suam procuraret consecrationem, ut sic efficacior esset ad nocendum ; elegerunt sibi quatuor milites peritos et facundos et fidedignos, qui hanc prænotatam epistolam Romam deferrent, et Papæ et toti curiæ Romanæ præsentarent; in cujus tenore continetur, ut eisdem fides adhibeatur indubitata. Habebant[2] autem de denariis electi memorati mille marcas absconditis pro eorum nuntiorum labore, ad sua viatica et alia sibi necessaria exhibenda. Transalpinaturi cum venissent Parisius, infirmatus unus eorum, videlicet [Petrus Branche],[3] obiit, unde non mediocriter doluerunt ; nihilominus alii tres tamen iter inceptum continuaverunt. Et cum Romam pervenissent, causam sui itineris domino Papæ plenius monstraverunt; addentes quædam alia enormia et f. 81 *b*. maxima facinora, quæ perpetraverant prædicti electus et fratres ejus, videlicet de homicidiis, rapinis, et variis injuriis, et oppressionibus, nec voluit rex impetus eorum refrænare. Nec prætermiserunt injuriam magnam quam fecerant[4] magistro Eustachio de Len, Account of the embassy to Rome.

[1] This is a small piece of parchment inserted to finish the document. The addition is not given in the copies in the Annales Monastici.

[2] See vol. v. p. 713.

[3] Blank in MS. See vol. v. p. 717.

[4] See above, p. 223, and vol. v. p. 350.

A.D. 1258. officiali domini Cantuariensis archiepiscopi, ubi vel omnes dicti fratres, vel major pars dicitur interfuisse; pro qua offensa maxima excommunicati fuerunt omnes, qui tanto facinori interfuerunt, per totam provinciam Cantuariæ et Oxoniis coram Universitate. Recitatumque est, quod unus fratrum, scilicet Galfridus, cocum regis assavit, et excogitatis tormentis usque ad mortem crucia[vit]. Ad quorum auditum omnes audientes, aures suas continentes, obstupuerunt.

206.

f. 83. *De anno Henrici regis xliii., Papæ A[lexandri] quarto. Aliæ literæ missæ a barnagio domino Papæ.*

Second letter sent by the English baronage to Pope Alexander IV. A.D. 1258. v. vol. v. p. 717.

Sanctissimo patri, etc.

Si sacrosancta Romana ecclesia progenitorum nostrorum merita, qui virtutum floribus redimiti tot ecclesias magnifice fundaverunt et sumptibus suis constructas amplissime feodaverunt, qui in amorem pariter et exaltationem[1] Ecclesiæ Dei et virorum ecclesiasticorum totaliter exarserunt, sicut ex laudabilium operum mansurorum per cuncta sæcula testimonio perpenditur evidenter, condigna gratitudine recompensaret; nobis peculiare favoris præsidium specialiter largiretur, et paternæ munificentiæ gremium liberaliter aperiret, pacem nostram ac regni Angliæ tranquillitatem nullatenus perturbaret, sed sinceris in Domino affectibus totisque conatibus procuraret, præsertim cum nos pro modulis nostris paternæ fidei zelatores, et devotionis, quam erga ecclesias et ecclesiasticas personas habuerunt, imitatores esse cupiamus. Sed si vera sunt quæ nunc literarum vestrarum crebra insinuatione didicimus, cum pace vestra veniaque petita dicimus, veremur ne vices nobis minus rite rependitis; quia per merita

[1] *exaltationem*] exultationem, MS.

festinæ exaltationis[1] materia anxii doloris semen- A.D. 1258.
tem nobis evidenter retribuitis, si *lapis* ille *offen-* 1 S. Pet.
sionis et petra scandali, Adimarus videlicet, quondam ii. 8.
Wintoniensis ecclesiæ electus, vir fabricator mendacii, lucis impatiens, turpis lucri negotium perambulans in tenebris, vir justitiæ et pacis regni Angliæ inimicus, et specialiter sanguinis nostri, quem hactenus perdidit, sitibundus, vir regia sententia dampnatus, et ubicunque in regno inveniatur morti addictus, ad terendum nos et terrendum nos, a latere vestro propter ejus falsas suggestiones et veri suppressiones multiplices in Angliam destinetur. Maxime, cum ipse a regno expulsus non extiterit, sed sponte cesserit, non ausus exhibitionem justitiæ, quæ singulis secundum juramenta regis et procerum debebatur, expectare, licet super hoc ipse et fratres sui pluries fuissent requisiti. Nonne deceret regale sacerdotium, serie rei gestæ plenius indagata, vocatis evocandis et auditis audiendis, et specialiter nuntiis domini nostri regis et regni ac ecclesiæ Wintoniensis, sine juris offensa in tanto negotio procedere, et non in terrore fulgurantis hastæ suæ in nos tam crudeliter irruere? Cur in profundum sapientiæ vestræ, si vera nobis referuntur, falsæ insinuationes unius partis surrepunt, mendacia, aut instantia vos conturbat importuna? Princeps Ecclesiæ et pastor ovium gregis Dominici, cui in beato Petro dictum est, *Pasce oves meas*, quæsumus S. Joh.
non in multa fortitudine vestra, quam satis recognos- xxi. 17.
cimus, sed in zelo justitiæ et multitudine miserationum vestrarum ac spiritu lenitatis, minate gregem, attendentes quod *nec in igne, nec in commotione, nec* iii. Reg.
in spiritu montes subvertente Dominus, sed potius in xix. 11, 12.
sibilo auræ[2] *lenis.* Certe adventum suum, vel vitæ suæ vel nostræ generalem eclipsim reputamus; quia in nobili viro et consanguineo nostro carissimo,

---

[1] *exaltationis*] exultationis, MS. | [2] *auræ*] auris, MS.

A.D. 1258. domino W[illelmo][1] de Clare, viro strenuo, circumspecto et peroptime morigerato, nos omnes mortificavit. Ecce dampnum irrecuperabile! ecce afflictio nostra irrecuperabilis, quam plangimus incessanter! Nunquid superaddita est afflictis afflictio? *Quæ*, pater, *utilitas in sanguine nostro?* Eapropter paternitati vestræ devote supplicamus, quatinus ex sollicita circumspectione sedis Apostolicæ, mollito supercilio ac serena acie paterne nos intuentes, paci nostræ ac regni Angliæ secundum præmissa provideatis; ut sub tegimine alarum vestrarum, Apostolico præsidio, in patrimoniis nostris optata gaudeamus tranquillitate. Porro, si inimici nostri nobis se immisceant impudenter, non videmus quod paternitati vestræ debeat displicere, sed æquanimiter esse tollerandum, si effrænatam illorum malitiam pro viribus compescamus. Sed quæ autem prædictorum in conspectu sanctitatis vestræ aspersa videantur, vestra penset paternitas; quod nec minacem cervicositatem aut corvinam rebellionem, sed gemitum turturis aut murmur columbinum, apud pium patrem prætendere debent, et quomodolibet benignum auditorem. Conservet vos, etc.

Ps. xxix. 10.

207.

f. 83. *Item aliæ literæ missæ ab eisdem, maxime contra electum Wyntoniensem.*

A third letter from the English baronage to Pope Alexander IV. A.D. 1258. v. vol. v. p. 717.

Reverendo patri in Christo ac domino A[lexandro], etc.

Sicut ad fontem vivum oportet recurrere sitientem, arescentibus rivulis præ calore; sic ad sedis vestræ clementiam oppressi refugiunt, cum per potentiam justitia violatur. Iccirco enim vestram beatitudinem mundo Deus præposuit loco Sui, ut elata cornua superborum virtute propria constringendo, humiles erigat depressos sullimium potestate. Cum ergo Win-

[1] v. vol. v. pp. 709, 726, 747.

toniensis electus sic affluentia extollatur, quod nullum A.D. 1258.
sibi fore superiorem reputet neque parem, suis actibus
motum potius impetuosum sequitur animi, quam ju-
dicium rationis; licere sibi putans illicita, a tergo f. 83 *b*.
considerans quæ sunt Dei. Unde nuper cuidam viro
Johanni [1] Filio [2] Gaufridi, inter nostrates nobili et po-
tenti, atroces eum novimus injurias irrogasse; propter
quas regni majores vehementer scandalizati sunt con-
tra eum, reducentes ad animum præcedentia facta ejus.
Terram enim ipsius Johannis armata manu invasit
hostiliter sine causa, in rebus eum personæ et homi-
num deprædando. Ob hoc solum occasione sumpta,
quod in Wyntoniensi diocesi, in qua nulli auctoritate
Apostolica patitur provideri, de quadam ecclesia ad
ipsius Johannis patronatum spectante, cuidam clerico
auctoritate vestra provisum fuerat; cui etiam provi-
sioni idem Johannes assensum præbuerat ob reveren-
tiam sedis vestræ. Nec privatis rapinis satisfecisse
crediderunt tirannidi satellites ejus, nisi pollutas ma-
nus irreverenter porrigerent ad divina. Ecclesiam
enim, ad quam loci habitatores terrore confugerant
armatorum, invaserunt confractis hosticiis, multorumque
sanguine cruentatam, spoliatamque libris et sacris ves-
tibus, asportatis insuper ex ea januis, prophanaverunt.
Unde ipse, qui ratione generis et officii deberet esse
lumen patriæ et speculum honestatis, factus est offen-
sionis petra, in commune scandalum religionis. Qua
de causa, paternitatem vestram flexis genibus suppli-
citer exoramus, quatinus ipsius malitiam convenienti-
bus remediis refrænetis, ne rebelli [3] contagio cæteros
inficiat per exemplum; et ut ipse, qui neminem re-
veretur, Apostolicæ sedi, in cujus maxime injuriam
hæc patravit, pœna correptus, intelligat se subesse.
Conservet vos, etc.

---

[1] v. vol. v. p. 703.

[2] *Filio*] The margin has *fratri*.

[3] *rebelli*] rebello, MS.

208.

f. 83 *b*. *Literæ Papales missæ communitati Angliæ, responsivæ ad eorum petitiones præmissas ad curiam, et certificatoriæ de mora et negotio nuntiorum.*

Answer of Pope Alexander IV. to the baronage. A.D. 1258.

Alexander episcopus, etc. dilectis filiis, nobilibus viris, consiliariis carissimi in Christo filii nostri illustris regis Angliæ, ac cæteris proceribus et magnatibus regni Angliæ, salutem et Apostolicam benedictionem.

Venerabiles fratres Ebrendumensem[1] et Taratasiansem[2] archiepiscopos, et dilectos filios magistros Rustandum capellanum nostrum, et Johannem Clarel canonicum Suwellensis ecclesiæ, necnon et nobilem virum Willelmum de Huntintoft, et fratrem Willelmum ordinis militiæ Templi, nuntios, quos carissimus filius noster illustris rex Angliæ ac vos etiam ad nostram præsentiam destinastis, necnon et litteras quas ipsi nobis ex parte ipsius regis et vestra præsentare curarunt, gratanter, prout decuit, et affectuose recipimus; et tam ea quæ ipsæ continebant litteræ, quam quæ iidem nuntii, quos de multa diligentia, solicitudine, ac providentia circa commissa eis negotia multipliciter possumus salva conscientia commendare, coram nobis et nostris proposuere fratribus, attente animadvertimus et intelleximus diligenter; quia illius amoris præcipui, quo ipsum regem et vos specialiter amplexamur, hoc efficit magnitudo, quod et nuntios ipsius regis et vestros alacriter suscipimus, et quæ nobis significatis, libenter audimus. Sane iidem nuntii penes nos ex parte ipsius regis et vestra discretis, attentis, et fidelibus supplicationibus institerunt, nihil de his, quæ petitiones regias ac vestras possent reddere efficaces, penitus omittentes; ut pro publicanda et

[1] Henry of Susa, archbishop of Embrun, afterwards cardinal bishop of Ostia.

[2] Henry of Cerasolo, archbishop of Taranto.

firmanda pace, quæ inter prædictum regem et carissi- A.D. 1258.
mum filium nostrum illustrem regem Franciæ fuerat Answer of Pope Alexander IV. to the English baronage.
reformata, pro reformatione quoque ac bono, salubri, et
prospero statu regni Angliæ, necnon pro ordinatione
negotii regni Ciciliæ, una cum prædicto rege Angliæ
ac nobiscum melius facienda, aliquem de latere nostro, videlicet Romanæ ecclesiæ cardinalem, commisso ei super præmissis plenæ legationis officio, concedere curaremus; proponendo etiam et allegando, tam publice quam privatim, quamplures diversas et urgentes causas, propter quas hujusmodi petitio non erat aliquatenus deneganda. Porro, filii prædilecti, hoc semper optavimus, et inter alia desiderabilia cordis nostri hoc anxii expectavimus; quod Ille, in Cujus manu sunt omnium potestates et omnium jura regnorum, horum eminentiorum sæculi principum corda inclinaret ad pacem, et quod discordes eorum mentes concorde sociaret vinculo, eorumque pectora, procul depulsis odiis abjectisque rancoribus, suæ dulcis et affluentis benignitatis gratia complacaret. Unde quia omnipotens Dominus nostris in hoc desideriis plenarie satisfecit, gratiarum sibi referimus multiplices actiones, insistentes hujusmodi supplicationibus apud Eum, ut paces et concordias hujusmodi altis in eisdem regibus faciat radicibus solidari. De reformatione autem status regni Angliæ, quæ per illos potissime esse procurata dicitur, qui in devotione ad nos et Ecclesiam stabiles et accensi studuere, et adhuc student opera exercere justitiæ ac libertatem ecclesiasticam totis viribus defensare, si hujusmodi reformatio, prout speratur, ad laudem Dei, exaltationem ecclesiæ, honorem et commodum dicti regis Angliæ, suique regni statum prosperum ac tranquillum, facta et ordinata existit, et nos in mirum valde gaudemus, et tota quamplurimum exultat Romana mater Ecclesia; firmoque intendit pro- f. 84.
posito et stabili intentione proponit, reformationem hujusmodi congruis, auctore Domino, fulcire favoribus,

A.D. 1258. Answer of Pope Alexander IV. to the English baronage.

cunctisque studiis roborare. Nec immerito; cum prædicti regni commoda sua propria reputet, et profectus regno provenientes eidem sibimet ipsi existimet provenire. De regno etenim ipso semper reges prodiere catholici, qui, claris fidei et devotionis titulis præsigniti, Deo se gratos per sanctæ conversationis merita et ecclesiæ prædictæ acceptos per obedientiæ et humilitatis opera exhibere multipliciter curaverunt. De hoc regno suscepit semper et suscipit eadem ecclesia filios benedictionis et gaudii, filios factis et fama pollentes, filios etiam oportuni auxilii et favoris. Hoc est graciosum, speciosum, et preciosum regnum, cui Dominus in omnibus benedixit. Hoc regnum est ager devotionis fertilis et amœnus, circa cujus munimen et cultum prædicta ecclesia cogitare attentius et opem ad hoc propensioris studii administrare tenetur; ut illud per devotionem sinceram solitum puritatis respiret odorem, et per fidem integram expectatum constantiæ fructum reddat. Verumque negotium regni Ciciliæ, quod tam diu in præfati regis Angliæ manibus, non sine ipsius regis dispendio et magno prædictæ ecclesiæ detrimento, languisse dinoscitur, per eundem juxta nostri affectus plenitudinem promotum non extitit hactenus, quod dolentes referimus, nec speratur, secundum ea quæ vidimus, et quæ dicti nobis super ipso negotio exposuere nuntii, utiliter posse, consideratis ipsius regis viribus, promoveri; non attendentes, quod non expediebat ecclesiæ neque ipsi regi Angliæ pro ipso negotio, in quo, sicut scire vos credimus, nullus ex nostra intervenerat, sed omnis ex regia parte, defectus, destinare legatum; habito super præmissis omnium fratrum nostrorum cum multa deliberatione consilio, memoratis nuntiis de ipsorum fratrum unanimi voluntate respondimus, quod—cum sæpe sæpius, etiam ultra quam ecclesiæ expedivisset, dicto regi Angliæ ad ejus instantiam terminos ad prosequendum negotium ipsum, diversis temporibus præfixos a nobis, de mera

A D. 1258. Answer of Pope Alexander IV. to the English baronage.

sedis Apostolicæ gratia prorogaverimus, pœnas contentas in privilegio Apostolico, super ipsius regni Ciciliæ concessione confecto, de termino in terminum suspendendo, ac mittendo et remittendo quamplures nuntios ad eundem, ipse rex Angliæ circa implendas conditiones, sub quibus dictum regnum Sciciliæ concessum fuerat nato suo, in omnibus hujusmodi terminis omnino defecerit, propter quod liberum erat ipsi ecclesiæ, de ipso Sciciliæ regno ordinare, disponere, et facere pro suæ beneplacito voluntatis, et etiam tractare de ipsius regni Sciciliæ negotio cum aliis personis, cum quibus in hac parte conditionem suam posset facere meliorem,—legatum aliquem occasione negotii ipsius regni Ciciliæ non daremus. Diximus tamen, quod prædictum jam initum et continuatum hactenus cum eodem rege Angliæ non dissolvebamus vel rumpebamus negotium, pronuntiando illud dissolutum, prout ex prædicto privilegio competebat; quod adhuc cum nullo rege vel principe, vel alia quacunque persona, super hujusmodi negotio tractabamus; sed liberum erat nobis omnino cum omnibus, qui vellent super eodem nobiscum tractare negotio, assumere etiam et prosequi super hoc pro nostro arbitrio et voluntate tractatum. Et si dictus rex Angliæ ejusque filius omnes prædictas conditiones, et illam potissime de debitis usurarum, sub quorum onerosa voragine prædicta ecclesia vexatur, angustiatur, et premitur, integre persolvendis, plenarie nobis et efficaciter adimplerent, antequam tractatus hujusmodi cum aliquo rege vel regibus aliquibus, seu principibus, aut aliis personis, compleretur; ipsos libentissime in hoc universis regibus et principibus orbis terræ quantumcunque Christianissimis, ac nobis et ecclesiæ devotissimis, præferremus. Excommunicationis autem quam dictus rex Angliæ, ac interdicti quod regnum suum juxta tenorem præfati privilegii ex hujusmodi regis defectibus incurrebant sententias, de solita benignitate ac speciali gratia, qua

A D. 1258. Answer of Pope Alexander IV. to the English baronage.

regem et regnum ipsum prosequimur, suspendendas duximus, usque ad nostrum beneplacitum voluntatis. Cumque demum dicti nuntii apud nos, ut concederemus legatum pro reliquis duobus articulis, videlicet pro dictæ pacis publicatione ac etiam pro præfatæ reformationis negotio, solite ac firmiter instarent, superaddentes rationes multiplices ad hoc efficaces inductivas, nos—quia nostri propositum extitit hactenus et est, semper ipsius regis Angliæ et vestras petitiones, cum ipsum regem inter cæteros orbis principes geramus in cordis visceribus prædilectum, audire libenter, et quantum cum Deo possumus, favorabiliter exaudire, nihilque illi aut vobis, quod absque nota et gravi periculo concedi valeat, denegare,—communicato iterum fratrum consilio, eisdem nuntiis duximus respondendum, quod, his quæ proposita fuerunt provida deliberatione pensatis, legatum cardinalem nullatenus negabamus, cum pro bono, salubri, ac prospero ipsius regni Angliæ statu non recusaremus personam nostram exponere laboribus et dispendiis, si necessitas immineret. Verumptamen quia pauci sunt modernis temporibus in prædicta Romana ecclesia cardinales, quodque super statu ejusdem regni Angliæ, priusquam mitteretur
f. 84 b. legatus, volebamus plenius instrui et reddi penitus certiores, pro eo etiam quod prædictæ pacis publicatio, pro qua specialiter legatus petebatur a nobis, fieret forsitan antequam legatus posset in Franciam pervenire, videbatur nobis hujusmodi missio legati ad præsens fore necessario differenda. Unde quia propter bonum dicti regis et regni Angliæ expedire cognovimus, ut dicti nuntii apud sedem memoratam, donec super his a dicto rege et vobis haberetur responsio, remanerent; ipsi, præmissis omnibus plenius intellectis, nostraque pura et sincera in hac parte intentione cognita, deliberaverunt, nostris se in hoc coaptantes beneplacitis, vestrum apud eandem sedem super his responsum certum atque plenarium expectantes. Ideo

universitatem vestram monemus, rogamus, et hortamur attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatinus convertentes diligentius, attentius, oculos ad præmissa, et considerantes cuncta discrete, non moleste feratis, si legatum ad præsens distulimus destinare. Si enim omnia prædicta et singula curaveritis discutere sapienter, nequaquam ambigimus, quin a vobis nostra responsio, quam eisdem nuntiis de prædictorum fratrum nostrorum consilio fecimus, inspectis, ut convenit, circumstantiis universis, rationabilis et idonea reputetur. Statum autem ejusdem regis et regni Angliæ atque vestrum et omnia illum contingentia, necnon ipsius regis et vestras super habendo legato voluntates et vota seriatim, distincte, ac expresse nobis intimare curetis. Nam cum dictum regnum Angliæ, sicut novit Altissimus, omni affectus et benivolentiæ plenitudine prosequamur, et in cunctis ejus utilitatibus et prosperis eventibus specialiter delectemur; cum etiam prædic a Romana ecclesia sub diversitate temporum pro ipsius regni conservatione omnem quam potuerit, adhibuerit et adhibere incessanter intendat, opem et operam efficacem; scire vos volumus, quod in omnibus, quæ regalis exaltationem solii vestrosque ac communes profectus ejusdem regni respiciunt, nostrum et præfatæ, auctore Deo, sedis favorem promptum habebitis et paratum; ita quod de legato mittendo, si necessarium et oportunum fuerit, vestris desideriis plenarie satisfiet. Cæterum, super his quæ iidem nuntii contra electum Wintoniensem coram nobis et prædictis proposuere fratribus, si vera sunt, dolemus multipliciter et turbamur; cum universos Christi fideles et specialiter ecclesiasticas et sublimes personas dirigi cupiamus ad Dominum, et per suorum incedere semitam mandatorum. Sed quia nullus legitimus habebatur apud eandem sedem pro ipsius electi parte defensor, procedi de jure non potuit super illis; justitiam tamen, in qua sumus debitores omnibus, faciemus. Ad hæc, quia esse debetis circa prædictorum regis et regni Angliæ procurandas uti-

A.D. 1258. Answer of Pope Alexander IV. to the English baronage.

A.D. 1258. Answer of Pope Alexander IV. to the English baronage.

litates et promovenda commoda solliciti, vigiles, et attenti, licet adjectione non egeat plenitudo, ex tenera tamen quam habemus ad regem ipsum affectione, sollicitandos vos duximus et observandos in Domino Jesu Christo, ut circa eundem regem devotissimum utique ac Christianissimum principem, et carissimam in Christo filiam nostram illustrem reginam Angliæ uxorem ipsius, eorumque natos, sicut de divino et memoratæ sedis et nostro favore speratis et gratia, debitam fidelitatem et reverentiam observare curetis; sciturі, quod nos et prædictos fratres nostros, totamque Romanam ecclesiam, habebitis exinde vobis et vestris perpetuis temporibus obligatos.

209.

f. 140. Charters assigning incomes for lights for the altar of the B. V. M.

Hic prænotantur cartæ[1] *continentes redditum assignatum ad luminaria Beatæ Mariæ Virginis ubi celebratur Missa*[2] *singulis diebus pro ecclesia sine nota.*

A.D. 1259. 1. Charter of John de Cheyne.

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes de Cheyne miles, filius Alexandri de Cheyne militis, pro salute animæ meæ, antecessorum et successorum meorum, dedi, concessi, et hac præsenti carta confirmavi Deo et ecclesiæ Sancti Albani et monachis ibidem Deo servientibus, et specialiter ad invenienda luminaria circa altare Beatæ Mariæ Virginis, ubi cotidie celebratur Missa Sanctæ Mariæ in eadem ecclesia, et pro ecclesia sine nota, annuum redditum sex solidorum et octo denariorum cum pertinentiis provenientem de tenementis et mesuagiis quæ tenent Willelmus Breselance et Johannes Blacgrom et Nicholaus de Len, videlicet de Willelmo[3] Briselance et hæredibus suis tres solidos et duos denarios provenientes de

[1] These charters are all written in the same hand, different from those used in the rest of the volume, and not of the characteristic St. Alban's type. The first has been given above, in its chronological order, under the year 1252. *See* No. 112, p. 225.

[2] *Missa*] missam, MS.

[3] *Willelmo*] Willelmus, MS.

domo in qua habitat, quæ est contra portam Sancti Albani, juxta regiam stratam quæ se extendit versus Kingesbure. Et de domo in qua habitat Johannes Blacgrom in eodem vico octodecim denarios. Et de tenemento quod tenet Nicholaus de Len in vico de Fispolestrate duos solidos. Dedi etiam et concessi eisdem istum redditum sex solidorum et octo denariorum cum pertinentiis, una cum quinque mesuagiis quæ Gaufridus Nouwell et Benedicta uxor sua contulerunt et dederunt cum Johanna filia sua Johanni de Cleyne[1] antecessori meo in liberum maritagium. Et omnes alios redditus et jus et clamium quod habui vel habere potui in aliquibus redditibus vel tenementis in villa Sancti Albani in liberam, puram, et perpetuam elemosinam sine aliquo retenemento, exceptis orationibus et officiis spiritualibus. Et ego Johannes et hæredes mei warentizabimus, aquietabimus, et defendemus prædictum redditum cum pertinentiis dictis ecclesiæ et monachis et omnia alia in hoc instrumento contenta contra omnes homines, Judæos seu Christianos. In cujus rei testimonium præsenti cartæ sigillum meum apposui. A.D. 1259. Kingsbury, Middlesex.

His testibus: Ricardo de le Hoc tunc senescallo libertatis ecclesiæ Sancti Albani, Willelmo de Gorham, Gaufrido de Childewic, Radulpho Pyrot, Rogero de Bachewrthe militibus; Nicholao filio Andreæ tunc præposito villæ Sancti Albani, Johanne de Nortun, Thoma de la Forde, Johanne de Belvero, burgensibus ejusdem villæ, et multis aliis.

140. 2. Charter of John Passavant.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Johannes Passavant dedi et concessi et hac præsenti carta mea confirmavi Reginaldo Carnifici et hæredibus suis unum mesuagium cum pertinentiis in vico de Dagenhal, scilicet illud mesuagium quod est inter terram Hugonis

Willelmus Caine tenet modo.

[1] Sic.

A.D. 1259. Ruffi et inter terram prædicti Johannis Passavant, tenendum et habendum de me et hæredibus meis sibi et hæredibus suis, finaliter, libere, et quiete, reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis quatuor solidos, scilicet ad Natale Domini xii. denarios, ad Pasca xii. denarios, ad Nativitatem Sancti Johannis Baptistæ xii. denarios, ad festum Sancti Michaelis xii. denarios, pro omni servitio et consuetudine et exactione. Et ego Johannes Passavant et hæredes mei inveniemus prædicto Reginaldo et hæredibus suis viam super terram nostram ad ducendum ses feyns usque ad terram suam. Pro hac autem donatione et concessione et cartæ meæ confirmatione prædictus Reginaldus dedit mihi sex solidos in gersumam; et ego Johannes Passavant et hæredes mei warentizabimus prædicto Reginaldo et hæredibus suis prædictum tenementum cum pertinentiis contra omnes homines et omnes feminas.

His testibus: Gaufrido Roy, Roberto aurifabro, Daniele filio Acur, Sansone de Solio, Hugone Ruffo, Alexandro Tumberel, Johanne Buckisfot, Roberto le machum, Bartholomæo fabro et aliis.

f. 140.

3. Charter of Laurence de Tebridge. *Relicta Johannis de Nortone.*

Sciant præsentes et futuri quod ego Laurentius de Tebrige dedi et concessi et hac præsenti carta mea confirmavi Johanni Pessunario unum mesuagium in vico de Daginhale, scilicet quod est inter domum Nicholai Dispensatoris et domum Henrici Pikenei, tenendum et habendum libere et quiete de me et hæredibus meis, ipse et hæredes sui finaliter reddendo mihi et hæredibus meis pro illo mesuagio annuatim decem solidos ad quatuor anni terminos, scilicet ad Natale Domini duos solidos et sex denarios, ad Pasca totidem, ad Nativitatem Sancti Johannis Baptistæ duos solidos et sex denarios, ad festum Sancti Michaelis totidem, pro omnibus servitiis et consuetudinibus et exactionibus quæ ad me vel ad hæredes meos pertinent. Pro hac autem donatione et cartæ meæ con-

firmatione prædictus Johannes dedit mihi duos solidos argenti in gersumam. A.D. 1259.

His testibus: Radulpho filio Adæ, Thoma fratre suo, Nicholao filio Adæ, Andrea filio suo, Ada Prat, Reginaldo filio suo, Rogero de Eywod, Baldewyno præposito, Johanne filio suo, Daniele filio Aceri, Ricardo filio Astmar, Waltero Passavant, et multis aliis.

f. 140 *b*. 4. Charter of John Pessunar.

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes Pessunarius pro me et hæredibus meis quiete clamavi et præsenti carta mea confirmavi Beatricæ, quæ quondam fuit uxor Roberti Russel, unum mesuagium cum pertinentiis in villa Sancti Albani in vico de Daginhale, quod videlicet est inter domum Nicholai Dispensatoris et domum Henrici Pakeney. Quod scilicet mesuagium Laurentius de Tebrige mihi dedit et carta sua confirmavit. Hoc mesuagium cum omnibus pertinentiis suis quiete clamavi dictæ Beatricæ et hæredibus suis, habendum et tenendum hæreditarie, libere, et quiete ab omni servitio et consuetudine et exactione quæ ad me vel ad hæredes meos inde pertinere possent inperpetuum. Et quia nolo quod ego Johannes vel hæredes mei aliquid de prædicto mesuagio futuris temporibus exigere debeamus, cartam, quam Laurentius de Tebrige de prædicto mesuagio mihi fecit in curia Sancti Albani, prænominatæ Beatricæ liberavi, et præsens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Pro hac autem donatione, quieta clamatione, et præsentis cartæ meæ confirmatione dedit mihi prædicta Beatrica tres solidos argenti.

His testibus: Willelmo de Husseburne tunc senescallo, Gaufrido de Childewic, Willelmo de Gorham, Johanne de Seldford, Ada de Beauver tunc præposito, Alexandro Gigur, Johanne de Kinkisbure, Bartholomæo clerico, Roberto filio Astmar, Hugone le fouer, Thoma Gigur, et multis aliis.

A.D. 1259. f. 140 *b*.

5. Charter of John son of William de Bewic.

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes filius Willelmi de Bewic dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Willelmo filio Henrici de Bolum et hæredibus suis sive assignatis capitale mesuagium meum in vico Sancti Stephani Attehavede cum omnibus tenentibus illi mesuagio pertinentibus et cum wardis, redditibus, releviis, escaetis, et omnibus aliis pertinentiis suis, videlicet illud mesuagium quod fuit Radulphi Herizsun, quod est de feodo coquinarii Sancti Albani; habendum et tenendum de me et hæredibus meis sibi et hæredibus suis sive assignatis libere, quiete, hæreditarie, bene, et in pace, vel cuicunque et quandocunque illud dare, vendere, legare, vel assignare voluerit; faciendo inde annuatim capitalibus dominis feodi liberum servitium debitum quantum pertinet ad dictum mesuagium. Et ego Johannes et hæredes mei sive assignati warentizabimus, aquietabimus, et defendemus dictum mesuagium cum omnibus suis pertinentiis, sicut prædictum est, prædicto Willelmo et hæredibus suis sive assignatis quibuscunque contra omnes homines et feminas inperpetuum. Pro hac autem donatione, concessione, warentizatione, et hujus cartæ meæ confirmatione, dedit mihi prædictus Willelmus quadraginta solidos sterlingorum. In cujus rei testimonium præsenti cartæ meæ sigillum meum apposui.

His testibus: Gilberto de Mora tunc senescallo de Tynemue, Thoma de Dissinton, et Radulpho Faukis, Nicholao de Bachewrth, Ada de Selebi, Gilberto serviente, Waltero de Sartrino, Roberto de Aula, Jacobo de Celare, et multis aliis.

f. 140 *b*.

6. Charter of Reginald son of Henry of Trumpington.

Sciant præsentes et futuri quod ego Reginaldus filius Henrici de Trumpetone dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Henrico filio Roberti del Holtte de Redburne tres solidos annui redditus cum omnibus pertinentiis suis in villa Sancti Albani

in vico Fullonum, videlicet xii. denarios de Johanne filio Ranulfi sive de hæredibus suis ad quatuor terminos anni percipiendos, scilicet ad Natale Domini, ad Pasca, ad Nativitatem Sancti Johannis Battistæ, et ad festum Sancti Michaelis, ad quemlibet terminum tres denarios; et simili modo de Roberto Herbert et de hæredibus suis annuatim duodecim denarios ad supradictos terminos anni, ad quemlibet terminum tres denarios, et de Gaufrido filio Godefridi Duraunt et hæredibus suis annuatim duodecim denarios ad supradictos terminos anni, ad quemlibet terminum tres denarios; habendos et tenendos de me et hæredibus meis sibi et hæredibus suis vel suis assignatis, hæreditarie, libere, et quiete, bene et in pace finaliter, reddendo annuatim mihi et hæredibus meis vel assignatis unum par albarum cirothecarum pretii unius oboli vel unum obolum, scilicet ad Pasca, pro omnibus servitiis, consuetudinibus, exactionibus, et querelis, sectis, et demandis ad me vel ad hæredes meos pertinentibus. Et ego prædictus Reginaldus et hæredes mei warentizabimus, aquietabimus, et defendemus prædictum annualem redditum cum suis pertinentiis prædicto Henrico et hæredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines et feminas in perpetuum. Pro hac autem donatione, concessione, et cartæ meæ confirmatione dedit mihi prædictus Henricus xl. solidos sterlingorum præmanibus in gersumam. A.D. 1259.

His testibus: Johanne Astmar tunc præposito, Johanne lanario, Willelmo Norais, Alexandro cissore, Thoma ferario, Waltero ferario, Roberto falconario, Willelmo bastard, Alexandro Goldston, Ada Bismare, Johanne Scerewind, et multis aliis.

Notum sit omnibus hoc scriptum visuris vel audituris, quod ego Reginaldus filius Henrici de Trumpintone, ratum habens et gratum factum quod prius feci Deo et ecclesiæ Sancti Albani et monachis ibidem f. 140 *b*. Charter of Reginald son of

A.D. 1259. Henry of Trumpington. Deo servientibus, nunc de novo dono, concedo, et hac præsenti carta mea confirmo dictis ecclesiæ et monachis ad sustentationem cereorum circa altare Beatæ Mariæ Virginis, ubi cotidie privatim celebratur Missa Beatæ Mariæ, pro ecclesia, unam sopam cum pertinentiis in villa Sancti Albani in vico qui vocatur Cherchestrate, et quicquid juris vel clamii in dicta sopa cum pertinentiis habui vel habere potui, dictis abbati et monachis remisi et quietum clamavi, nihil ad opus meum retinens nisi preces devotas et orationes religiosas. Et nihilominus obligo me et hæredes meos sive[1] meos assignatos ad warentizationem, defensionem, et aquietationem dictæ sopæ cum pertinentiis dictis abbati et monachis faciendam contra omnes Judæos seu Christianos. In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui.

His testibus: domino Willelmo de Ayete tunc senescallo libertatis Sancti Albani, domino Rogero de Bachewrth et domino Ada Aynel militibus, Willelmo de Bolum clerico, Radulpho de Westun tunc præposito villæ Sancti Albani, Ada de Nedham, et multis aliis.

f. 141. 8. Charter of Reginald son of Henry of Trumpington. Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit Reginaldus filius Henrici de Trumpetun salutem.

Noverit universitas vestra me dedisse et concessisse et hac præsenti carta mea confirmasse Deo et ecclesiæ Sancti Albani et monachis ibidem Deo servientibus et specialiter elemosinario vel subelemosinario, qui pro tempore fuerit, ad inveniendum luminaria in obsequiis pauperum defunctorum unum mesuagium cum latitudine et longitudine cum ædificiis et omnibus aliis pertinentiis situm juxta mesuagium Petri Bacun in vico de Daginhale versus partes occidentales et duas seylones terræ arabilis cum latitudine et longitu-

[1] MS. repeats *sive*.

dine a parte boriali prædicti mesuagii versus gravam, A.D. 1259.
quæ aliquando fuit Nicholao filio Andreæ; mansit autem die et anno istius donationis et concessionis meæ in dicto mesuagio quod Deo et dictis ecclesiæ et monachis dedit Willelmus Osmund. Præterea simili modo dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi dictis ecclesiæ et monachis ad opus supradictum unam sopam in vico, qui vocatur Cherchestrat in eadem villa, illam videlicet in qua manere solet Nicholaus filius Gilberti de Radinges, cum omnibus pertinentiis; habenda et tenenda omnia supradicta de me et hæredibus [meis] sibi et successoribus suis in liberam et perpetuam elemosinam, reddendo inde annuatim capitalibus dominis per manum subelemosinarii prædicti redditus consuetos et servitia debita et consueta. Et ego prædictus Reginaldus et hæredes mei warentizabimus, aquietabimus, et defendemus omnia supradicta prædictis ecclesiæ et monachis, sicuti prætactum est, contra omnes homines, Judæos seu Christianos. In cujus rei testimonium præsenti scripto signum meum apposui.

His testibus: domino Nichola Berat, Henrico Kinkissone, Gaufrido le ferrur, Milone cotiler, civibus Londoniensibus, Johanne de Marins tunc senescallo de Sancto Albano, Johanne de Seldford, et aliis.

f. 141.

9. Charter of Henry son of Robert de la Holte in Redbourn. A.D. 1253.

Universis Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Henricus filius Roberti de la Holte in Redburne salutem.

Noverit universitas vestra me de consensu et voluntate Reginaldi filii Henrici de Trumpetone dimisisse et ad firmam concessisse domino Johanni abbati de Sancto Albano et ejusdem loci monachis et successoribus suis unum mesuagium cum pertinentiis suis in villa Sancti Albani in vico de Daginhale situm juxta mesuagium Petri Bacun versus occidentem, illud videlicet in quo manere solet Willelmus Osmu[n]d, cum

A.D. 1259. duabus scylonibus terræ arabilis, et quicquid juris habui vel habere potui ex donatione, dimissione, et concessione dicti Reginaldi in villa Sancti Albani et extra; habendum et tenendum de me et hæredibus meis sibi et successoribus suis a festo Sancti Michaelis anno Domini MºCCº quinquagesimo tertio usque ad finem xii. annorum plene completorum, salvis capitalibus dominis feodi redditibus, debitis, et servitiis debitis et consuetis. Et ego prædictus Henricus et hæredes [mei] warentizabimus, aquitabimus, et defendemus dictis abbati et monachis et successoribus suis omnia supradicta, sicut prætaxatum est, per terminum xii. annorum prædictorum contra omnes homines, Judæos seu Christianos. In cujus rei testimonium præsenti scripto signum meum una cum signo dicti Reginaldi est appensum.

His testibus: domino Nicholao Berat, Henrico Kingessone, Gaufrido le ferrur, Milone cutiler, civibus Lundoniensibus, Johanne de Marins tunc senescallo de Sancto Albano, Johanne de Seldford milite, Waltero de Wauci milite, Rogero de Bachewrthe milite, Johanne Astmar tunc præposito de Sancto Albano, Johanne lanario, Willelmo le Norays, Willelmo Cusin, Johanne fratre ejus, et multis aliis.

210.

f. 142. Charters relating to the property of St. Alban's, 1259.

Carta Henrici de Trumpintun de sex denariis annui redditus.

1. Charter of Henry of Trumpington.

Sciant omnes præsentes et futuri quod ego Henricus de Trumpetone in libera potestate mea dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Reginaldo filio meo et hæredibus suis et suis assignatis unum mesuagium cum pertinentiis suis in villa Sancti Albani in vico de Dagenhale, illud scilicet quod est inter mesuagium Petri Bacun ex parte una et mesuagium meum quod emi de Michaele Pekenay ex parte altera, cum omnibus libertatibus et aysiamentis dicto

CROYDON CENTRAL LIBRARIES

mesuagio in villa Sancti Albani et extra pertinentibus ; A.D. 1259.
tenendum et habendum de me et hæredibus meis sibi et hæredibus suis et suis assignatis libere, quiete, et pacifice, reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis unum denarium ad Natale Domini et abbati de Sancto Albano per meam atornationem sex denarios ad quatuor anni terminos, scilicet ad festum Sancti Johannis Baptistæ tres obolos, ad festum Sancti Michaelis tres obolos, ad Natale Domini tres obolos, et ad Pascha tres obolos, pro omni servitio, consuetudine, et exactione sæculari. Pro hac autem donatione, concessione, et præsentis cartæ confirmatione dedit mihi prædictus Reginaldus quadraginta solidos sterlingorum in gersumam. Et ego Henricus et hæredes mei prædictum mesuagium cum dictis pertinentiis prædicto Reginaldo et hæredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines et feminas pro prædicto servitio imperpetuum warentizabimus et defendemus. In cujus rei [testimonium] præsenti cartæ sigillum meum apposui.

His testibus : Johanne lanario, Willelmo de Noreys, Alexandro le taylur, Urbano de Lechewurthe, et Waltero de Wymondham, Willelmo mercenario, Willelmo bastard, et aliis.

f. 142. 2. *Carta Johannis filii Walteri le lever de redditu vi. solidorum.*

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes filius Walteri le lever dedi, concessi, et hac carta mea confirmavi Willelmo le coypher et hæredibus suis duas sopas in villa Sancti Albani de illis quatuor sopis, quæ sunt inter sopas Nicolai filii Adæ et inter sopas Henrici Coci, et illæ duæ sopæ prædictæ sunt proximiores sopis Henrici Coci et se aperiunt versus vicum Francum ; habendas et tenendas de me et de hæredibus meis sibi et hæredibus suis hæreditarie, libere, et quiete, annuatim inde reddendo mihi et hæredibus meis sex solidos ad quatuor terminos anni, scilicet ad Natale, ad Pascha, ad festum Sancti Johannis Bap-

A.D. 1259 tistæ, ad festum Sancti Michaelis, ad quemlibet terminum decem et octo denarios, pro omnibus servitiis et consuetudinibus et exactionibus et querelis. Et ego prædictus Johannes et hæredes mei warantizabimus illas duas sopas prædicto Willelmo le coypher et hæredibus suis contra omnes homines et feminas per idem servitium prædictum. Pro hac autem donatione et concessione et hujus cartæ confirmatione et warantizatione mei et hæredum meorum sibi et hæredibus suis dedit mihi prædictus Willelmus sex solidos in gersumam.

His testibus : Nicolao filio Adæ, Andrea et Willelmo filiis ejus, Radulpho filio Adæ, Thoma fratre ejus, Willelmo medico, et Willelmo filio Milonis, Luca de Brutewelle, Daniele filio Aschur, Ricardo filio Estmar, Radulpho filio Osberti, Ricardo clerico et multis aliis.

f. 142.

3. Charter of John son of Alexander Carpenter.

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes filius Alexandri carpentarii de Wathamstede dedi et hac mea carta confirmavi Laurencio de Tibrige pro homagio et servitio suo, quod mihi fecit, duo mesuagia in villa Sancti Albani in vico de Dagenhale, proxima domui Acelmæ Pycot; tenenda de me et de hæredibus meis sibi et hæredibus suis jure hæreditario pro duodecim denariis annuatim reddendis ad quatuor terminos anni, quos prædictus Laurencius vel hæredes ejus dabunt, videlicet domino abbati sex denarios et mihi vel hæredibus meis sex denarios per annum, ad Natale Domini tres obolos domino abbati et tres obolos mihi vel hæredibus meis, ad Pascha tres obolos abbati et tres obolos mihi vel hæredibus meis, ad festum Sancti Johannis tres obolos abbati et tres mihi vel hæredibus meis, ad festum Sancti Michaelis tres obolos abbati et tres obolos mihi vel hæredibus meis, pro omnibus servitiis et consuetudinibus et exactionibus libere et quiete.

His testibus: Hugone capellano de Wathamstede, Alwredo de Bamfeld, Johanne Ayrun clerico, Willelmo de Sisseverne, Willelmo filio ejus, Rogero de Meridene, Gaufrido de Childewyk, Gaufrido filio ejus, Rogero de Bacheworthe, Petro de Herpesfelde, Gaufrido filio Acarii de Serret, Roberto de Muchelfeld, Radulpho filio Adæ de Sancto Albano, Nicholao filio Adæ, Andrea filio ejus, Nicholao Dispensario, Adamo medico, Willelmo filio ejus, Michele clerico, et multis aliis. A.D. 1259.

f. 142. 4. Charter of John son of Laurence of Tebridge.

Sciant præsentes et futuri quod ego Johannes filius Laurencii de Tebrugge concessi et præsenti carta mea confirmavi Henrico de Trumpetone totam illam partem terræ cum suis pertinentiis in villa Sancti Albani in vico de Dagenhale, quæ jacet inter terram quam idem Henricus tenet de Michaele Pekenay et terram magistri Stephani de Eclefeld; habendam et tenendam sibi et hæredibus suis vel cuicunque assignare voluerit hæreditarie, libere, et quiete, prout in carta Beatricis sororis meæ inter eos confecta continetur. Pro hac autem concessione et hujus cartæ meæ confirmatione et warantizatione mei et hæredum meorum sibi et hæredibus suis vel cuicunque assignare voluerit, dedit mihi prædictus Henricus quinque solidos sterlingorum in gersumam.

His testibus: Ada de Beauver tunc præposito, Bartholomæo clerico, Johanne de Kingesbure, Bartholomæo[1] clerico, Thoma filio ejus, Thoma ferrario, Simone filio Ailwini, Galfrido Trot, Willelmo bastard, et multis aliis.

f. 142 *b*. 5. Charter of Reginald Meggre.

Sciant præsentes et futuri quod ego Reginaldus Meggreus relaxavi et pro me et hæredibus meis inperpetuum quiete clamavi Henrico de Trumpetone et hæredibus suis totum jus et clamium quod habui

[1] Sic.

A.D. 1259. vel habere potui in illud mesuagium cum pertinentiis in villa Sancti Albani in vico de Dagenhale quod aliquando tenui de dono Johannis Passevaunt, quod videlicet mesuagium jacet inter mesuagium magistri Stephani de Ecclefelde et terram ipsius Henrici; habendum et tenendum dicto Henrico et hæredibus suis jure hæreditario libere et quiete, bene et in pace finaliter,[1] ita quod nec ego Reginaldus nec aliquis hæredum meorum aliquid juris exinde de cætero poterimus exigere vel clamare. Pro hac autem relaxatione et mea quieta clamatione dedit mihi dictus Henricus unam marcam argenti. Et ut hæc relaxatio et mea quieta clamatio perpetua gaudeant firmitate, præsens scriptum sigilli mei impressione confirmavi.

His testibus: Adamo de Beauver tunc præposito, Johanne de Kingesbire, Alexandro le Gigur, Thoma filio ejus, Thoma ferrario, Johanne filio Johannis, Galfrido filio Baldewini, Andrea et Ricardo fratribus suis, Johanne filio Ricardi, Galfrido Trot, Roberto cementario, Ricardo filio Stephani, Omero, et multis aliis.

f. 142 *b*.

6. Charter of Beatrix widow of Robert Russel.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Beatrix relicta Roberti Russel dedi, concessi, et præsenti carta mea confirmavi Henrico de Trumpetone totam illam partem terræ cum suis pertinentiis in villa Sancti Albani in vico de Dagenhale, quæ jacet inter terram quam dictus Henricus tenet de Michaele Pekenay et terram magistri Stephani de Eclefelde; habendam et tenendam de me et hæredibus meis sibi et hæredibus suis vel cuicunque assignare voluerit hæreditarie, libere, et quiete, reddendo inde annuatim domino abbati Sancti Albani per meam attornationem sex denarios ad quatuor terminos, ad Natale Domini, ad Pascha, ad Nativitatem Sancti Johannis Baptistæ, ad festum Sancti

[1] *finaliter*] finabiliter, MS.

Michaelis; ad quemlibet terminum tres obolos et mihi et hæredibus meis unum denarium semel in anno, scilicet ad Pascha, pro omnibus servitiis, consuetudinibus, exactionibus, et querelis ad me vel hæredes meos pertinentibus; et ego prædicta Beatrix et hæredes mei warantizabimus præfatam partem terræ cum suis pertinentiis prænominato Henrico et hæredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines et feminas inperpetuum per prædictum servitium. Pro hac autem donatione, concessione, et hujus cartæ meæ confirmatione et warantizatione mei et hæredum meorum sibi et hæredibus suis vel cuicunque assignaverit dedit mihi sæpedictus Henricus triginta solidos sterlingorum in gersumam. A.D. 1259.

His testibus: Ada de Beauver tunc præposito, Bartholomæo clerico, Andrea filio Nicholai, Johanne de Kingesbire, Alexandro le Gigur, Thoma filio ejus, Thoma ferrario, Symone filio Ailwini, Galfrido Trot, Willelmo bastard, Galfrido ostiario, Roberto cementario, Roberto aurifabro, et multis aliis.

f. 142 *b*.

7. Charter of Michael son of Henry Pekenay.

Sciant præsentes et futuri quod ego Michael filius Henrici Pekenay dedi et concessi et præsenti carta mea confirmavi Henrico de Trumppetone totam terram meam cum suis pertinentiis quæ jacet inter terram quæ fuit Alexandri Tumberel et terram quæ fuit Johannis Passevant in villa Sancti Albani in vico de Dagenhale et extendit in longitudine a regio vico usque ad terram quæ fuit Rogeri Costarde in eadem villa; habendam et tenendam sibi et hæredibus suis de me et hæredibus meis hæreditarie, libere, et quiete, reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis duos denarios ad duos anni terminos, scilicet ad Natale Domini unum denarium, et ad Nativitatem Sancti Johannis Baptistæ unum denarium; et coquinæ monachorum Sancti Albani per meam atornationem quinque solidos, ad quatuor anni terminos, scilicet ad Natale

A.D. 1259. Domini, ad Pascha, ad Nativitatem Sancti Johannis Baptistæ, ad festum Sancti Michaelis, ad quemlibet terminum quindecim denarios pro omnibus servitiis, consuetudinibus, exactionibus, et demandis ad me vel hæredes meos pertinentibus. Et ego Michael et hæredes mei warantizabimus totam prædictam terram cum suis pertinentiis prædicto Henrico et hæredibus suis contra omnes homines et feminas inperpetuum per prædictum servitium. Pro hac autem donatione et concessione et præsentis cartæ meæ confirmatione et warantizatione mei et hæredum meorum sibi et hæredibus suis dedit mihi prædictus Henricus triginta solidos sterlingorum in gersumam.

His testibus: Ada de Belvere et Bartholomæo clerico, tunc præpositis, Johanne filio Radulphi, Andrea filio Nicholai, Alexandro le Gigur, Johanne ferrario, Thoma ferrario, Hugone le fuher, Waltero Beifus, Symone filio Alfwyni, Roberto le mazun, Johanne de Cudicote clerico, et multis aliis.

f. 143.

8. Charter of Adam son of Walter parson of Ayott.

Sciant præsentes et futuri quod ego Adam filius Walteri, personæ de Aiete, dedi et concessi et hac præsenti carta mea confirmavi Samsoni de Tebrige, filio Laurencii de Tebrige, vel cuicunque assignare voluerit, pro homagio et servitio suo, dimidiam virgatam terræ in Tebrige, illam videlicet dimidiam virgatam terræ quæ jacet inter terram prædicti Samsonis et terram Roberti de Tebrige sub parco de Aiete versus le su; tenendam de me et hæredibus meis sibi et hæredibus suis vel cui eam assignare voluerit libere, quiete, hæreditarie, reddendo inde annuatim mihi et hæredibus meis duos solidos ad duos terminos anni, scilicet ad Pascha duodecim denarios et ad festum Sancti Michaelis duodecim denarios; et per atornationem meam Symoni de Brambelhangre unam libram cimini ad Natale Domini et Roberto de Tebrige per atornationem meam tres solidos ad quatuor terminos anni,

scilicet ad Natale Domini novem denarios et ad Pascha totidem, ad festum Sancti Johannis Baptistæ novem denarios et ad festum Sancti Michaelis totidem, et duos vomeres, unum ad Pascha et ad festum Sancti Michaelis unum, et quatuor homines in autumpno ad magnas precarias Roberti de Tebrige ad prandium ipsius Roberti pro omnibus servitiis, consuetudinibus, et exactionibus, salvo servitio domini regis, quantum pertinet ad tantum tenementum. Sciendum est etiam quod cuicunque voluerit poterit prædictam terram præterquam domui religionis assignare. Et ego Adam et hæredes mei warantizabimus prædicto Symoni et cui jam dictam, sicut prædictum est, terram assignare voluerit, et defendemus per prædictum servitium contra omnes homines et feminas. Pro hac autem donatione et concessione et confirmatione dedit mihi prædictus Samson duas marcas argenti in gersumam. A.D. 1259.

His testibus: Willelmo de Aiete, Johanne filio Gaufridi, Waltero de Gyney, Willelmo de Sisseverne, Willelmo de Huseburne, Roberto de Tebrige, Roberto filio Ambrosii, Jordano Lenveyse, Willelmo de Watersipe, et Johanne filio suo, et multis aliis.

9. Charter of Margery daughter of Stephen Grasenloyl.

Sciant[1] præsentes et futuri quod ego Marjeria filia Stephani Grasenloyl de Sancto Albano dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Ricardo le Ganoce et hæredibus suis et suis assignatis duo tenementa cum omnibus suis pertinentiis in villa Sancti Albani in vico Fullonum, videlicet quæ jacent in latitudine inter tenementum Clementis clerici et tenementum quod quondam fuit Alexandri Goldston, et extendit in longitudinem a regio vico usque ad terram dominæ priorissæ de Sopwelle, sicut metæ et divisæ se habent et extendunt et docent. Præterea dedi et concessi eidem Ricardo et hæredibus suis et suis assignatis duodecim denarios annui et quieti redditus f. 143.

[1] This and the next two charters are in a later hand.

A.D. 1259. provenientes de novo mesuagio Henrici de Porta juxta capitale mesuagium dicti Henrici, percipiendos ad quatuor anni terminos consuetos; habenda et tenenda de me et hæredibus meis sibi et hæredibus suis et suis assignatis, vel cuicunque dare, legare, vendere, vel assignare voluerit, libere, quiete, bene, et in pace, reddendo per meam atornationem de duobus tenementis domino abbati de Sancto Albano quatuor solidos et sex denarios ad quatuor anni terminos; scilicet ad festum Sancti Michaelis et ad Natale Domini, ad Pascha et ad festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, ad quemlibet terminum tresdecim denarios et obolum; et custodi coquinæ Sancti Albani annuatim duodecim denarios ad prædictos terminos, ad quemlibet terminum tres denarios; et manerio de Burstone ad quatuor anni terminos, sex denarios ad præfatos terminos; et mihi et hæredibus meis unum clavium galofili semel in anno, scilicet ad Pasca, pro omnibus servitiis consuetudinibus et querelis, sectis curiarum omnimodarum et demandis mihi et hæredibus meis vel alicui [1] alio pertinentibus. Et ego prædicta Marjeria et hæredes mei warantizabimus, aquietabimus, et defendemus prædicta duo tenementa cum omnibus suis pertinentiis una cum prædictis duodecim denariis annui redditus et cum tribus denariis annui redditus, sicut prædictum est, prædicto Ricardo et hæredibus suis et suis assignatis contra omnes homines et feminas, Christianos et Judæos, imperpetuum per prædictum servitium. Pro hac autem donatione, concessione, et hujus præsentis cartæ confirmatione et warantizatione mei et hæredum meorum dedit mihi dictus Ricardus decem marcas præmanibus in gersumam. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui.

His testibus: Thoma filio Radulphi tunc præposito, Ada de Nedam, Johanne de Nortone, Ricardo Germayn, Ricardo filio Baldewine, et aliis.

---

[1] *alicui*] aliquo, MS.

Sciant præsentes et futuri quod ego Stephanus Crasenluyl dedi et concessi et hac præsenti carta mea confirmavi in liberam, puram, et perpetuam elemosinam Deo et ecclesiæ Sancti Albani et monachis ibidem servientibus redditum duorum solidorum provenientem de tenemento meo, quod jacet in latitudine a porta mea usque ad tenementum quod quondam fuit Edithæ Wyther juxta pontem de Aliwelle, et extendit se in longitudine de strata regia usque ad coquinam [1] meam, in quo tenemento et feudo sita sunt mesuagia quæ tenent Nicholaus Fossator, solvens annuatim inde sexdecim denarios; item [2] sutor aliud mesuagium solvens annuatim inde alios sexdecim denarios, Matildis Chelestre aliud mesuagium solvens annuatim inde viginti denarios, Thomas Hoyto aliud mesuagium solvens annuatim inde alios viginti denarios; per quorum manus, quamdiu dicta mesuagia et tenementa tenuerint cum pertinentiis, percipient abbas et monachi ecclesiæ prædictæ per manum subsacristæ, ceram sacristariæ custodientis, redditum dictorum duorum solidorum singulis annis ad quatuor terminos anni, videlicet ad festum Sancti Michaelis, ad Natale Domini, ad Pasca, et ad festum Sancti Johannis Baptistæ, de quibus duobus solidis inveniet et au[c]mentabit dictus subsacrista, qui pro tempore fuerit, luminaria Beatæ Mariæ Virginis in ecclesia Sancti Albani ad altare ubi cotidie celebratur sine nota Missa pro ecclesia. Ego autem et hæredes mei warantizabimus, acquietabimus, et defendemus dictum redditum dictis abbati et conventui imperpetuum contra omnes homines, Judæos seu Christianos. Et ego Stephanus prædictus volo et concedo pro me et hæredibus meis, quod dicti abbas et conventus per balivos suos et alios quoscunque assignatos possint me et hæredes meos distringere et districtiones contra vadium et plegios retinere per

A.D. 1259. f. 143. 10. Charter of Stephen Grasenloyl.

[1] *coquinam*] quoquinam, MS. | [2] There is a blank in the MS.

A.D. 1259. omnes terras et catella quæ habemus vel habere poterimus in villa Sancti Albani vel extra ad solutionem redditus memorati, si dicta mesuagia et tenementa memorata juxta pontem de Aliwel non sufficiant, vel tenentes et inquilini redditum prædictum terminis statutis solvere contradicant. In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui.

His testibus etc.

f. 143 *b*.

11. Charter of Richard of Waltham and his wife Margery daughter of Stephen Grasenloyl.

Sciant præsentes et futuri quod ego Ricardus de Watham cirotecarius et Margeria filia Stephani Crasenloyl uxor mea dedimus, concessimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus Adæ de Wathele totum mesuagium nostrum in villa Sancti Albani in vico qui vocatur Fuller strate situm, cum omnibus suis pertinentiis et quicquid ibidem tenuimus, habuimus, vel habere potuimus, ut in domibus, ædificiis, gardinis, haiis, fossatis, vivariis, viis, semitis, terris, redditibus pratis, pascuis, pasturis, escaetis, et omnibus aliis ibidem, et etiam et alibi in villa Sancti Albani vel extra ad nos quoquomodo pertinentibus, sive sint mesuagia sive redditus, sive prata sive terræ ad firmam dimissæ vel aliter a nobis quocunque titulo alienatæ, et specialiter omne jus et clamium quod habemus vel habere possumus in mesuagiis et tenementis quæ Letitia de Kingisberi tenet in villa Sancti Albani, dicto Adæ et hæredibus suis vel suis assignatis quibuscunque dare, vendere, vel assignare voluerit; habenda et tenenda libere, quiete, bene, et in pace sine aliquo retinemento quod ad nos vel hæredes nostros qualitercunque evenire possit vel escaire, excepto uno clavo gariofiri annui redditus nobis et hæredibus nostris semel in anno, scilicet ad Pascha, solvendo; et salvis servitiis et consuetudinibus dominis feodorum et tenementis eorundem debitis et consuetis, salvis etiam redditibus datis et concessis per dictum Stephanum Crasenloyl ecclesiæ Sancti Albani et specialiter assignatis ad luminaria

altaris Beatæ Mariæ Virginis, ubi per singulos dies Missa pro ecclesia celebratur. Illam vero donationem et concessionem ratam habemus et firmam, et eandem per præsentem cartam nostram confirmamus. Et si qui sunt defectus in prædictis donatione et concessione, præsenti tenore supplemus. Et ego prædictus Ricardus et Margeria uxor mea prædicta et hæredes nostri nihilominus warantizabimus, acquietabimus, et defendemus omnia et singula prædicta in hoc instrumento contenta dicto Adæ et hæredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines, Judæos seu Christianos, imperpetuum. Pro hac autem donatione, concessione, et cartæ nostræ confirmatione dedit nobis dictus Adam in gersumam triginta marcas sterlingorum. Et [ut] hæc nostra donatio, concessio, et præsentis cartæ confirmatio perpetuæ firmitatis robur optineat, præsens scriptum sigillorum nostrorum impositione roboravimus. A.D. 1259.

His testibus, etc.

211.

Quot hidæ habentur in abbatia Sancti Albani, scilicet in dominico abbatis. f. 171. The number of hides in the demesne of the abbat of St. Alban's.

Apud Kayso sunt in dominio vii. hidæ et dimidia et quadrans. Cashio.

Apud Rikemeresworthe ix. hidæ et dimidia et dimidia virgata. Rickmansworth.

Apud Langeleiam iiii^{or} hidæ et dimidia, et de libero feodo i. hida et dimidia. Langley.

Apud Sandrugge xii. hidæ et dimidia, defendentes erga regem et abbatem. Sandridge.

Apud Codicote iii. hidæ in dominio et quinque hidæ et dimidia, defendentes erga regem. Codicote.

Apud Hextanestone ix. hidæ. Hexton.

Apud Nortone quatuor hidæ et dimidia virgata, et dimidia hida de Wilie. Norton.

A.D. 1258. Shephall. Apud Schepehale quinque hidæ, tres in dominio et duæ in libero feodo.

Napsbury. Apud Aspram duæ hidæ.

Barnet. Apud Barnete i. virgata terræ.

Park. Apud Parcum xvi. hidæ et dimidia in dominio.

Newnham. Apud Neweham quatuor hidæ una virgata minus.

Tayleboys. *Ticeburst.* In feodo H. Wac sunt quinque hidæ et dimidia, de quibus tenet Radulphus Pyrot i. hidam et dimidiam et i. virgatam, Radulphus Tayleboys unam hidam et dimidiam, Alexander filius Turoldi i. hidam, sanctimoniales de Sopwelle dimidiam hidam, elemosinarius i. virgatam. In Hextenestone dimidiam hidam de eodem feodo.

Langeleya. *Westwik.* In feodo Ricardi de Fonte sunt vii. hidæ. Ex quibus tenet Alexander filius Turoldi duas hidas et unam virgatam. Et in Saret Rogerus filius Aluredi et Accharias una[m] virgatam. Et Gervasius de Cornhulle i. hidam in Langeleya. Et cellarius monachorum in Garstone. Et Grimbaldus in Bacheworthe i. hidam. Willelmus de Wodewyke i. hidam. Et Hamundus vitrarius unam hidam.

Crokesle. In feodo Ricardi de Crokesle sunt octo hidæ et dimidia; ex eis tenet Ricardus sex hidas et dimidiam et Walkelinus duas hidas.

Westwik. In feodo Gaufridi de Gorham sunt sex hidæ; ex quibus tenet ipse quatuor hidas et Fulco de Munpincun duas hidas.

In feodo Rogeri de Childewyke sunt quinque hidæ et dimidia. Ex quibus tenet ipse iii. hidas et dimidiam et Oliverus de Bruttewelle duas hidas.

In feodo Rogeri de Meridene sunt vii. hidæ et dimidia; ex quibus tenet ipse ii. hidas et dimidiam, et Gaufridus de Redburne duas hidas et dimidiam, Lucas de Nortone unam hidam et unam virgatam, Willelmus de Sisseverne unam hidam et unam virgatam.

212.

Anno regni regis H[enrici] xxviii. apud Novum Castrum. f. 171 *b.*

Memoranda of persons holding lands by military service at Newcastle. A.D. 1244.

Willelmus de Gorham fecit servitium unius militis pro se et domina de Schepehale.

Galfridus de Childewyke pro se et participibus suis.

Rogerus de Bacheworthe pro se et participibus suis; G[alfridus] de Childewyke invenit duos servientes pro scuto, Tayleboys et R[adulphi] Pyrot.

Item duos servientes pro Crokesle ad instantiam Johannis de Seldeforde.

Item R[ogerus] de Bacheworthe invenit duos servientes ad instantiam Ricardi filii Alexandri.

At Chester. A.D. 1245.

Item apud Cestriam anno regni regis H[enrici] xxix°. Ricardus de Oxeya et Petronilla de Crokesle debent unum militem quem invenit R[icardus] de Oxeya.

R[ogerus] de Bacheworthe et P[etrus] de Brutewelle debent unum militem, quem invenit Petrus de Brutewelle.

Willelmus de Gorham et Agnes de Munpincun debent unum militem, quem invenit W[illelmus] de Gorham pro domina Agnete.

Robertus Tayleboys, Radulphus Pirot, G[alfridus] de Childewyke, Ricardus de Reymesi, elemosinarius Sancti Albani, et moniales de Sopwelle inveniunt unum militem denarios dando.

G[alfridus] de Childewyke, Thomas de Meridene, Thomas de Sisseverne, Matildis de Nortone, inveniunt unum militem denarios dando.

Alexander filius Ricardi, R. de Wodewyke, Margareta de Riveres, coquinarius Sancti Albani, Gracia de Goldigtone, Robertus Crokayne, et Nicholaus Belemeins inveniunt unum militem denarios dando.

Anno regni regis Henrici xli°.

Anno Domini millesimo cc^mo^ l° septimo, die Nativitatis Beatæ Virginis, vocati fuerunt omnes tenentes per militare servitium de abbatia Sancti Albani ad

Defaulters among those owing military service to St. Alban's. 8 Sept. 1257.

respondendum domino abbati pro defalta quam fecerunt non faciendo servitium suum in expeditione Walliæ domino regi pro abbate, sicuti facere debuerunt et consueverunt. Et coram domino Laurencio de Broke tunc justitiario domini regis, ad deliberandum gayolam Sancti Albani sedente sub fraxino in media curia, assidentibus eidem Willelmo de Welmulle tunc senescallo libertatis, Willelmo de Lodewyke tunc coronatore comitatus de Hertforde, dominis J[ohanne] de Bolum, G. de Lyndeseya, Ada de Mota, monachis, dicti tenentes, habito ad invicem diligenti tractatu in quo fuerunt Walterus de Wauncy, Ricardus de Oxeye, Rogerus de Bechewrthe, milites; Alexander filius Ricardi, Ricardus de Wodewyke, attornati Radulphi Pirot [et] Willelmi de Gorham, et omnes alii fere per dictum servitium tenentes; et per os domini Rogeri de Meriden communiter respondentes, confessi sunt quod acquietare debent abbatem versus dominum regem de servitio militari in quolibet exercitu.[1] Postquam sciverunt summonitionem domini regis, debent singuli capitaliter de scuto tenentes convenire et unum militem eligere de quolibet scuto, qui corporaliter faciet servitium, vel ipse electus inveniat alium militem per se servitium facientem. Et quodlibet scutum taxabitur ad sex marcas, quas habebit electus, computato tenemento suo, cum quibus faciet servitium. Et si plus expendit, erit hoc de suo et non de partionariis suis, et per circuitum faciet quilibet partionarius vice sua servitium, et si incurrerit abbas dampnum per defaltam electi, ipse debet abbati de dampno respondere tam pro se quam pro partionariis suis. Dominus abbas de forma præscripta non fuit contentus, et ideo præceptum est quod distringantur pro servitio quod confessi sunt et quod testatur carta domini regis

[1] The words "sed sub forma quæ in secundo folio notatur" follow this, but are struck out.

ipsos debere facere, unde quidam ipsorum intraverunt et pro servitio facto per dominum abbatem illo tempore domino regi plenarie satisfecerunt. A.D. 1257.

In dicto exercitu Walliæ fecit dominus abbas tanquam partionarius servitium corporale pro feodo de Crokesle; domina de Sepehale electa fuit ad faciendum pro se et partionariis suis; Willelmus de Nortone electus similiter; dominus Rogerus de Bachewrthe pro se, etc.; filius Guidonis Tayleboys pro se; Ricardus de Wodewyke pro se, etc. i. ii. iii. iv. v. vi.

Anno regni regis H[enrici] xxviii milites Sancti Albani protestabantur apud Novum Castrum quod dominus abbas eis expensas suas debuit invenire, quousque pervenirent ad curiam domini regis et servitium eorum locatum fuisset. Respondit procurator domini abbatis coram domino W[illelmo][1] de Eboraco, comite Marescallo et aliis, quod nunquam dominus abbas aliquas expensas consuevit invenire pro servitio suo, et quod feofati fuerunt per Paulum abbatem de dominico Sancti Albani ad faciendum omnia forinseca servitia et defendendum omnia scutagia; et cum per aliquot dies altercatum fuisset inter eos, tandem dicti milites servitium suum adquietaverunt sicut præscriptum est. Newcastle. A.D. 1244.

213.

Secundum Londonienses. f. 166 *b.*

Hæc sunt nomina regum Christianorum qui regnaverunt in Anglia. Names of the Christian kings of England.

Hyne regnavit xxx. et vii. annis.
Alardus regnavit xiv. annis.
Gundredus vel Gundretius regnavit xii. annis.
Sibrith regnavit per unum annum.
Chynewulf regnavit xxx. annis.
Brihtriz regnavit xvii. annis.

[1] Afterwards bishop of Salisbury.

Aylbrithz regnavit xxv. annis.

Adelwlf regnavit xviii. annis.

Adelbald regnavit v. annis.

Adelbrithz frater ejus regnavit vi. annis.

Athelred frater ejus regnavit v. annis.

Alfred frater eorum regnavit xxx. annis. Hic primus rex fuit coronatus in Britannia, qui recepit diadema a Leone Papa. Sepultus autem est Wintoniæ.

Post illum regnavit Ædwardus filius ejus xxiv. annis.

Adelstanus regnavit xiv. annis et vii. ebdomadibus et tribus diebus.

Ædmundus frater ejus regnavit vi. annis et vi mensibus.

Eadred frater ejus regnavit ix. annis et vi ebdomadibus.

Eadwy filius ejusdem[1] regnavit xiii. annis.

Ædgar frater ejus regnavit xvi. annis et ix. ebdomadibus.

Ædwardus filius ejus regnavit ix. annis et viii. mensibus.

Eadred frater ejus regnavit xxxviii. annis.

Ædmundus filius ejus regnavit iii. annis. Obiit anno Domini xvi.

Knud regnavit xxxiv. annis, et nunquam fuit xxiv. annis coronatus.

Haroldus filius ejus regnavit v. annis.

Hardecund frater ejus regnavit ii. annis.

Edwardus frater ejus regnavit xxiv. annis.

Haroldus regnavit xl. ebdomadibus.

Willelmus Bastard regnavit xxi. annis v. ebdomadibus minus.

Willelmus Rufus regnavit xiii. annis v. ebdomadibus minus.

Henricus i. xxxvii. annis regnavit et xxxvi. ebdomadibus.

[1] *ejusdem*] eadem, MS.

Stephanus regnavit[1] annis viii. ebdomadibus minus.
Henricus regnavit xxxvi. annis dimidio anno minus.
Ricardus filius ejus regnavit ix. annis.
Johannes frater ejus xviii. annis ⊙—
Henricus iii.[2]

Iste Johannes pro angariis et oppressionibus multimodis, adulteriis et fornicationibus et variis injuriis et perjuriis, quæ facere non cessavit, omnium suorum naturalium [amorem] amisit, nec immerito. Amisit etiam terras multas ultramarinas quæ hic annotantur. Prima fuit ducatus Normanniæ, comitatus Bolismi, comitatus Cenomanniæ, id est le Meine, Andegavia, Pictavia, Lemovica, id est Limozin, Alvernia, Algolisma,[3] scilicet, archiepiscopatus. Hæc omnia erant quandoque regis Angliæ Johannis. Demum Angliam et Hiberniam tributo supposuit. Nihil horum revocavit Henricus filius ejus, sed temporibus patris et filii præter prædicta facta sunt in aucmentum regni Francorum terra comitis Tholosani, Provincia, comitatus Mascuniæ. Occasione vero mortis Gautheri,[4] qui obiit in Terra Sancta, et mortis uxoris[5] suæ, quæ hæres fuit multarum terrarum et sine liberis decesserat, devoluta sunt in ditione dicti regis Francorum. Similiterque accidit de fratre comitis Boloniæ viri opulenti et præclari; similique modo de comite Albemarliæ et comite Clari Montis; de Danzmartino Anguele, Moretolii, Danzfrund, Insulebone, id est Hillebone. Item nobilis comitatus Belli Montis super fluvium Yseram, id est Eise. ⊙— Character and losses of John.

Secundum aliud tamen exemplar. f. 166 *b.*

Tempus a primo rege Christiano Anglorum, scilicet Hyne, ccc. anni et quater viginti et ix., et viii. menses

[1] The number of years is left blank.

[2] A later hand continues the list to Edward IV., the names only being given.

[3] Angoulême.

[4] Gauthier de Chatillon, count of Clermont through his wife, killed in Egypt in 1250.

[5] Jane, daughter of Philip Hurepel, count of Clermont and Boulogne.

et xiv. septimanæ et iii. dies, usque ad conquestum Angliæ. Ab eo tempore usque ad præsens tempus centum et quater viginti exceptis tribus annis; non tamen per totum, quia desunt circiter tres menses.

Hoc autem scriptum fuit anno regis Henrici tertii xxxi.

Summa d. et lx. et xi. anni, paucis exceptis diebus.

214.

f. 183 *b*. *Filii comitis Sabaudiæ Thomæ, avunculi* [1] *dominæ reginæ Angliæ Alienoræ ii.*

The children of Thomas of Savoy.

Comes Sabaudiæ Amedeus, primogenitus; justus, strenuus, et inviolabilis pacis conservator, sicut ejus antecessores.

Thomas, olim comes Flandriæ, qui neptem [2] Papæ desponsavit, per quod ademptus est Torinum cum comitatu.

Bonifacius, Cantuariensis archiepiscopus.

Petrus de Sabaudia, comes Richmundiæ possessorque terræ in Anglia quæ fuit comitis Brittanniæ.

Philippus, electus Lugdunensis et procurator ecclesiæ Valentinæ, possessor redditus in Anglia mille marcarum et præpositus.

Humbertus qui de medio est sublatus; omnium erat elegantissimus.

Willelmus quondam electus Valentinus, qui cum regina venit in Angliam, qui impetravit ut esset procurator Leodiensis, Wintoniensis, et Balensis. Sed rediens a curia Romana obiit et dicitur potionatus.

Item octavus,[3] cujus nomen ignoravit præsentium scriptor.

---

[1] Sic, confusing him with his son Thomas, mentioned below.

[2] Beatrice Fiesco, niece of Innocent IV. *See* vol. v. p. 255, note [2].

[3] There were nine sons; the two not mentioned above were Amé, bishop of S. John de Maurienne, and Aimon, lord of Chillon.

Hi octo viri electissimi filii fuerunt nobilissimi comitis et pacifici Sabaudiæ Thomæ.

Anecdote of Thomas of Savoy.

Iste Thomas cum esset strenuissimus, piissimus extitit. Unde contigit quod vidit, sed dissimulavit videre, præsens, (sed ejus præsentia ignorabatur,) quando quidam de exactoribus suis pedagium, quod vulgariter *paage* dicitur, exegit a quodam paupere sarcinam suam portante, firmiter et ordinate ligatam. Et cum non haberet pauper quid solveret, licet angariaret eum exactor, fecit ipse improbus exactor dissolvi sarcinam, ut perscrutaretur si aliquid pecuniæ in ea contineretur absconditum, ut et illud extraheretur pro petagio. Et cum flevit pauper pro tirannide eo maxime quod deligata fuisset sarcina, comes, non se valens amplius continere, prorupit in medium, se palam manifestans et torvo vultu alloquens exactorem, ait, "Quid facis, proterve? Cur in pauperem qui nil "habet sic desævisti, et ejus sarcinam apte ligatam "ut omnia perscrutareris sic dissolvisti? Nonne te "movent ejus lacrimæ, non paupertas, non vita labo-"riosa?" Cui ipse præpositus[1] respondit, simulans se fidelem et prudentem comitis ballivum, "Domine, "exigo jus tuum quod ad te ex antiquis temporibus "pertinet. Nec decet me esse tepidum in vestra "clientela, ut vestrum per meam negligentiam pereat "emolumentum." Cui comes, "Sumne adeo avarus "ut velim quod pauperes excories vel evisceres? Non "hoc te præcepi." Præcepit igitur austere ut coapteretur onus memoratum et dixit paagatori, "O pinguis "et delicate, accipe sacculum et impone humeris tuis "et bajula quo iste pauper est ipsum portaturus." Et erat mons arduus et difficilis ad transeundum (Mons Cinis, id est Cinerum), quem tamen pauper onustus fuerat transiturus in principio viæ suæ. Sustulit igitur ipse præpositus dictam sarcinam, etsi invitus perrexit

[1] *præpositus*] propositus, MS.

ut montem ascenderet. Et antequam perveniret ad montis supercilium, licet pluries obiter quievit, adeo fatigatus est quod fere suffocabatur extinctus præ labore; qui cum redisset et adduceretur coram comite anhelus, vix palpitabat. Subridens ergo comes ait, "Iterum portabis ipsam sarcinam ultra montem ut "proclivium experiaris. Pauper enim, cujus illa est, "multos montes, antequam ad terminum viæ suæ "perveniret, fuerat transiturus ut saltem vitæ suæ "quæreret necessaria." Cui præpositus cadens in faciem cum lacrimis dixit, "Parcat dominus meus mihi "et misereatur mei. Non ipsum onus quantum tuli "iterum bajularem pro mille libris." Cui comes, "Et "hoc debuisti tu in proximo considerasse, maxime "cum præceperim pauperibus parcere et peregrinis." Comes igitur in titulum sempiternum suæ famæ et in animæ suæ salutem omni transeunti, scilicet collario, illud paagium dimisit, ne amplius ab aliquo tali inperpetuum exigatur.

Item Philippus electus Lugdunensis per multa viarum discrimina et hostium pericula et insidias dominum Papam Innocentium iv. a facie Fretherici fugientem duxit salvo Lugdunum, et ibi dum concilium celebraretur, immo dum Papa ibi moram continuaret, pacem inviolatam prudenter servavit. Et eundem dominum Papam recedentem, et multorum potentum minas et insidias formidantem, per Rodanumque descendentem usque ad Carpentoratum,[1] postquam per moram septennalem eundem apud Lugdunum protexerat, salvo perduxit. Unde secundum assertionem magistri Petri, ejusdem electi procuratoris, in una sola die congregatis omnibus quos ad tuitionem et tutamen atque ducatum domini Papæ et sui [summonuit], in una die mille libras exposuit in cibariis eorundem et stipendiis.

[1] Carpentras.

Beatrix filia. Hæc nupsit Remundo comiti Provinciæ, Filiæ. Children of Beatrice daughter of Thomas of Savoy.

1. Margarita regina Franciæ. 2. Alienora secunda, regina Angliæ. 3. Senchia[1] uxor comitis Ricardi, comitissa Cornubiæ. 4. N.[2] uxor Karoli comitissa Provinciæ.

Quælibet autem istarum quatuor filiarum nupsit vel regi vel filio et fratri regis; verbi gratia, Margareta regi Francorum L[odowico]; Alienora regi Anglorum H[enrico] iii.; N. uxor Karoli, comitissa Provinciæ, Karolo filio Lodowici regis Francorum et fratri Lodowici regis Francorum tunc regnantis; Senchia uxor comitis R[icardi] comiti eidem, filio regis Anglorum Johannis, fratri videlicet regis Henrici iii. tunc regnantis.

Alienora ii. regina Angliæ peperit, 1. Edwardum primogenitum et hæredem regni. 2. Margaretam reginam Scotiæ. 3. Edmundum. 4. Beatricem Burdegalensem. 5. Katerinam. Children of Alienora.

Margareta regina Franciæ peperit N.[3] reginam Navariæ.

Revolve xii. folia sequentia et invenies hæc plenius facta et orbiculata, in folio[4] *scilicet insito.*

---

[1] Below her name is "Edmundus," their son.

[2] *i.e.* Beatrice.

[3] *i.e.* Isabella, wife of Theobald II. king of Navarre.

[4] This leaf is lost.

215.

Liber Provincialis.[1]

f. 162 *b.* Episcopal sees.

Isti sunt episcopi[2] *sub Romano Pontifice qui non sunt in alterius provincia constituti.*

Italy. Those directly under the Pope.

Hostiensis, Albanensis, Tusculanus, Sabinensis, Prænestinus, Portuensis, Tyburtinus.[3] [4]

Campania.

In Campania. Anagninus episcopus, Signinus, Ferentinus, Alatrinus,[5] Verulanus, Terracinensis, Soranus, Fundanus.

Marsia.

In Marsia.[6] Furconensis, Marsicanus, Valvensis, Theatinus, Perinensis, Abrutinus.

Tuscany.

In Tuscia. Nepesinus, Sutrinus, Civitatensis,[7] Ortanus, Balneoregensis, Urbevetanus, Tuscanensis vel Viterbiensis, Castrenensis, Suavenensis, Clusinus, Perusinus, Castellanus, Arecinus, Grossetanus, Vulturanus,[8] Senensis, Lucanus,[9] Pistoriensis, Florentinus, Fessulanus, Lunensis.

Spoleto.

In ducatu Spoletano. Asisinas,[10] Fuliginas, Nucerinus, Heugubinus, Spoletanus, Reatinus, Tudertinus, Amelinus, Narniensis, Interemnensis.

March of Ancona.

In Marchia de Ancona. Esensanus, Firmanus, Camerinensis, Auximanus, Humanas, Anchonitanus,

---

[1] This list of episcopal sees, which frequently occurs in MSS. (*see* e.g. Brit. Mus. Cott. Galba E. 4, Camb. Univ. Lib. Add. 850) was printed at Paris in 1610 by Aubert le Mire, under the title of "Notitia episcopatuum orbis Chris-"tiani sive Codex Provincialis "Romanus."

[2] Sciendum quod ad majus altare ecclesiæ Sancti Johannis Lateranensis non celebrat aliquis Missam nisi Papa et illi sex episcopi qui in capite hujus paginæ annotantur, scilicet sex episcopi cardinales.

[3] Scribatur Tiburnus; iste non est de numero fratrum. *Tivoli.*

[4] Isti ab hoc signo usque ad suum simile sunt sub Romano Pontifice sine alio archiepiscopo constituti.

[5] Apud Alatrum nati fuerunt Pilatus et Longinus.

[6] Ubi conversatus est beatus Benedictus.

[7] *Civitatensis* i.e., Cività Castellana. The MS. has *Civitates* in rubrick as a title.

[8] Hic episcopatus nobilissimus; ibi invenitur argentum et salgemma et gemmæ.

[9] Ubi crux.

[10] Ubi natus fuit sanctus Franciscus et sepultus.

Esinas, Senegalliensis, Fanensis, Pesauriensis, Forosinfreninsis, Callensis, Urbinas. *Summa* xiii.

In Romana Ravennati. Ariminensis, Feretranus. *Summa* ii. Ravenna.

Written each in a line with one of the above dioceses is the following list of cardinals.

Presbiter cardinalis tituli Sanctæ Crucis in Jerusalem, ubi fuit beatus Beda cardinalis, unde venerabilis. Tituli of the cardinals.

Presbiter cardinalis tituli Sanctorum Petri et Marcellini.

Presbiter cardinalis tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum.

Presbiter cardinalis Sanctorum Johannis et Pauli tituli Pamachii,[1] ubi Sanctus Jeronimus fuit cardinalis.

Presbiter cardinalis tituli Sanctæ Anastasiæ. Hic dantur cineres.

Presbiter cardinalis tituli Sanctæ Sabinæ, et hic est statio prima.[2]

Presbiter cardinalis tituli Sancti Stephani in Monte Celio.

Presbiter cardinalis tituli Sancti Clementis.

Presbiter cardinalis tituli Sanctorum Nerei et Achillei.

Presbiter cardinalis tituli Sanctæ Potentianæ.

Presbiter cardinalis tituli Sancti Sixti.

Presbiter cardinalis Sancti Petri ad Vincula tituli Eudoxiæ.[3]

Presbiter cardinalis Sancti Martini in Monte tituli Equitii.[4]

---

[1] The church took its title from Pammachius, who built it. S. Jerome wrote a letter to him to console him for the death of his wife; *see* Gregorovius, Storia della città di Roma (Ital. transl.), i. p. 285.

[2] *i.e.* on the first day of Lent, Ash Wednesday, when this church is still the station.

[3] S. Pietro in Vincoli had the title of Eudoxia, as having been built by her. Gregorovius, i. p. 236.

[4] S. Martino ai Monti was built by P. Sylvester on land belonging to a priest, Equitius. Gregorovius, i. p. 287.

Presbiter cardinalis tituli Sancti Eusebii.
Presbiter cardinalis Sanctæ Susannæ in Termis.[1]
Presbiter cardinalis tituli Sanctæ Praxedis.
Presbiter cardinalis tituli Sancti Vitalis.
Presbiter cardinalis tituli Sancti Cyriaci in Termis.[2]
Presbiter cardinalis tituli Sancti Marci.
Presbiter cardinalis tituli Basilicæ xii. Apostolorum.
Presbiter cardinalis tituli Sancti Marcelli.
Presbiter cardinalis Sancti Laurentii in Paliperna, a perna Sancti Laurentii posita in palo.
Presbiter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Lucina.
Presbiter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Damaso.
Presbiter cardinalis Sanctæ Mariæ trans Tyberim tituli Calixti.
Presbiter cardinalis tituli Sanctæ Priscæ; et domus ipsius Priscæ primo dedicata fuit Deo, et primo ibi celebravit Petrus.
Presbiter cardinalis tituli Sanctæ Balbinæ.
Presbiter cardinalis tituli Sanctæ Ceciliæ.
Presbiter cardinalis tituli Sancti Grisogoni.

Diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Aquiro.
Diaconus cardinalis Sancti Theodori.
Diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Cosmidin.[3]
Diaconus cardinalis Sancti Georgii ad velum aureum.
Diaconus cardinalis Sanctorum Cosmæ et Damiani.
Diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ Novæ.[4]
Diaconus cardinalis Sancti Adriani.
Diaconus cardinalis Cyrici et Julitæ.
Diaconus cardinalis Sanctorum Sergii et Bachi.

---

[1] *i.e.* the Baths of Diocletian, close to which is the church of S. Susanna.

[2] This church no longer exists. The title was given by Sixtus IV. to the church of SS. Quirico et Giulitta near the Arco de' Pantani.

[3] Alio nomine dicitur schola Græca.

[4] Now S. Francesca Romana in the Forum.

Diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Via Lata.
Diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu.
Diaconus cardinalis Sancti Angeli.
Diaconus cardinalis Sancti Nicholai in Carcere Tulliano.
Diaconus cardinalis Sanctæ Mariæ in Dompnica.
Diaconus cardinalis Sanctæ Luciæ inter imagines.[1]
Diaconus cardinalis Sancti Viti in Macello.
Diaconus cardinalis Sanctæ Agathæ.
Diaconus cardinalis Sancti Eustachii.
Diaconus cardinalis Sanctæ Luciæ ad Septa solis,[2] ubi fiunt electiones papales.

Summa cardinalium lii.

The five patriarchal churches of Rome.

In civitate Romana sunt quinque ecclesiæ quæ patriarchæ dicuntur; ecclesia beati Johannis Lateranensis, quæ habet priorem et canonicos ordinis Sancti Augustini; ecclesia beati Petri, quæ habet archipresbiterum qui debet esse cardinalis; ecclesia Sancti Pauli, quæ habet abbatem et monachos nigros; ecclesia Sanctæ Mariæ majoris, quæ habet archipresbiterum; ecclesia Sancti Laurentii foris murum, quæ habet abbatem et monachos nigros.

Primæ autem ecclesiæ assignati septem episcopi, videlicet Papa, Hostiensis, Albanensis, Portuensis, Sabinensis, Tuscalanus, et Prænestinus. Singulis vero aliis assignati sunt septem presbiteri cardinales, qui sunt xxviii.

Sicily. Palermo.

In Sicilia insula. Panormitanus metropolis hos habet suffraganeos:

Avortigentiniensem,[3] Mazarensem, Milentanum.

---

[1] This title seems to have come from a sculptured group of Orpheus; the church is also known by the name of S. Lucia *ad Orphea*.

[2] This is the church of S. Lucia in septizonio or septem viis, known later as *ad septem solia*; *see* Gregorovius, iii. 38.

[3] *i.e.* Agrigentum.

Monreale. Archiepiscopus Montis Regalis hos habet suffraganeos:

Syracusanum, ubi Sancta Lucia; Cathaniensem, ubi Sancta Agatha.

Messina. Messana civitas, id est Meschine Gallice, hos habet suffraganeos:

Chesfalonensem, Patensem Sancti Marci, Miletensem.

Summa, archiepiscopi tres, episcopi vero octo.

Calabria. Reggio. *In Calabria insula,* ubi fere omnes Græci, archiepiscopatus Reginus hos habet suffraganeos:

Cassanensem, Neucastrensem, Cathacensem, Crothoniensem, Tropiensem, Opiensem, Bonensem, Geratinum, Squillacensem, Militensem.

Rossano. In archiepiscopatu Rosano, qui nullum habet suffraganeum, qui est domini Papæ, quædam insula est pertinens archiepiscopatui de Baro Sancti Nicholai.

Bisignano. In archiepiscopatu Bisingnano, qui est domini Papæ, archiepiscopus Sancti Severii hos habet suffraganeos:

Ebriatensem, Scroniensem, (nomen civitatis Scronas,) Geneocastrensem.

Summa ix.

Cosenza. Archiepiscopatus Cusentinus hunc habet suffraganeum:

Maturanensem.

Summa, archiepiscopi v., *episcopi vero* viii.

Apulia. Conza. *In Apulia,* archiepiscopus Consanus hos habet suffraganeos:

Moranensem, Satrianensem, Montis Viridensis, Laquedonensem.

Acerenza. Archiepiscopus Gerontinus hos habet suffraganeos:

Potentinum, Tricaricensem, Vesusinum, Graviensem, Anglonensem.

Archiepiscopatus Tarentinus hos habet suffraganeos: Tarentum.
Mutulensem, Castellanum.

Brundusina metropolis hunc habet suffraganeum: Brindisi.
Astinensem.

Barensis metropolis, ubi jacet Sanctus Nicholaus, hos habet suffraganeos: Bari.
Botuntinum, Melphetanum, Juvenacensem, Rubetenensem, Salpensem, Cannensem, Betentinum, Conversanum, Merennuensem, Polenguerinensem, Caterinensem, Lavellinum, Montis[1] Pelusini.

Tranensis metropolis hos habet suffraganeos: Trani.
Vigiliensem, Andrensem.

Sepontina metropolis hos habet suffraganeos: Siponto.
Vestanum, Trojanum, Melphiensem, Meloponitanum, Rispolensem.

Archiepiscopatus Beneventanus hos habet suffraganeos: Benevento.
Thelesinum, Sanctæ Agathæ, Aliphiensem, Montis Marana, Montis Cornini, Avellinum, Vicanum, Arianensem, Bruenensem, Asculensem, Licherinum, Tortubulensem, Droconorum, Vulturanum, Alarinum, Civitatensem, Themalensem, Frethentinum, Bunuensem, Vardiensem.

Salernitana metropolis hos habet suffraganeos: Salerno.
Caputaquenensem, Policastrensem, Nusquitanum, Sarnensem, Acerranum, Maresicensem, Ravellensem.

Archiepiscopatus Amalphitanus hos habet suffraganeos: Amalfi.
Capritanum, Scalensem, Myronensem, Litteranum.

Archiepiscopatus Casertanus hos habet suffraganeos: Caserta.
Lobrensem, Equensem, Castelli Maris.

In terra Leporis. Neopolitana metropolis hos habet suffraganeos: Lavoro. Naples.
Aversanum, Nolanum, Puteolanum, Cumanum, Iscamium.

[1] Added in a later hand.

Capua. Archiepiscopus Capuanus hos habet suffraganeos:
Theanensem, Calvensem, Calimilensem, Casertanum, Svallanum, Venefranum, Aquinum, ubi natus fuit Ovidius.[1]

Otranto. Ydrontina metropolis hos habet suffraganeos:
Policastrensem, Gallipotanum, Liciensem, Uegentinum, Liticensem.

Summa archiepiscoporum Apulicæ quatuordecim, episcoporum vero quater viginti et unus.

Tuscany, Pisa. *In Tuscia.* Archiepiscopus Pisanus hos habet suffraganeos:
